

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



Acc 13873/1

. .

•

·. ·.

. .

•

Υ

R 94298

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

Digitized by Google

.

. .

Ì

Digitized by Google

SICILIÆ ET

MAGNÆ GRÆCIÆ HISTORIA

ЕХ

ANTIQUIS NVMISMATIBVS ILLVSTRATA.

SERIES EORVM QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

CICILIÆ numilmata.

Magnæ Græciæ numilmata.

Siciliz & Magnz Grzeiz rabulz Geographicz. 👘 👘

Historia vrbium & populorum Sieiliz.

Historia vrbium & populorum Magnæ Græciæ & Italiæ.

De Coloniis Græcorum.


Inscriptiones quæ ad Colonias & vrbes necessario pertinere videbantur, ex marmoribus antiquis fidelissime, vt in iisdem segebantur, descriptæ.

Notarum & litterarum singularium aliorumque compendiosiùs scriptorum explicatio, vnà cum epithetorum Deorum Deasumque passim in

numismatibus occurrentium Latina interpretatione.

Index rerum memorabilium, propriorumque nominum, que in iplis nu-Gaifmánibus spectantur & leguntur.

Index corum, quæ in historia vrbium & populorum Siciliæ & Magnæ Græciæ observatione digna continentur.



ILLVST^{MO} ET EXCELL^{MO} PRINCIPI ET HEROI PHILIPPPO PRINCIPI ET COMITI

A R E N B E R G I O,

DVCI ARSCHOTANO, BARONI ZEVENBERGIO, EQVITI AVREI VELLERIS D. D.



LLVSTRISSIME & EXCELLENTISSIME PRINCEPS, Quæcumque homines agunt atque moliuntur, senio & fato obnoxia sunt: quædam etiam infeliciori sorte producta, priusquam consenescunt, pereunt; & mox, quasi non fuissent, ignorantur.

Hinc lacera, imperfecta, semiuiua Antiquitatis notitia est: & plura ingeniorum funera quàm monumenta. Vt verò tam magno malo remedium aliquod esset, indefessa & erudita nostri superiorisque seculi sudauit sollertia; & laborantem Græcorum atque Latinorum memoriam restituit. SICILIAM veterem MAGNAMQVE GRÆCIAM quis nosset hodie, nisi ad Numismatum reliquias itum fuisset? nisi ad libros reuocasset noua industria, quidquid Auro, * 3 Argento,

Argento, Æri vetus elegantia impresserat? Et nuper tamen tam laudabilis opera, etfi studiosissime adhibita, propemodum intercidit. MARCVS LAVRINVS, vir Nobilis, inter alia Vetustatis opera, geminam hanc quoque HISTORIAM ingentibus fumptibus ante annos quinquaginta adornauerat, Doctorum virorum ingenio quà vsus, quà adiutus; HVBERTVS GOLTZIVS Venlonianus typis suis elegantiffimis in publicum produxerat; fed heu ! quafi non victuram. Etenim pauca exemplaria, & in specimen velut deprompta, oftenderunt magis pulcherrimum opus, quàm dederunt; irritato hominum desiderio, non expleto. Atque hoc potiùs infelici editione actumest, vt quo thesauro res litteraria careret, fuerit indicatum. Itaque renasci debuit liber, vt vitalis effet; Tvvs fieri, ne vmquam defineret: T v v s, sed iam quoque melior, maiorque. Nam & à nostra aliquid manu accessit, vt velut nouus videretur: & incomparabili industrià atque eruditione Reuerendi Patris AN-DREÆ SCHOTTI, SOC. IESV, factum eft, vt absolutus perfectulque dici possit. Numismata ego auxi & correxi: ille Historiam totam interpollauit & recensuit, Auctorum loca in margine expressit; tamque sedulus & accuratus fuit, vt fecundus velut Auctor dici mereatur. Ille Auctor, Tv PATRONVS, PRINCEPS OPTIME: quem veteris SICILIÆ MAGNÆQVE GRÆCIÆ velut Genium Tutelarem constituimus; vt tui velut Reges, tuæ Vrbes, tui Populi fint hîc descripti. Tui & sic clari, qui velut in nocte tor hactenus fæculorum iacuerunt. Orere MAGNE PRINCEPS, radios emitte, diem immitte: videre omnes incipient, quàm infignes Antiquitatis the fauri feruati fint, & in lucem postliminio reducti. Deinceps verò, quamdiu diuisa à Magna Græcia Sicilia erit, quamdiu Scyllam & Charybdim fretum diuidet, TIBI debebitur, quidquid à nobis elaboratum est: TIBL

T I B I, quem Heroïcæ Virtutis exemplum ætas noftra admiratur, dum auunculum tuum CAROLVM CROIIVM, cuius heres ex parte exstitisti, exprimere doctrina Antiquitatisque studio maximè videaris. Nouisti, alios corpore, alios animo ad laudem gloriamque niti; alios porrò promouere ingenij viribus, quidquid manu moliuntur. Solo autem corpore quia nemo fortis fuit, verum robur mente quàm manu metiri alij malunt. Tua verò hæc in primis felicitas est, intelligere, & simul facere optima; relucere Virtutibus, quæ ne quidem corpore indigent : imò tua hæc felicitas est, robore corporis inter homines præstare. Tu pernobili oculo isto Musas respicis, & simul defendis; quæ se tuo patrocinio tutas aduersus barbariem sæculi arbitrantur, securas aduersus iniuriam omnem senij & fați. Tam benignâ naturâ tuâ motus, imò fretus, inscribere hunc Antiquitatis Thesaurum Nomini ARENBERGICO, hanc inquam SICILIAM MA-GNAMQVE GRÆCIAM volui: in quibus nuper quoque Maiorum tuorum gloria resplenduit, numquam extinguenda. Cùm igitur aliena & dissita leges Regna, Maiores tuos inuenies; cùm Antiqua, etiam noua & immutata intueberis. Sed hoc Volumen, fi non indignum fauore tuo habebitur, nouum semper erit, nulla sæcula timere poterit. Viuent LAVRINI sumptus, GOLTZII industria, denique & noster hic labor, quo benè de LAVRINO & GOLTZIO, benè de Antiquitate meriti sumus; conati certè benè mereri. Quidquid fecimus, tuo infigniuimus nomine, muniuimus tutelà, illustrauimus famà. Sic infignitum, munitum, illustratum, senij expers & fati erit. Vale, & viue. Antuerpiæ, Eidib. Martiis, M. DC. XVIII.

EXCELLENTIE TVE

Perpetuus Cliens IACOBVS BIÆVS Antuerpianus,

IN FASTOS THESAVRVMQVE

REI ANTIQVARIÆ

HVBERTI GOLTZII

MELCHIOR BARLÆVS ANTVERPIANVS.

vı petit Italiam, videat quò mænia Roma,

Et tantà pulchrum quidquid in Urbe fuit: Errat is, abscessit Latio sua gloria regno, Pressat Julaos tetra ruina Lares: Non vetus HVBERTAS illic, Capitolia lauri Non cingunt, Tiberi nec famulantur aqua: Antiqui species redijt miserabilis aui Facta, quod Ænea tempore Roma fuit. Juppiter è nuda rursum sua fulmina rupes Proycit, admisso pulsus ab hoste quater. Sacula Romuleo non defectura labori, Ritè, sed haud illo fata dedêre loco. Romulea hie Laurus, prisca Hvbertasque moneta, Qua fuit à Pyrrhi tempore cusa Ducis. Hic alius Tibris fluit, hic prasente licebit Cum Ducibus Laty Cesaris ore frui. Hic quoque surrexit iam ter magis AVREA ROMA, Nec cupit Italia regna videre sua. Lataq felici meritò nunc sorte, Ruinis Omne meis Latium flebile viuat, ait: Namq alio HVBERTVS revocat me GOLTZIVS; Or iams

FASTIS, THESAVRO perlocuplete beat.

FRAN-

FRANCISCI MODII BRVGENSIS

IN FRONTISPICIVM HISTORIÆ SICILIÆ

ET

MAGNÆ GRÆCIÆ

AB HVBERTO GOLTZIO HERBIPOLITA VENLONIANO, CIVE ROMANO, ANTIQUARIO CELEBERRIMO RESTITUTÆ.

IL aui poterit longinqua abolere vetustas, HVBERTI hubertas cum roolet ingenij: Hac ROMAM ROMA Romanis artibus olim Reddidit, & LATIVM restituit LATIO: Condentemque caput fæde inter nubila IVLVM Lucidulum templis cali iterùm appofuit: AVGVSTVMQVE PATREM PATRIR, quo leta triumphas Pacis alumna fides , eruit è tenebris: Nunc eadem, mage quod visu mirabile, terras Consungit, fluctus quas maris absciderant: Et facit, ot rursum, sicut multo ante solebat, Pars sit firma nous SICILIA ITALIE. TRINACRIA en iterùm triquetra sub imagine forma Propter aquas trino nixa genu residet. Internisque ausus celum incestare quadrigis, Raptam fert cupido Persephonen gremio Rex erebi, frustrà pugnantem & nomine cassium Sæpè appellantem in subsidium Cererem. Adspice, currentes SCEPTRO out premat ofque IVGALES Improbus, 👁 parui temporis impatiens. At parte ex alia mærens sua pignora MATER Quarit, & affiduis ora rigat lacrumis; Flammiferasque Ætna quatiens de vertice PINVS, Quis noctem potis est discutere & tenebras, Tortilibus vehitur per inane DRACONIBVS, omnes Explorans terrarum 👁 pelagi latebras. Nequicquam tamen; illis namque est abdita in oris Nata, vbi nulla dies occidit aut oritur.

Digitized by Google

Sed

Sed que est illa procúl canibui succinsta marinis A A H Femina, pube tenus corpore virgineo? Que mambus multa vi abstracta à naue GVBBR NA' Assidue nubes vibrat in aerias. Agnosco monstrum ; Siculatice est illa profuniti Phorci & Cratheidis filia pernicies. Nauifragum SCYLACÆVM hoc est ; quo sapè carinas Absumi solidas pagina anus loquitur. Ab virgo infelix ! quòd eras formofa, nocebat: Forma tibi virgo causa perire fuit. Diuo Anthedonio deformis v sa fuisses: Sicaniis nullum crimen inesset aquis. Et tu crudelis Circe , num nam hac tibi Glaucus Mandarat, succis credulus 🔗 numeris ? Infidum Solis genus ; haud letabere tali Fraude diu, ponè pœna scelus sequitur. Horret & aternum horrebit teque 🔗 tua Glaucus Connubia, exofus artificem & facinus. Semimarina canum ora propè allatrantia , CANCRVM Serpere retrogradum or CENTIPEDES video. MONSTRAQUE, equi facies quibus est formosa superne, Sed fæde in pinnas definit vndifidas. Inde adflat PELAGI RECTOR, cui dextra TRIDENTEM Quo, cùm vult, Syrtes & fcopulos aperit ; Læua tenet caudam DELPHINIS. quæ Dei in ore Maiestas sedet, & quantus honos oculis ! Que porrò est propter que stat reuerentia Diue! Qui decor ın vultu, qui decor inque habitu! Hac nempe est bis cineta DIANA illa, illa DIANA, Quam numquam vacuo pectore vidit Amor. En neglectus vt ex humeris dependet amictus: Sic neglecta tamen forma placere potest. Laua ARCVM gerit auratum, plenamque sagittis Suspensam dextro fert PHARETRAM ex humero. Hac patruo Sicula exaquat telluris amorem, Atque illi paribus præsidet auspicis. Inferiùs sunt THERMÆ, quas, quà respicit or as Sicanias, princeps ora habet Hesperiæ: Inque his indifereta natantum turba falubrem Admiratur aquam , 👁 fordibus abluitur: Æternumque eternis ÆTNA infefta fauillis Vicinos circum terret & writ agros; Oppidaque

Oppidaque ingenti sonitu quatit s igne perenni Torrens late urbes, Or pecora Or populos, In medio ALPHÆVS pelago se immergit, & condas Sicanij subter labitur Oceani Fonte ARETHVSA tuo donec se misceat : heic se Et desueta suum tollit ad astra caput; Dilectaque amnis fruitur complexibus, aftum Curarum relevans dulcibus alloquius. O diuina anima diuina semina GOLTZI, Diuinum ô laudati ingenij genium, Obruta diu tam multa, in lucida tela diei Proferre & Solis qui radios potis es! Te ROMA, atque urbi Romana urbs amula BRVGA, Te ciui & Venlo gaudet & Herbipolis: Tu quoque gaude ergo; tibi enim soli astra tuenți, Quod nulli à seris contigit exsequis. Septem orbes certasse ferunt de patria Homeri s De patria lis est non minor orta tua: Quin maior; nam -vrbes illa regio -vna fuêre; Et quamuis septem, nil nisi Græcia erant. De te & stirpe tua bellum ingens cernitur, orbis Quà patet Eous, quà patet Hesperius. Ante omnes te iactat ouans se FLANDRIA alumnoz Clamat te effe suum fertilis Avsonia; Terra viris armisque potens GERMANIA primum Te reptasse suo deierat in gremio. Jure igitur magno dicêris maior Homero HVBERTE, Or fies nobilis historia.





ELENCHVS VRBIVM, POPVLORVM ET REGVM, QVORVM NVMISMATA ET HISTORIÆ HOC LIBRO EXHIBENTVR.

Siciliæ. ΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. **Λ**EONTINΩN.KATANAIΩN. ΑΔΡΑΝΙΩΝ. TATPOMENITAN. ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. ΤΥΝΔΑΡΙΕΩΝ. ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. **GEPMITAN**. **ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ.** ΔΡΕΠΑΝΩΝ. AIATBAIITAN. ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ. Φ INTIAE. ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. AKPAFANTOZ. IMEPAION. ΓΕΛΑΣ. ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. MHNANINON. ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ.

 Regum Syracufanorum & Siciliæ.
 ΝΟΥΚΕΡΙΝΩ ΠΟΣΕΙΔΩΝΕ ΤΕΛΗΤΩΝ.

 ΤΕΛΟΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ.
 ΤΕΡΙΝΑΙΩΝ.

 ΙΕΡΩΝΟΣ.
 ΠΑΝΔΟΣΙΕΩ

ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΡΕΤΤΙΩΝ. ΑΓΑΘΟΚΑΕΟΤΣ ΒΑΣΙ. ΑΧΕΡΩΝΤΑΝ. ΛΕΩΣ. ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ. ΙΕΡΩΝΤΜΟΤ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΡΗΓΙΝΩΝ.

Ciuitatum Magnæ AOKPON. Græciæ & Italiæ. MAMEPTINON.


ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ. κγμαιων. ΣΥΝΥΕΣΣΑΝΩΝ. MINTVRNENSIVM. **AXYRITANORVM.** ANTIATVM. ROMANORVM. SVESANORVM. TIANEON. ΚΑΛΕΝΙΤΩΝ. ΚΑΠΥΑΝΩΝ. ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ. ΝΩΛΑΙΩΝ. ΠΙΚΕΝΤΙΕΩΝ. NOTKEPINON. ΠΟΣΕΙΔΩΝΕΑΤΑΝ. ΥΕΛΗΤΩΝ. ΠΑΝΔΟΣΙΕΩΝ.

- INTONIEON. ΣΕΦΥΡΙΕΩΝ. ΚΑΤΛΩΝΙΑΤΑΝ. KAPKINION. ΣΚΥΛΛΑΤΙΩΝ. ΚΡΟΤΩΝΙΑΤΑΝ. ΘΟΥΡΙΩΝ. ΜΕΤΑΠΟΝ ΓΙΩΝ. ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. ΤΑΡΑΝΓΙΝΩΝ. ΥΔ**Ρ**ΩΝΤΙΝΩΝ. BPEN Δ H Σ IN Ω N. ΑΡΠΑΝΩΝ. ΑΓΚΩΝΙΤΩΝ. ΠΙΣΑΥΡΙΕΩΝ. EYBAPITON TOT 19 ΘΟΥΡΙΩΝη ΚΟΠΙΑΤΑΝ. VALENTIA que & IIL $-\Pi\Omega N I\Omega N.$ ΦΑΛΕΙΩΝ. ΚΟΣΩΝ. ΑΝΤΙΠΟΛΙΤΩΝ. ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ.





























.






۲



•


•

¢






:**.**,
















P. L. H. M. L. M.
































`

I .

•

· · ·

LECTORI S.


ON tantùm vt ordinem, quem in disponendis, ex lege Geographiæ, Siciliæ & Magnæ Græciæ numismatibus sequuti sumus, rectiùs, Lector, intelligeres; verùm etiam in Historiæ nostræ lectione, modò oram maritimam legens, modò fluuios transmittens, inde porro nunc in hanc, nunc in aliam ciuitatem excurrés, maiore cum voluptate verlareris : earundem regionum Tabulas Geographicas numifinatibus continuò subiccimus, in quibus Vrbes & Flumina, quorú numismata exhibemus, litteris maioribus descripsimus: opida verò, mõtes, flumina, promontoria, infulas, aliaq; loca, quorum fingillatim in Hiftoria nostra meminimus, minoribus characteribus expressions. Neque tamen vlterius in Italia, quàm, secundú mare Hadriaticum, Ariminum, secundúm Tyrrhenum(quod etiam Etrufcum appellamus)Cofam & Falifcos vfq; processimus. Minime enim necessariu esse videbatur, duarum dumtaxat vrbium Massiliæ & Antipolis gratia, quæ in nostris etia numismatibus visuntur, Italiæ tabulam in Narbonensem vsque Galliam extendere. Illud etiam monendus es; nos in nostris tabulis eas vrbes, flumina, montes, alia loca, quæ idem nomen habent, semel tantú nominasse; neq; eadem nomina sepius repetere voluisse. Veluti, cum Ætna mons fit, & ci codem nomine ciuitas adiaceat, vti ctiam de Eryce monte & ciuitate possumus dicere; nec non de Eloro, quod & fluminis, & vrbis, & arcis nomen in Pachyno erat. Nos huiufinodi nomé femel pofuiffe contenti, iterum delineare abstinuimus. Quod etia de Thusa ciuitate, flumine, & emporio, vti ex Vulturno flumine & opido, Trueto flumine & ciuitate, Ariminoque vrbe & fluuio, eique fimilibus intelligi volumus. Ceterùm quia in Sybari vrbe, fluuioque Sybari contrarium fecimus, vtpote quorum nomina in Magnæ Græciç tabula scorsim expresferimus, id co confilio à nobis factum, vt faciliùs error animaduerteretur,qui in Ptolemæi geographia obrepfit; vbi Thurium(quæ prius Sybaris dicta fuerat) inter Crotonem & Metapontum ponitur, quod & nos in numifmatum ordine observauimus. In tabula tamen nostra Geographica, & in Sybaris, Thurijque descriptione Strabonem sequuti fumus, qui Thurium inter Sybarim Crathimq; amnes collocat. Et hæc quidem differentia inter duos tam probatos auctores, (fimul & quia erant, qui dubitabant vtrum Thuriù in ipfis Sybaris ruinis, exftructum esset) me mouit, vt Sybaris numismata, extra ordinem in xxxv. Tabulam, reijcerem. Vale & faue benigne Lector.

F

Digitized by Google

XLI





IN HISTORIAM VRBIVMET POPVlorum Siciliæ & Magnæ Græciæ ab Huberto Goltzio illuftratam, Gifleni Gerardij Medici Brugenfis,

AD PHILIPPVM HISPANIARVM ET VTRIVS-QVE SICILIAE REGEM EPIGRAMMA.

GOLTZIVS Hubertas ipla est; deque hubere censu, Huberis omnigenas sundit opes animi. SICILIAM illustrat magnis conatibus, inde Illustrat totam mox vagus ITALIAM. Parthenopenque tuam celebrat REX MAGNE PHILIPPE: Ergo tua meritò viuere dignus ope.

FRANCISCI NANSII FRANCISC. F. AD D. PHILIPPVM REGEM.

GOLTZIVS ingenio toto celeberrimus orbe, Ecce etiam cælo est nobilis artifice. GRAECIA testatur MAGNA, eius maior ab arte, Notaque iam cunctis SICELIS ora plagis. Fas igitur crescat per te REX MAXIME; cuius Auspicijs crescunt maxima regna tua.

FRANCISCI MODI BRVGENSIS, AD HVBERTVM GOLTZIVM.

Vtramque, æternum mansuro condere in ære Hellada; cuiusuis non erat artis opus.
Nam quis tot maria ac terras, tot flumina & vrbes, Exiguis speret singere posse notis?
Vnicus hoc GOLTZI tu, qui potes omnia, posse Diceris; & faciunt hæc monumenta fidem.
Quæ deberi igitur tali pro munere dicta est Olim, solius, laus, ea iure tua est.
Verum ego pro nummis nummos malo, inquis; inani Se nemo & natos pascere laude potest.
Credo equidem, REGI sed quin canis ergo PHILIPPO

٢.

Tale aliquid? forfan quod petis, ille dabit.

HISTORIAE

Digitized by Google

HISTORIAE VRBIVM ET POPVLORV-M SICILIAE

IGILIA, quz olimenui admodum ceruice passibus mille quingentis Italiz adhærebat, ab eadem terremotu vel maris estuosi violentia circa Rhegium (quo nomine Graci abrupta vocant) anulía, Infulaq; facta, tribus in mare Mediterraneam promotorijs extenditur; quod trium femorum symbolo, que in numifinations vno veluti vertice connectuntur, ab antiquitate expression eft. Ab ca situs specie Græcis quonda TRINACRIA, à tribus nimiru promontorijs dicta eft; TRINAvti & ab Latinis à tribus, sed inæqualibus lateribus Triquetra appellata ^B fuit. Vertex trianguli qui cotra CænimCalabriæ promontoriú in Boreã excurrit, PELORVS dicitur: siue quod eo vocabulo, montis magnitudinem Græcia antiquitus significaret: aut vti multorum auctoritate confirmatum est, à Peloro nauis Annibalis gubernatore. Annibal namque Romanos victores ex Petilia fugiensed delatus, aut quod alij produnt, éx A frica profugus, per ca loca Suriam petens, quia procul intuenti cotinua videbantur littora, neque peruium este pelagus; seseque gubernatoris perfidia proditum arbitratus, illu interfecifie traditur: sed caufa erroris fui cognita, & fidei testimonium mortuo statuam posuisse, & promontorio Pelori nomen indidisse. Ceterúm à Peloro, finuoso quidem & C concauo littore Ortum Auftrumá; ver lus per CLX.M. pafiuum víque in PACHYNVM alterum Siciliz promontorium à crasso caliginoloque PACHY. aëre sic dictum, quod contra Peloponelum extenditur, Insulæ latus """ terminatur. Inde Sicilia in Auftrum conuería, fecundum littore Africi maris per CLXXXIII.M.passu sensiti in tertin verticem extensiatur, qui LILYBRYM contra Africani promontorij quod Mercurij dicitur 1114angulum extendit Hinc Siciliæ littora fecundum mare Tyrrhenum ab

Auftro in Septentrionem latere ceteris duobus longiore per CCLXXXI. M paffuum in Pelorum extendunturiyt hac ratione totins infulæ ambi-

A`

tus

SICILIÆ.

rus DCXXIIII. M. passum includator. Quibus our fuit calispacia suis A limitibus conprehensa terræsitui tractibusque maris comparare, Siciliam quarto Climati, parallelis decimo, & illi qui per Rhodum defcribitur vndecimo: diem verò maximum horarum x1111.6 putant. At Lilybæum ab Infulis Fortunatis, (quæ extremos eo sæculo terræ cognitæ limites terminabant)xxxv11. temporibus fecundum longitudinem verfus Ortum; Ennam verò vrbem, vt infulæ eiufdem vmbilicum xxx11x; Messanam, vt in freto extremam, xxx1xs, mensuraneur. Latitudinis quidem fine ab Æquinoctio versus polum distantiam, Lilybæo xxxvi. partes; Syraculis xxxvit. Mellanæ xxx11xs. attribuunt: víqueadeo vt hic cæli tractus Siciliam definiat, aëre temperato, foloque fertili & omni B prouentuum genere, frumenti, olei, vini, fel cissimo sitam. A continenre commodo vndique interuallo, & commerciis opportuno distat : & primum Euripo quidem breuissimo, ceterum ancipiti & vorticibus inter se collisis, scopulorumque asperitate, & monstrosis Scylla, Charybdisque nominibus infami, ab Italia per mille quingentos passus, quasi ab corpore suo diuellitur : vbi ab eadem longissime, vtpote ab Drepano ad Neapolim ссс.м.paffuum feiungitur; à Sardinia verfusOccafum CCXXX.M.Paffuum recedit. Ceterum ad meridiem mare inter Lilybæum & Mercurij promontorium с. м. palluum patet; etiamsi priscorum auctoritas, (nisi forte librariorŭ imperitia aut negligentia corrupta sint C exemplaria) LXXX. M. palluum adiicere videatur. Siciliam verò primo incoluisse velut indigenas, Cyclopas & Lestrygonas, genus hominum tum corporum proceritate horrendum, tum feritate & latrociniis infame, ab antiquitate proditum elt. Priscorum traditionem etiam recentiorum experientia confirmat : qui cadauera immani proceritate ad viginti cubitos intra proximum sæculum aut effossa, aut inspecubus deprehensa testimoniis etiam nuncupatis asseuerare non dubitent. Extinctis Cyclopibus Æolus regnum infulæ occupauit : post qué singulæ ciuitates in Tyrannorum imperia concessêre, eorum namque nulla vnquă terra feracior fuit. Siciliz nomé TRINACRIA quod ab initio ab D vinandum - situs forma ipsi (vti diximus) attributum fuit, variasse semel atque ite-Annalium rum obseruo. Nam quemadmodum mare mediterraneum variis vndique nauigationibus ex Asia, Africa & Europa patebat: ita hæc Insula quæ tribus promontoriis tres illas terræ tunc potissimum habitatæ partes prospectabat, varia ob fertilitatem, portutimque commoditatem negociatoribus commerciorum genera, paratam ad hæc nouis, quisubinde appellebant, colonis sedem, colendi habitandique opportunitatem sicania. Olim præbuille verifimile est. Hine Sicani Tarraconensis Hispaniæ ad Sicorim fluuium populi suis sedibus ab Ligyensibus expulsi, atque huc

Hierony Magins Miscellan. lib.1. cap.4 Ó 5.

2

Lege Steph Pighium Rom.tomo 11Prefąt. libri. v 11.

appulli

DESCRIPTI O

A appulfi, infulæ nomen, præcipuè ea qua in Occidentem flectitur parte, Sicania fecerunt: quamuis non desint auctores, qui indigenas fuille Sicanos tradere malint. Multis postea sæculis Siculi Ligurum genus (habitauerat ea vicatim inter flumen Tiberim, & montem Circzum) Aboriginum armis profligati, traiecto freto infulam inuaserunt : debellatisque Sicanis, partem quæ in meridiem & occasum extenditur occupantes, Siçania:n hactenus dictam, mutato nomine quia armis plus poterant, SICILIAM abse vocarut. Mox & Troiani ab duce Elymo, Ely- sicilia. mi cognominati, deleta Troia profugi iuxta Sicanorum fines considentes, Erycem (ab Eryce Veneris & Butz filio dictam) & Segestam aliasque B vrbes, quarum obscura nunc memoria est, condidêre. Cœperat antea

quoque hæc infula Coloniarum frequentia celebrari: atque vt non longius abiero, Phænices qui nauigationis peritia & opum affluentia inter primos mortalium celebrantur, Panormum, Motyam, Soloëntem annis propè trecentis ante illata Græcorum in eam infulam arma, condiderunt : ficuti alijs deinde atque alijs temporibus, ab Afris ad Pachynum altera Motya; à Cretenfibus & Rhodijs Gela & Minoa; à Corinthiis Syracufa, Meßana, quæ antea Zancla, ab Messeniis; Leontium, Naxos Megara. à Chalciden sibus conditæ sunt & colonis frequentatæ. Ceterum vt peculiaria fingularum vrbium & coloniarum fata & conuerfiones ad c fingula, vt sele ex descriptione Geographica offerent, numismata prosequuturi sumus:ita etiam quomodo Sicilia Græcorum armis & Pyrrhi quoque regis, quum Romanos bello lacesseret, ambitione tentata fuerit, suo loco & ordine referemus. Pyrrhus autem spe sua frustratus, ita ad suos locutus fertur : qualem nos ô amici Pœnis & Romanis palastram relinquimus ? Nec eum fefellit præsagium : siquidem quod is dininatione sua præsenserat, id haud multo post ita euenisse constat. Id quomodo cuenerit, & quanto cum discrimine inter Romanos Pœnosque per sexa-

ginta annos de Siciliæ imperio certatum sit deinceps referemus. Infulam verò quondam variè ac diu ab tyrannis possessam, postremò partim Syracusani reges vetusto imperii iure, iam inde ab Gelone Dino-D menis filio, qui regnauit Olympiadis septuagesime secunde anno secundo (Erat is annus ab Vrbe condita CCLX.)tenebat:partim Carthaginienses multis in Sicilia bellis ab Gelonis vsque temporibus gestis occupabant : his tertii postmodum Mamertini Siciliæ ad ruinæ quasi cumulum accessere. Romani itaque qui eius insulæ dominationem affectabant, maxima duo bella pro eius imperio gessere : vnum quo cum Parie Pœnorum; alterum quo Syraculanorum regionem in potestate suam bella. Flagrabat iampridem inter se odio Romanus & Pœnus: redegerunt. Romanii impulerat, quod Pœnus Tarétinos cotra vetufti fœderis leges contra

Digitized by Google

Α

SICILIAE.

contra classem suam auxilio inuisset : Pœnum quod Romanus cum. A Hierone Syraculanorum rege societatem initilet Quum itaque vterque occasioni quo sele vleisceretur, incuberet, Mamertini cande peropportunè præbuerunt.Campani namq; qui in Sicilia fub Agathocle meruerant intra Messana mœnia admissi, violata fide ciuitaté occupauerat Itaque quum supplicium sum de Campana legione, quæ idem in Rheginos aufa fuerat, per Genucium Confulem Romanum intellexiflent, in fimili crimine, parem pœnam veriti, quum super hæc etia prælio ab Hierone Syraculanorum rege profligati fuillent, partim Pœnorú, partim Romanorum auxilium petierunt. Romani veriti ne Carthaginiéses ea opportunitate vsi totam Siciliam occuparent, Mamertinis statim ferendum. auxilium decernunt. Ita Romanus varijs vtrinque acceptis & illatis cladibus, ancipiti Marte per annos viginti tres bellum contra Pœnos geffit, vicitque tandé fortitudine & virtute. Victis Pænis pacis leges impoluit. Ea victoria Sicilia, excepto Hieronis regno, omniŭ prima in Prouincia, Olympiadis octaux & Centesimx anno quarto (qui erat ab v. c. quintefteM.Tulgentelimus nonus)redacta est:ita vt Prætor quotannis cum vno Quæ-Prnicym ltore in eandem mitteretur, primúlque C.Flaminius ea sortitus est. Annis abhine vigintisepté, quű secundo bello Punico vexaretur Italia, Hierone fidilsimo focio P.R.vita functo, Hieronymus eiulde ex filio nepos rem Syraculanam ad Pœnos traducere conatus, paullò pòlt à coniuratis c Leontini occiditur. M. Marcellus in Sicilia Hieronymi morte tumultuantem, & ad Pœnorum amicitiam inclinatam millus, Syraculas à Romana societate abalienatas, omnemque eius impetum per trienniüsere, Archimedis industria frustratas, tandé vi expugnat. Mox ab Marcelli fucceflore M. Leuino Confule, qui belli reliquias fuftulit, Pœnosque prorsus ex insula eiecit, hæc quoque pars in Prouinciæ formam redacta eft. Atque ab eo tempore vtraque Prouincia, vetus nimirum, & ea qua Hieronis regnum fuerat Syracula, vni Prætori, & duobus Quæstoribus Lilybætano & Syracuíano commissa est. Inde duobus rursum servilibus bellis concusta est Sicilia: quorum alterum ab Cleone quodam Syro & Euno seruis conflatu, à P. Rupilio Consule anno v.c. DCXXXVI. confectum, & Prouincia tertium ex decem legatorum fententia conftituta est. Alterum ab Athenione seruo commotum, à M'. Aquillio Confule anno v.C. DCLII opprellum: & Prouincia quartum ordinata est. Quum igitur quater in Sicilia bellatum fit, bis cum Pœnis, bis cum feruis, quatuor itidem victores, itotidem eiuldem Prouinciæ confectores apud veteres celebrantur Q. Catulus; M. Læuinus; P. Rupilius & M. Aquillius: qui alij alijs temporibus Prouincia conftituentes leges de vectigalibusexigendis; & de iure dicundo dedêre nisi si quæ ciuitates fæderat*x*,

Digitized by Google

BELLVM ΡVNI-CVM.

SICILIA

Prima Ro. Prouincia.

lie 4.Verr. BELLVM

SECVN-

DVM.

SYRACV-SAE CA-PTAE, Plutar. in Marcello,

De quibus Diod.Siculus copiose

DESCRIPTIO

A. deratæ, aut immunes, aut liberæ ob fide seruatam relictæ fuerant. Con- si ciliat uentus quoque in Prouincia quattuor fuisse constitutos, in iisque Præ- Tvs III. tores iuris dicendi caula verlatos, vipote Syracülanum, Lilybætanum, Panormitanum & Mamertinum constat. Atque quum Cn. Pompeio primum M.Craflo Coss.Prztor C. Verres Qualtura perfunctus, fuccessiflet in Siciliam C.Sacerdoti Prætori : & in ea non succedente, fibi Arrio, per trienniũ libidinosè, auarè, crudeliterque versatus esset, succedente tandem in eius locum L. Metello, repetundarum reus ab Si- Cicero culis poitulatus est, qui omnes præter Syraculanos & Mamertinos M. Romanori Tullium Ciccronem illo tempore defensionibus amicorum florentem ria.cie 4Ver B ad accusandum Verrem compulerunt : iampridem illis necessitudine rina hor eff co pulatum, quod Quæstor in Sicilia fuisser Prætore Sex. Peduceo, & foren Brahant. quod quum decederet, in illa oratione, quam Lilybæi habuit, multa Siculis de se benigne promisisset. Accedit adhæc quod Verres Prouincia Pop. Ro. cellam penuariam; & plebis R.nutricem tot rapinis exhauserat, tot iniuriis vexarat, vt Seltertium millies ex lege Cicero ab eo repeteret. Ceteru Verres Tullii artes lusus est, & Hortensius, qui eius patro cinium fusceperat, quum interrogandos ipfi testes Cicero dedisset, ita fatigatus eft, vt nihil quod contra diseret, inueniret. Iraque Verres defperato patrocinio, clam in exfilium discessir, & absens quadringenties* Sestertium, quum octingenties ex lege deberet, repetundarum est id est 2500000 condemnatus. Atque hic quidem Siciliæ víque ad Cæsarem Dictato- Brab.flor. rem Itatus fuit. Siculos inde ab Cælare Latinitate, & polt mortem Cæfaris à M. Antonio ciuitatis iure donatos queritur Verrina.4 Cicero. Quarum tamen legum neutram post observatam esse, tum multa alia si cy i i documento sunt, tum quod C. Plinius, qui Vespasianorum fuit æqualis, cinitate Ro Mamertinos solos ciues Romanos appellat, Centuripinos autem, Ne- donasi. pinos & Segestanos Latinæ conditionis. Cæterum antequam singularum vrbium per partes descriptionem aggrediamur : operæ preciú me Lectori facturum putaui, & lucem aliquam præteritarum rerumemo-D riæ aperturu: si prius veluti per ITINERARIVM Obeamus primu Sicili-

am, secundum Littora& oram maritimam, inde eius mediterranea enumeremus: vtrumque co confilio facturi vt veteres vrbium, fluminum & promontoriorum nomenclaturas, recentibus si quæ exstent, compa remus: adhæc intervallla & locorum diltantias aliquot præcipui nominis vrbibus & fluminum oftiis promontoriis fads cribemus, ca ratione vt fi quæ intermedia loca á nobis interferantur, intelligendum fitab vltimo, quem adscripfimus, passum numero, ad proximi numeri distantiam mensurandum, intermedia nobis non satis explorata fuisse, atque propterea numeris à nobis non effe distincta.

Digitized by Google

SICILIAM

	6 SICILIAE	
•	SICILIAM itaque, vt infulam ambit ab Occafu & Septentrion mare: à Meridie Africum: ab Ortu Hadriaticum : & tribus pr Triangulum, vti memorauimus, definit »Ora verò maritima qua	romontorijs in
-	habet descriptionem.	
ITINERA RIVM SI- CILIA B	A Peloro ad Lilybaum promontorium numerantur M. P. Ab extremitate Pelori, vbi nunc Pharus ad Phalacrium promontoriu culmum	CCLXXXII. mnunc Rafi- M.P. XII.
	Inde Divetum oppidulum;ostia fluminum, Malpertuti, Nucithij, Frum	
		uonia, Oltuett,
	Sequantur. Male appidume nume Marlauzzo	
		M. P. XIIX.
· · ·	Chersonesus, nunc promontorium Mylazzi, interpreti Apollonij, S. E ostium U zdicula.	Sapiij Juiminus B
•	Castri Regalis fluminis ostium & oppidulum.	•
	Furnarus oppidulum; bui c Tripis in edito & prærupto colle ad imminet.	P.M.V.
	Heliconis fluminis ostium Ptolemeo, nunc Olinerij.	
	Tyndarium, Tundaenov, nume L'oryndaro.	M.P.XIIX.
	Pacte nouum oppidum.	M.P.V.
1	Promontorium Calaus, naufragijs infame	M.P.VI.
	Brolus arx & promontorium.	M. P.VI.
	Naß fluminis oftium.	C
	Promontorium Rolandi, colle in mare prominente.	M. P.XII.
	U in eo Agathyrium vrbs olim, munc suis ruderibus obruta, Ptol	emæus, Strabo
	Diodorus & Plinius.	
	Calata Ciceroni, Diodoro Calatina. Ptolemao Karáza vrbs; nun pt est coniectura.	cS. Marcus,
•	Chyde fluminis ostium, nunc Rosmarini.	
•	Aluntium orbs deleta.	•
	Aque dulces Diodoro	M. P. XII.
	Alefa vrbs, Ciceroni, Ptolemao, Straboni:nunc obruta, ad littus Ca	Mie incet
	M.P.XII.	_
	Caronia.	D
	Thusa flumen, arx & frumenti Emporium	1/ D 9719
÷	Monali fluminis ostium Ptolemeo, nunc Pollinæ.	M.P.XIIX.
	Malpertufi & Carbonis fluminis ostia.	
	Cephalædis prbs, Ciceroni, Straboni, Ptolemeo, munc Cifalu.	
	Rocella arx & flumen.	M.P.XIIX.
•	Himer & fluminis ostium, Ptolemao, Plinio & alijs nunc fl. Magnus	
x	Himera vrbs ab Annibale deleta, Diodorus Siculus:	34 5 87 -
	Brucatum oppidulum olim, nunc arx tantum.	M, P, VI.

Therme

DESCRIPTIO	7 .
A Therma Himera, & Balnes Himerenses Ciceroni, nunc Thermin	11. M.P.XII.
Thermarum fluminis ostium, nunc Termini.	•
Trabia arx & aque.	
Ohilis oppidum Ptolemeo.nunc non exstat.	•
Arx, portus, Emporium & ostitum fluminis S. Michaelis.	
Soloe orbs, nunc Solanto	M.P.XII.
Mons Gerbinus & turris specula.	1
Orethi fluminis ostium Ptolemao, Vibio, Polybio, munc Eleutherij. 1	Panormus vrbs.
M.P. IX.	• •
Peregrinus mons. Mondellum arx.	•
B Motya vrbs, & finus, nunc promontorium S. Galli.	M.P.IX.
Hyccaris oppidum, Laidus patria, nunc murus Carinis,	M.P.IX.
cui insula puellarum vocata opponitur.	
Elyma orbs vetusta, nunc Palamyta, vt est coniectura.	M.P. XII.
Macella vrbs Polybio,non exstat.	•
Parthenicus ager, Antonino, hodie nomen retinet.	
Bathei fluminis, Baleos oftium, nunc lati.	
Crimifij fluminis ostium, nunc S. Bartolomzi.	
Segestanum Emporium, & ora Segestana, nunc Castrum ad mare, L	9 frumenti Em-
porium.	M.P.XII.
c Cetaria, Ptolemeo Kn Taeía, nunc Scupellus, turris U statio.	
C Albrick mark A's (Annum the start of S Viti	M.P.XVII.
AEgitharsus, Aizilapoos, promontorium, nunc S. Viti.	-
Bonagie statio. Eryx mons & prbs, munc Trapanid'el r	
Drepanum, Apénavov, vrbs & portus.	M.P.XIIX.
Acithij fluminis ostium, nunc Birgi.	
Lilybeum promontorium & prbs, nunc Marsala.	M.P.XIIX.
A Lilybeo secundum or am Africi maris vsque ad Pachynum pro	montorium, O
	P. CLXXXIII.
Sic,	
Marsala fluminis ostium, qui Lilybao Marsala nomen fecit.	M.P.XII.
Sıbylliana turris, & promontorium Fæderis.	
D Mazari fluminis ostium & Stagnum, Diodoro & Ptolemao.	
Mazard emporium, Diodorus X1111.	M.P. XII.
Arene fluminis ostium, & trimm fontium promontorium.	
Selinis fluminis ostium, fiue Selinontis, nunc Madiunis.	
Hypfa fluminis ostrum, nunc Bilicij.	••
Atys fluminis ostium Plunio, nunc Carabi siue Garbi.	
Phintia orbs Ptolemao, nunc ruderibus suis sepulta.	
Therm'e vrbs, nunc Sacca.	
Soßijfluminis ostium.nunc Caltabellotz.	÷ 1 . 1
	Isburi

Isburi fluminis ostium, nunc Mayhasoli. A Lyci fluminis ostium Ptolemeo & Plutarcho, nunc. Platani.	8 SICILIAE.	
Lyci fluminis oftium Ptolemeo & Plutarcho, nunc Platani. Herachea que & Minoa; ad promontorium album profitrata iacet. M.P.XX. Siculiana, frumenti Emporium. Agrage fluminis oftium, qui nomen Agrigento dedit. Camicus orbs deleta & profitrata. Mons clerks, arx noua. Infula S. Nicolai. Flumicelli fluminis oftium. Gela cribs profitrata. Alicata, fust qui Achata malint Gela fundi e di Achata malint Gela tribs of sime. Falconera arx. Tharruba & Namphrie Sar aceni nominis fluminum oftia. Terranoua oppidum, & fluminis oftium. M.P.XIIX. Manumuza fluminis oftium. Dirilli maximi fluminis oftium. Ipori flumen, 1x úpis, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Carnarinz flumes. Gamarina Cribs, nunc Camarana. M.P.XX. Oasi fluminis oftium. Dirilli maximi fluminis oftium. Ipori flumes, 1x úpis, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Carnarinz flumes. Gamarina Cribs, nunc Camarana. M.P.XX. Oasi fluminis oftium. Dirilli maximi fluminis oftium. Ipori flumes, 1x úpis, Hipparis Pindaro, Jubio Hipponis, nunc Carnarinz flumes. Gamarina Cribs, nunc Camarana. M.P.XX. Oasi fluminis oftium. Ingifus cribs, Herodoto Ingfum Straboni & Stephand, Ingcum Paufania. nunc Longobar dorum flatio. Hirminis oftium Pinio, nunc Manli & Rhaguíz. Motychani fluminis oftium Pinio, nunc Manli & Rhaguíz. Motychani fluminis oftium Pinio, nunc Marzz. Edifus genina & exigua, à porris cognominata. Odyffeta promontorium Psolemeo, nunc Marzz. Edifus protus Ciceroni, Marza finua & flatio. M.P.XX. Tertum inde promontorium à Pachyno, Pelorus faquistu & orientale Sicilia (Cri Laus,diflat Pachymus à Peloro. M.P.XX. Tertum inde promontorium A Pachyno, Pelorus faquistur & orientale Sicilia (Cri Laus,diflat Pachymus à Peloro. M.P.CLX. Sic Elorina flagna. Naufathmus portus Pinio, Prolemao Phanicus, nunc Bindicaris, frumenti Empo- rium, arx. & ciufdem nominis infula. Elori fluminis fagnantis oftium, nunc Abyfus;	Isburi fuminis offinm mune Mayhafoli	Α
Heraclea que & Minoa:ad promontorium album prostrataiacet. M.P.XX. Siculiana, frumenti Emporium. M.P.XXV. Agraga fluminis olitum, qui nomen Agrigento dedit. Camicus Pris deleta & prositrata. Mons clerus, arx noita. Infula S. Nicolai. Flumicelli fluminis olitum. Gela verbs prositrata. Mons clerus, arx noita. Infula S. Nicolai. Flumicelli fluminis olitum. Gela verbs prositrata. Minto arx de Aguarum falfedime Salfut. B Falconera arx. M.P.XIIX. Bralconera arx. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIX. Oani flumens, Irt dys, Hipparis Pindaro, Fibio Hipponis, nunc Camarinz flumens. Gani flumens ontime Pindaro, nunc Fra (colari. Gausanis olitum Pindaro, nunc Scalaribris flatio, & S. Crucis fluminis olitum. Input flumens i solium Pindaro, nunc Scalaribris flatio, & S. Crucis fluminis olitum Plano, nunc Manli & Rhaggifz. Motychani fluminis olitum Plolemao, nunc Scilis. Puzallu, arx & frumenti emporium, sx quo breuifinue in Melitam infulam traie-flux. Motychani fluminis olitum Plolemao, nunc Marzz. <		
Agrigentinum Emporium. M.P.IXV. Agrage fluminis olitum, qui nomen Agrigento dedit. Camicus vrbs deleta & proitrata. Mons clerus, arx noma. Infula S. Nicolai. Flumicelli fluminis olitum. Gela vrbs proitrata. Alicata flunt qui Acbata malint M.P.XIIX Gela fluminis olitum. Gela vrbs proitrata. Alicata fluminis olitum. Gela vrbs proitrata. Belconera arx. B Felconera arx. M.P.XIIX. Gela fluminis olitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis olitum. M.P.XIX. Dirilli maximi fluminis olitum. M.P.XIX. Oani fluminis olitum. M.P.XX. Oani fluminis olitum. M.P.XX. Oani fluminis olitum. M.P.XX. Oani fluminis olitum Pindaro, muc Fralcolari. Caucanes, Kau ogiva, portus, Caucones Procopio, nunc Scalambris flatio, & S.Crucis fluminis olitum Pindaro, muc Siclis. Inyties vrbs, Herodoto: Inyteun Straboni & Stephand, Inycum Panfamia, nunc Longobardorum flatio. Hirminis olitum Plunio, nunc Manti & Rhagula. Motychani fluminis olitum Plotemao, nunc Marzz. Edifia portus Ciceroni, Marza fuua & flatio. Motyon oppidam Paufania, non ex	Heraclea que & Minoa: ad promontorium album prostrata iacet.	M.P.XX.
Camicus vrbs deleta & proštrata. Mons clarna, strx noma. Infula S. Nicolai. Filmnicelli fluminis oštium. Gela vrbs proštrata. Alicata, funt qui Achata malint M.P.XIIX Gela funius Ptolemao Himera, nunc ab aquarum falfedine Salfus. Belconera arx. Tharruba U Namphrie Saraceni nominis fluminus oštia. Terranous oppidum, & fluminis oštium. Dirilli maximi fluminis oštium. M.P.XIIX. Manumuze fluminis oštium. Dirilli maximi fluminis oštium. M.P.XIX. Manumuze fluminis oštium. Dirilli maximi fluminis oštium. M.P.XIX. Manumuze fluminis oštium. Dirilli maximi fluminis oštium. Ipori flumen, Irtáps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, souse Camarinz flumens. Gamarina vrbs, sunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oštium Pindaro, souse Fracolari. Guanae, Kau egica portus, Caucones Procopio, nume Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis oštium. Longobardorum flatie. Hirninig fluminis oštium Plotemao, nunc Siclis. Puzallus, arx & frumenti emporium, ex quo breuifismus in Melitam infulam traie- thus. Motychani fluminis oštium Ptolemao, nunc Marzz. Ediffa portus Ciceroni, Marza fuus & flatio. Motyon oppidum Paufania, non exitat. Pachyni portus Ciceroni, marc Capat Palfarum. M.P.XX. Tertum inde promontorium A Pachyno, Pelorus faquisu & or sinaele Siculis Pachynis promontorium A Pachyno, Pelorus faquisu & or sinaele Siculis Pachynis portus Ciceroni, nunc Citadella, ve eft coniectura. Machata, vrbs Ciceroni, nunc Citadella, ve eft coniectura. Machata, the schima	Agrigentinum Emporium.	₩.P.XXV.
Mons clarus, arx nona. Infula S. Nicolai. Flumicelli fluminis ofitum. Gela cribs profitata. Alicata, finit qui Achata malint M.P.XIIX Gela fluminis ofitum. Bayarma falfedine Salfue. B Falconera arx. B. Namphria Saraceni nominis fluminum ofita. Terranoua oppidum, & fluminis ofitum. M.P.XIIX. Manumuze fluminis ofitum. Dirilli maximi fluminis ofitum. Dirilli maximi fluminis ofitum. Ipori flumen, liriéps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, muse Camarines flumens. Gamarina Orbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis ofitum. Ipori flumen, liriéps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, muse Camarines flumes. Camarina Orbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis ofitum. Ipori flumen, liriéps, Hipparis Pindaro, muse Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis ofitum. Inpost fluminis ofitum. Inpostas verks, Herodoto: Inyflum Straboni & Stephand, Inycum Panfania. muse Longobardorum flatio. Hirmini fluminis ofitum Pinio, nunc Siclis. Puzallus, arx & firumenti emporium, ex quo breuifismus in Melitam infulam trais- tus. M.P.XX. Infula genine & exigua, à porris cognominate. Odyffeia promontorium Ptolemeo, nunc Marzz. Ediffa portus Ciceroni, Marza finus & flatio. Motyon oppidum Paufania, non exilat. Pachynis promontorium, a Pachyno, Pelorus fequina & dicentale Sicilia Istus; diffat Pachynus à Peloro. Istus; diffat Pachynus à Peloro. Elorina flagna. Machara, verbs Ciceroni, nunc Citadella, ve eft coniectiura. Naufathmus portus Pinio, Ptolemeo Phanicus, a nunc Eindicaris, frumenti Empo- rium, arx. & ciuf dem nominis infula. Elori fluminis flagnantis offican, nunc Abyfus;		
Alicata, funt qui Achata malint M.P.XIIX Gela funius Ptolemao Himera, nunc ab aquarma falfedine Salfus. Falconera arx. Y harruha & Namphrie Saraceni nominis fuminum oftia. Terranoua oppidum, & fuminis oftium. M.P.XIIX. Manumuze fuminis oftium. Dirilli maximi fuminis oftium. Dirilli maximi fuminis oftium. Ipori fumen, Irtáps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Camarina flumen. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oftium Pindaro, muc Fra [colari. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oftium Pindaro, muc Fra [colari. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oftium Pindaro, nunc Fra [colari. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oftium Pindaro, muc Fra [colari. Gumane, Kauegiza portus, Caucones Procopio.nunc Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis oftium Pindaro, nunc Manli & Stephand, Inycum Paufania. nunc Longobardorum flatio. Hirminy flumini oftium Plonio, nunc Manli & Rhagala. Motychani flumini oftium Plonio, nunc Manli & Rhagala. Motychani flumini oftium Plonenao, nunc Marza. Ediffa portus Ciceroni, Marza finus & flatio. M.P.XX. Pachyni portus Ciceroni, mac Cangut Paflarum. M.P.XX. Pachynis promontorium a Pachyno, Pelorus faquisur & orientale Siculia M.P.XX. Elorina flagna. Machara, Urbs Ciceroni, muc Cicadella, Vt eft conisciera. Naglathmus portus Plinio, Polemae Phanics , nunc Bindicaris, frumenti Empo- rium, arx. & ciufdem nominis infula. Elori fluminis fagmantis oftium, nunc Abyfus;	Mons clarns, arx noua. Infula S. Nicolai.	
Gela fumius Ptolemao Himera, nunc ab aquarma falfedine Salfus. Falconera arx. Y harruba & Namphrie Saraceni nominis fuminum ostia. Terranous oppidum, & fuminis ostium. Dirilli maximi fuminis ostium. Dirilli maximi fuminis ostium. Jori flumen, Irtáps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Carnarinez flumen. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis ostium Pindaro, muc Fra Colari. Gaucane, Kawegixa portus, Caucones Procopio.nunc Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis ostium Pindaro, nunc Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis ostium Pindoro, nunc Manli & Rhagala. Mirming fluminis ostium Plonio, nunc Manli & Rhagala. M.P.XX. Odychani fluminis ostium Ptolemao, nunc Siclis. Puzallus, arx & frumenti emporium, ex quo breuifismus in Melitam infulam trais- čtus. M.P.XX. Odyflia promontorium Ptolemao, nunc Marza. Ediffa portus Ciceroni, Marza fumi & flatio. Motyon oppidum Paufania, non exilat. Pachyni portus Ciceroni, marc Capat Paffarum. M.P.XX. Pachynis promontorium à Pachyno, Pelorus faquisur & orientale Siculia Iatus, distat Pachynus à Peloro. Elorina flagna. Machara, "tris Ciceroni, munc Cicadella, pt eff coniectura. Machara, "tris Ciceroni, plana of plana. Bartas distan planio, Polemae Proprines, suma Bindicaris, frumenti Empo- rium, arx, & eiufdem nominis infula. Eloris fluminis fagmantis ostium, nunc Abyfus;	Flumicelli fluminis ostrum. Gela vrbs prostrata.	
Gela fumius Ptolemao Himera, nunc ab aquarma falfedine Salfus. Falconera arx. Y harruba & Namphrie Saraceni nominis fuminum ostia. Terranous oppidum, & fuminis ostium. Dirilli maximi fuminis ostium. Dirilli maximi fuminis ostium. Jori flumen, Irtáps, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Carnarinez flumen. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis ostium Pindaro, muc Fra Colari. Gaucane, Kawegixa portus, Caucones Procopio.nunc Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis ostium Pindaro, nunc Scalambris flatio, & S. Cru- cis fluminis ostium Pindoro, nunc Manli & Rhagala. Mirming fluminis ostium Plonio, nunc Manli & Rhagala. M.P.XX. Odychani fluminis ostium Ptolemao, nunc Siclis. Puzallus, arx & frumenti emporium, ex quo breuifismus in Melitam infulam trais- čtus. M.P.XX. Odyflia promontorium Ptolemao, nunc Marza. Ediffa portus Ciceroni, Marza fumi & flatio. Motyon oppidum Paufania, non exilat. Pachyni portus Ciceroni, marc Capat Paffarum. M.P.XX. Pachynis promontorium à Pachyno, Pelorus faquisur & orientale Siculia Iatus, distat Pachynus à Peloro. Elorina flagna. Machara, "tris Ciceroni, munc Cicadella, pt eff coniectura. Machara, "tris Ciceroni, plana of plana. Bartas distan planio, Polemae Proprines, suma Bindicaris, frumenti Empo- rium, arx, & eiufdem nominis infula. Eloris fluminis fagmantis ostium, nunc Abyfus;	Alicata, sunt qui Achata malint	M.P.XIIX
 Falconera arx. Tharruba & Namphrie Saraceni nominis fluminum oftia. Terranoua oppidum, & fluminis oftium. Dirilli maximi fluminis oftium. Dirilli maximi fluminis oftium. Ipori flumen, Lricips, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Camarinz flumen. Camarina Wrbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis oftium Pindaro, muc Fra [colari. Caucane, Kau ogica portus, Caucones Procopio.nunc Scalambris flatio, & S. Crucis fluminis oftium. Inyfias ortes, Herodoto: Inyflum Straboni & Stephand, Inycum Panfania. nunc Longobar dorum flatio. Hirmini oftium Plinio, nunc Manli & Rhagula. Motychani fluminis oftium Plonenao, nunc Siclis. Puzallus, arx & frumenti emporium, ex quo breuifinmus in Melitans infulam traiofius. Mayeta portus Ciceroni, Marza fusu & flatio. Motyon oppidum Paufania, son exflat. Pachynis promontorium nunc Longobardus. Pachynis promontorium à Pachyno, Pelorus faquistur & orientale Siculia Iatus; distat Pachynus à Peloro. M.P.XX. Tertum inde promontorium A pachyno, Pelorus faquistur & orientale Siculia Iatus; distat Pachynus à Peloro. M.P.CLX. Sic Elorina flagna. Bortus Pinio, Polemao Phanicus, nunc Bindicaris, frumenti Emporinum, arx, & eiufdem nominis infula. 		tz
 Terranous oppidum, & fluminis ofinm. M.P.XIIX. Manumuze fluminis ofium. Dirilli maximi fluminis ofium. Ipori flumen, Ix ups, Hipparis Pindaro, Vibio Hipponis, nunc Camarina flumen. Gamarina Urbs, nunc Camarana. M.P.XX. Oani fluminis ofium Pindaro, muc Fra [colari. Cancana, Kawegiza portus, Caucones Procopio.nunc Scalambris flatio, & S. Crucis fluminis oflium. Inyétas Urbs, Herodoto: Inyétum Straboni & Stephand, Inycum Panfania. nunc Longobardorum/latio. Hirninij fluminis oflium Pinio, nunc Manli & Rhaguíz. Motychani fluminis oflium Ptolemao, nunc Siclis. Puzallus, arx & frumenti emporium, ex quo breuifinus in Melitam infulam traiofus. Odyffeia promontorium Ptolemao, nunc Marzz. Ediffa portus Ciceroni, Marza finus & flasio. Motyon oppidum Paufania, non exstat. Pachynis promontorium à Pachyno, Pelorus faquitur & orientale Sicilis in Latus; dista Pachynus à Peloro. M.P.XX. Tertum inde promontorium à Pachyno, Pelorus faquitur & orientale Sicilis in Latus; dista Pachynus à Peloro. M.P.XX. Sic Elorina flagna. Machara, Urb Scieroni, Patono. Marza flaus, off coniectura. Nayfathmus portus Plinio, Ptolemao Phomicus, anno Bindicaris, frumenti Emporium, arx, & eiufdem nominis infula. Elori fluminis flagnancis ostium, nunc Abyfus. 		.
Agebatur annus Olympiadis vndecimæ secundus, qui Archiae è gen- Archiae Syte Heraclidarum, Corinthi opum & potestatis licentia dominarctur. 1917 annue, Is amoris impotentia in Actzonem Melissi filium adolescentem forma & pudicitia gratiolum exarlerat.Eum.spe ac pretio pellicere adortus,vbi omnia suz libidini obsepta clausaque expiriretur, ad crudelem superbamque vim animum conuertit. Seruorum fatellitio stipatus Melissi domum inuadit, filium eius Actxonem ad stuprum rapere conatur, obnititur pater, inter colluctantium manus Acteon violentia laceratus ex-

Ď pirat. Hinc Meliflus furore amens cruentum filij corpus oftentat populo, scelus Archiæ, pueri infelicem formam, patris necessitatem orbus deplorat.nequicquam tamen ob Archiæ potentiam quiritatus, occasio- 186miei Indi Granem Isthmicorum (qui in honoré Neptuni frequentissimo totius Græciæ connentu celebrabantur) ludorum expectat: ibi tum furoris impotenția victus ædem Neptuni conscendit: populo Corinthioru, atque ipsi Archiæ diras imprecatus se præcipitat, exaudiit Neptunus, sequiturque graue tépus & annus vrbi agrifq; pestilens, nec hominibus magis, quàm pecori exitiosus, & vulgabatur contagio morbus. Consultum de remedio Apollinis oraculum, respondit, numinis iram de insontis pueri

2 I

Digitized by Google

nece

C₃

nece effe expiandam. Mox Archias quum se tante calamitatis culpam suftinere, suorumque ciuium oculis signari videret, numinis quoque vltioni cedendum ratus, fugæ confilium concipit, colonos maximo numero ex Corinthiis, Doriensibus, ac Teneo Corinthiorum vt externas fecum quærerent fedes adscribit: vt ne quid inaugurato aggrederentur, cum placuisset de loco Apollinem consulere ita resposum esti

> Trinacriam supra medio iacet insula ponto Ortygiam dixêre, vbi cana fluenta refundit Alphaus pulchra sese immiscens Arethusa.

Authores habeo qui referant, quum sub idem sere tempus, Myscellus quidam genere Achiuus, qui Crotonem coloniam in Italiam dedu- B xit, de vrbe condenda Apollinem confuleret, atque vterque, antequam oraculum proderetur, rogatus ellet, opeine an falubritatem expeterent? Archiam opes, Miscellum incolumitatem petiisle, & vtrumque voti compotem esse factum : Syracusas enim opulentia, Crotoniatas corpo-Sequutus itaque Apollinis oraculum Arris salubritate floruisse. chias colonorum frequentiam fecum deducens Ortygiam tunc quidem stracy- Infulam, postea tenui isthmo continenti adiunctam appulit. Sicuhfque ibidem prœlio victis & ad mediterranea profligatis, in condenda, munienda, ampliandaq; vrbe Syracufarum totus incubuit, quam postquam per aliquot annos felici progressu optimis legibus atque insti- C tutis firmasset, duabus ex vxore filiabus Ortygia & Syracusa susceptis, à Telepho, cui adoles centulo stuprum intulerat, & à classis sux Prz fecto per fraudem interemtus elt. Post Archiæ cædem vrbs maxima statim. incrementa tam ex iplius agri felicitate, quàm portuum commoditate accepit:floruitq;in optimatu statu plurimis ea respublica viris, & dignitate & belli gloria claris colpicua: víqueadeo vt Syra culani ipforum au∗ spiciis populos finitimos suz potestati subiicerent, plurimosque barbarorum feruitute oppressos in libertatem vindicarent. Quumque è quattuor illis vrbis Syracufanæ partibus fola Ortygia per id tempus incoleretur, affluente in dies, vt fit in Republica bene constituta, multitudi- D ne aliis atque aliis subin de partibus Pomerium auctum est : creuitq, vel ab iplo statim initio vrbs eò potentiz, vt intra breue tempus quattuor vrbes in Sicilia Syracusani condiderint, Acras videlicet niuosis in montibus ad Anapi fluuij fontes septuagesimo post conditas Syracusas anno; Casmenas in planicie nonagesimo, Camarinam ad littus meridionale centesimo decimo, Ennam quoque in mediterraneis infulæ ipsoque fime ad velutivmbilico anno septuagesimo primo. Ab optimatum quem vniusimpe-rië . hec eff diximus statu, Syracusanorum respublica ad popularem, à populari ad Monarchia, + plebeium conuería cít. Nam quum Tyndaridis vnius ex optimatibus ₩\$ Seq.pag. opes,

ditzi

22

A opes, & nimia popularitas affectatæ tyrannidis crimine, aut certe suspitione tenerentur, legem Optimates tulerunt, quam ab Oliuæ folio Peta- milaniquis. lismum vocarunt : hac eauebatur, vt eius; qui regnum affectasset, nomen-Oliuæ folio infcriberetur, eidemque traderetur, atque hinc intelligeret exfilium fibi per quinquennium esse indictum. Ea lege multi deinceps Optimatum odio & inuidia expulfi funt, ita vt is ordo eiulque auctoritas multum imminueretur, & Reipublicæ status tandem ad plebeium, inde ad vnius imperium, vti fieri solet, conuersus sit. Orta namque de Iouis Olympij facerdotio, quod vnum ex annuis magistratibus apud Syraculanos fuit, contentione, quum quidamex ordine patricio, qui B Gamori vocabantur, eum magistratum impotentius ambirent & per tumultum in ea contentione à plebe & seruis, qui Cyllirij vocabantar, coniuratione facta eiecti, in Calmenam vrbem secessifissent, Gelo Dinomenis filius, qui tunc apud Gelenses rerum potiebatur, à Gamoris in auxilium euocatus magna militum manu coacta, eos ab vrbe Cafmena Syracufas reduxit plebe & feruis in potestatem redactis, quo beneficio ita vniuerlos fibi demeruit, vt Syraculani le, fortunas luas, iplamý, adeò vrbem Geloni ad se venienti haud inuiti permiserint, dediderintque. Atque ea ratione Gelo primus omnium regnum Syraculanum adeptus GELO PRIMVS est Olympiadis septuagesima secunda anno secundo, quo tempore Da- syracymaratam Theronis Agrigentinorum Tyranni filiam in vxorem duxit: RBX. Gelam verò Hieroni fratri possidendam reliquit. Quumque per annos septem legibus & institutis Syracusanorum rempublicam firmasset, opera quoque publica quamplurima exstruxisset, graui morbo correptus, cum hæredem non haberet, Hieroni fratri à le natu maximo regnum Syracularum consensu populi anno tertio Olympiadis septuagefimæ quintæ tradidit. Iniulta Hieronis potentia atque auaritia initio ii. syracuvexata est Respublica, eiusdemque tyrannide Thrasybulus & Polyzelus sartin rex. fratres ipfius Syracufis cessêre. Sed postquam is in grauem morbum incidisset, consuetudine * Simonidis, Pindari, & Bacchylidis Poërarumi "De trib. Ď admodum familiariter vsus, mores in melius mutauit. Frequenti enim poetie vide & affidua virorum illorum confuetudine rerum plurimarium cognitio- Vrfinum in nem adeptus, postea à liberalitate & benignitate commendatus est, ani-fragmente. muque verè generosum & liberale sumpsir, pietateq; erga fratres vsus, frequentique victoria contra hostes potitus, quum vndecim annos & THRASYmenses octo regnasset, fato functus Thrasybulum fratrem successorem aviv habuit anno fecundo Olympiadis septuagesimz octauz. Huius Thra- "yrannu. fybuli libidine, crudelitate & audacia vexaticiues, arma prolibertate sumpsêre coactilque quindecim hominum millibus cam vrbis partem, qua Tycha vocabatur, occuparant. Thrasybulus autom Acradina &

Nalo

Thrafybulus SYTACHIS pellitar.

ALTERA CONVER \$10 Reipublics Syracufana.

† NijoG-Dorice NAfos,infula.

ĎVĆĖ-TIVS Prin-THM.

[เcนlū cum Ducetio.

Ducetists regno exusus exfulat.

Nafo aliis duabus vrbis partibus communitis, Syraculanos frequétibus A excursionibus lacessebat. Syracusani verò quo se à Thrasybuli tyrannide liberarent, auxilia ab Agrigentinis, Gelenfibus, Selinuntiis, & Himerensibus petunt, quorum auxiliis adiuti aliquoties cum Thrasybulo manus, sed dubio Marte, conservêre, extremo tandem prælio victores Thrafybulu expellunt, qui Sicilià excedens desperato reditu, reliquum ætatis Locris priuams transegit. Ab eo tempore Syracusani per annos sexaginta vsque ad Dionysij tyrannidem libertate vsi, Ioui Eleutherio fine liberatori colosseam it atuam erigunt; decernuntque ne quis nouus homo, aut ex iis, qui à Gelone in ciuitatem ad decem millia adscripti fuerant, honores caperet, qui dum fe ab honorum communicatione con-B timeliosè exclusos vident, arma capiunt. A cradinam & + Infulam liue Nason munitissimas vrbis partes occupant, variis inde præliis bellum protrahitur, donec Syraculani indigenæ magna & ingenti victoria contra inquilinos potiti, coldem vrbe eiicerent. Et quò seditionum faces, & libertatis public infidiatores vndique tollerentur, relique quoque vrbes exemplum Syraculanorum lecuta quolcunque ab Hierone in ciuium numerum afcitos in exilium cogunt, exules verò per Hieronis tyrannidem vrbe expulsos renocant, atque eo potifsimùm facto Siciliam ad tranquillitatem & pacem componunt. Cæterum quia Siculi à Græcis ex maritimis vrbibus profligati mediterranea Siciliæ loca inco- C lebant, hi & proprios reges & rempublica habebant, & inter hos præcipui nominis principem Ducetium Neetinum opibus, & rerum gestarum rivs Prin- gloria nobilem. Is Eman Gra corum vrbem principe eius per dolum necato, occupat: inde in Agrigentinos excursionem facit, & Motyam vi BELLVM capit. Qua re cognita Syracufani eiusdem vires iam nimium inualescentes, repreffuri, Bolconem cum exercitu contra Ducetium mittunt, quem prælio superatum perduellionis reum agunt; Et sane hærebat in culpa Bolco, exercitum namque sum donis à Ducetio corruptus prodiderat, hinc capitis accersitus damnatur, summissus que alius pro Bolcone dux cum Ducetio congressius cundem profigatum in fugam cogit, p vestigijfque fugientium non fine magnastrage infisitit. Fractus ea clade Ducetins, atque à suis desertus, capto à necessitate confilio, noctu Syraculas properat, ibi in foro ante aras proltratus, mox lupplex ad lenatum accedens seipfum cum vniuersa Siculorum regione in Syracusanorum potestatem dedit. Populus rei nouitate permotus ad concionem vocatur, ibi variantibus sententijs plebs de eo tanquam hoste supplicum sumendu decernit. Optimates verò & proceres Ducetio supplici & ludibrijs fortunz projecto parcendum censent. Sequitur procerum indiciñ populus, relegatuíque Corinthum Ducetius prinatus ibidem reliquum

Syracvsae.

A reliquum vitæ peracturus. Hinc Agrigentini Syraculanis infensi, quòd communi hofti peperciffent, bellum ijldem mouent, hac occafione & reliquæ Græcaniæ originis in Sicilia ciuitates in factiones & partiú studia diltracte sunt, congressique prelio interse ad Himeram fluuium Syraculanis & Agrigentinis dubio aliquamdiu Marte certatum est, tandem Syraculanus victor Agrigentinos ad pacis leges compellit. Per id tempus turbatis Siciliæ rebus, Ducetius à Corintho reuerius postquam Collatinam coloniam condidisset, regnumque Siciliæ vtcunque recreasset, collatinam coloniam condidisset, regnumque Siciliæ vtcunque recreasset, riva conecdum composito tumultu, morbo correptus interijt, Mortuo Duce- 10 NIA. tio pace cum Agrigentinis facta, & fœdere, quod cum Carthaginienfibus Gelo percullerat, inuiolato, Syraculæ facile principem locum in Si-B cilia tenebant. Atque ez iam Syraculanoru opes erant, ea imperij poteftas, vt non folùm Græcorum, fed & Siculorum vrbibus, excepta Trinacria, imperarent. TRINACIA Sicularum vrbiu ea tempestate princeps, TRINA-& quasi regia opere præsidioque munitissima, ciuibus quoque virtute, ingenio ac opulentia præstantissimis referta florebat, cam Syracusani, vt potentiæ suæ æmulam, & de Siculorum imperio vindicando cogitantem, aut in potestatem redigendam, aut penitus delendam decernunt, conscriptis itaque vndique copijs, habitoque delectu acerrimo in Trinaciam vim omnem & apparatum belli mouent, Trinacini strenue TRINApro aris & focis pugnaturi animos fumunt, Syraculanis occurrunt: vincuntur tamen, sed tanta etia in victis pertinacia fuit, vt quem + quisque + sallafiaviuus pugnando locum cepiflet, eum amilla vita corpore tegeret, fenes etiam ne viui in hostium potestatem venirent, sibi manus intulerunt. Trinacinorum exercitu ad internecionem deleto, Syracufani vrbem foto æquari iubent, plebem & reliquos omnes in vrbe captos ad seruitutem vendunt, prædam selectiorem Delphos ad Apollinem, vt tantæ victoriæ auctorem, mittunt. Polthæc pacata iam omni, vti videbatur, Sicilia, subito bellum inter Syracusanos & Leontinos exarsit. Syracusano- BELLVM rum partes vniuers e Dorici nominis ciuitates excepta Camarina fequeb bantur, Leontinorum Chalcidica & Camarina. In Italia quoque Locri Syracusanis, Rhegini Leontinis studebant. Rhegini Leontinorum focij affinitatem prætexentes, Athenas legatos cum Gorgia oratore pro auxilijs mittunt, Syraculanorum superbiam acculantes, à quibus terra mariq; arcerentur.Decernunt Atheniense auxiliü viginti triremiü ducibus Lachete, & Charœade, idq; non tam necessitudinis affeotu, quàm ATHENIvt Peloponnenses frumentari ex insula prohiberent, simul spe Siciliam in siciliam in siciliam adventus. in ditionem suam redigendi. Postquam Athenien sium duces Rhegium appulissent, dum adiunctis sibi sociorum copijs ad bellum se comparant, zitas transit. Interim Athenienses domi graui peste affligütur Qui verò

Digitized by GOOGLE

26

SYRACVS AE.

verò in Sicilia erant Athenienses, ne ocio vires tor pescerent, accitis do- A mo socijs, AEolias insulas insudunt, cumque vrbibus potiri nequirent, perpopulatis infulis Rhegium reuertuntur. AEstate insequente Chacharaadas ræadas Athenicnsiñ Dux à Syracusanis in prælio occiditur. Laches autem, penes quem classis imperium crat, Mylas Messanensium oppidum cum duobus cohortibus in deditionem recipit, paullò pòft ipfam Meffanam occupat. Interea Athenienses à socijs persuasi maiori auxilio contra Syracusanorum vires opus esle, Pythodorum in locum Lachetis cum paucis nauibus submittunt: is Locros Syracusanorum socios temerè aggressus prælio vincitur. Syracusani inter hæc Messana recipiunt, mox lociorum querelis incensi bellum contra Rheginos suscipiunt, B sperantes ob infirmitatem classis Atheniensium se Rhegio facile potituros, coactifque in vnum & suis, & sociorum viribus, classem triginta nauium efficiunt, cum hac fexdecim Athenienfium, & octo Rheginorum aggrediuntur. Sed victi, & in fugam versi castra repetunt, postridie prælio redintegrato dubio Marte nec victi, nec victores discedut: Messanenses sub hac Naxum Chalcidicam, (Atheniensium hac socia erat) oppugnantes, mille è suis interfectis, repelluntur. Messanensibus hac clade fractis, Athenienses rati vrbem facile se expugnaturos, eandem terra per locios, mari per se oppugnant. sed Messanenses inter hæc vrbe cgressi duce Demotele, cum Locrensibus socijs Leontinos inuadunt, c agunt, ferunt, cædunt, donec ab Athenienfibus auxilium focijs ferentibus in vrbem rurfus compellerentur. Ita poftquam diu mutuis in fe cladibus Siculi defæuijflent, tandem in vnű congregati inter fe reconciliantur: Athenienfium verò classis domum reuertitur. sed duces ab infensa ciuitate tanquam muncribus corrupti exilio multati funt : angebantur enim Athenienses spe sua frustrati, qua se Siciliam occasione bellorum intestinorum in fuam potestatem redacturos impotentius sperauerant. Conuenerat in ea reconciliatione inter Siculos vt Syracufani Leontinos ciuitate donatos ciuium iure vii permitterent, L continumque vrbem municipium Syracufanum declararent. Ceterùm quum Leontini **z-** D grèfuis le fedibus expelli paterentur, nouum ob leges agrarias motum excitarunt. Ei occasioni Athenienses incumbentes Phæacem virum strenuum ad concitandos Leontinos, cæterolque Syraculanorum locios alienandos mittunt, vt tranquillum Reipublicæ Itatum iterum perturbaret Is Camarinenses, & Agrigentinos in suam sententiam pertraxit. Gelenses autem & reliqui in fide persistunt, atque ea sociorum constantia Phæacis indultria, fimul & Athenienfium ambitio eluía elt. Exarfit poltea grauillimum & mutua clade partiumque Itudijs diuturnum inter Syracufanos & Athenienses bellum.Causam tanti motus Segestani & Seli-

Dux Athen.

> FOEDVS LEONTI-VM.

Digitized by Google

SYRAC: 🕅 SAEv

- Selinuntij priuatis ex iniurijs ob quædam sponsalia, & agri limites depopulatos præbuerunt. Segeltani victi à Selinuntijs Syraculanorum & Agrigentinorum auxilia, ted frustra, sollicitant. Mox & Pœnorű opes nequidquam implorant, quare cum Leontinis exulibus locietatem coëunt & Athenienles ad bellum Selinuntijs & Syraculanis mouendum per legatos, promissa magna vi auri & suo auxilio ad Siciliam occupanda, adiunctis etiam Catanensium precibus inuitant. Ceterum cum in comitijs de bello contra Syraculanos suscipiendo ageretur, Nicias Nicerati fi, Nicerati lius virtute & auctoritate præcipuus bellum dissuasit, quod eo bello vi, F. Ashen. res Atheniensium vix contra Spartanos per proximos aliquot annos
- B pares attererentur exhaurirenturque deterrebat adhoc quòd Carthaginienfe's eo fæculo terra & mari potentissimi Syracusanoru opes, nedum totius Siciliæ vires inprosperè tentassent. Contra Alcibiades, vir, vti inge- DE SAther nij acerrimi, ita & facundiæ vehementiflimæ populum diuerfis rationibus ad bellum Syraculanum hortatur , fidei elle Athenienlium locios à feruitute allerere. Syraculanos quamuis alioqui potetillimos, Athenienfium tamen & fociorum , quos violauerant, viribus, & partium Itudijs impares fore. Claffem itaque inftruendam, & fi copias in Siciliam pedestres mittant, eam facile cessuram. Accedebant adhæc legatorum, qui fe ad mouendam commiferationem omni squaloris habitu deformaue-
- c rant, preces & lacrymæ, nec parum valuit apud dominandi eupidos tot populorum idem precantium numerus. Classis igitur mittitur ingens centum triginta triremium, quinque millibus armatorum instructa: duces creati & fimul missi Nicias, Alcibiades & Lamachus : tanțisque viri- Lamachud bus Sicilia repetitur, vt etiam ipfis, in quorum auxilium mittebantur, dux Athen terrori ellent. Breui post tempore reuocatur ad causam dicendam à ciui. ATHENI-
- bus Alcibiades; Nicias verò & Lamachus duo prœlia pedestria secunda faciunt:munitionibus deinde circundatis, Syraculanos vrbi lue inclulos etiam maritimo commeatu intercludunt. Quibus rebus fracti Syracufani, auxiliñ à Lacedæmonijs, vel ipfo Alcibiade, qui Spartæmetu legum

D exulabat, suadente, simul & à Corinthijs petiuerunt, & impetrarunt. Missa Spartanis Gylippus rei militaris peritissimus, à Corinthijs verò, Python, cum auxiliaribus vterque copijs. Gylippus, audito genere belli, & inclinato iam statu, auxilijs partim in Græcia, partim in Sicilia conferiptis, oportuna bello loca occupat. duobus inde prælijs victus, tertiò feliciter congressius, occiso Lamacho hostes in fugam copulit, simul focios obfidione liberauit. Ceterúm quum Athenienses rem à bello terrestri in nauale transfulissent, Gylippus classem cum auxilijs accersit, Gylippus quo cognito & ipfi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem nim. & Eurymedontem cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnelij

D 2

'quoque

27

ALCIBIAniemfis.

28

SYRACVSAE.

quoque communi ciuitatum decreto ingentia Syracufanis auxilia mi- A sêre.ita vi quasi translato in Sicilia bello Peloponesiaco summis ex viraque parte viribus dimicaretur. Prima igitur congressione nauali Athenienses victi, castrisq; exuti, omni publica simul ac priuata pecunia spoliantur. Super hæc mala, quú & terreltri prælio inferiores effent, centuit Demolthenes, vt dum res quamuis affectæ, nondum tamen perditæ elfent, mature è Sicilia decederent; neque enim in bello male auspicato diutius perfeuerandum elle; domi grauiora bella superelle, in quæ quidquid reliquum erat apparatus, reservandum. Nicias autem siue pudore rei malè gesta, seu metu ciuium suorum, vel impellente sic fato, manere Ab aduería itaque prioris cladis procella, reuocatis ad contendit. B spem secundioris prælij animis, nauale certamen instauratur, sed inscitia ducum, qui inter maris angustias tutius cum hoste se congressuros spera bant, Syraculanos aggressi, impeditique inter le Athenienses facile vincuntur. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans cadit; triginta, quibus præfuerat, naues flammis insectis incendio confumfit. Iple quoque Demosthenes & Nicias codem prælio victi exercitum excursionem facere iubent, tutiorem itinere terrestri sugam rati. Ab his relictas centum triginta naues Gylippus occupat, ipfis deinde fugientibus instans, partim capit, partim cædit. Demosthenes amisso exercitu ferro se à captinitate & morte voluntaria vindicat. Nicias autem, ne De- c molthenis quidem exemplo vt fibi confuleret edoctus, cladem fuorum etiam captinitatis dedecore auxit. Quidam tradunt Demosthenem & Niciam posteaquam sese dedidissent, populi Syracusani iussu ad supplicium raptos atque interfectos. Variant alij. Hermocrati enim concione nondum dimissad eos occidendos digresso carceris custodem occurrisse, retulisseque Demosthenem ac Niciam in carcere fibi ipfis manus intulisse, mox eorumdem cadauera ad ludibriñ ante carcerem proiecta -fuisse. Syraculani ea victoria potiti mox popularem statum pro Aristocratia fiue optimatű statu arripiunt. IT A enim ferè comparatum est vt Syracufane conuerfio. victoria libertatem, libertas licentiam pariat.iterum dum plebs belua "multorum capitum, rationis & fanioris confilij expers, libertate & rebus prosperis infolentiùs vtitur, ex nimia rursus in seruitute incidat, ac tandem eos tyrannos admittere cogatur, quibus fe fuamque rempublicam inconfideratiùs crediderat.Quod & Syracufanis postea accidit, dum ab hoc populari statu iterum in Dionysij tyrannidem reciderunt. Polt hæc Syraculani Selinuntiorii clade permoti, quam à Carthaginiélibus, qui Segestanis venerant auxilio, acceperant, Dioclem cum quatuor selectissimorum millibus contra Annibalem Gisconis filium, qui tunc Himeram vrbem oppugnabat, in auxilium eius vrbis mittunt. Verùm Annibal

Thucidides *lib.* v 11. exitemo, belli Peloponnes.de bac cede соріобінс.

> TERTIA Reipublica

- A Annibal Syraculanis magna clade affectis Himera + poritur. Hinc indi- + quam & gnati Syraculani Hermocratem Petalismo vrbe expellunt. Is exul pro ea refere quæ tunc etat rerum ipsius fortuna quinque triremes ædificat, allumtis Becader. præterea exulibus Himereis reditum fibi in patriam conficere conatus, 116.9. postquam se spe frustratu videt, mediterranea Siciliæ petit, Selinuntem in offraigoccupatam initaurat, Selinuntios per Siciliam disperios reuosat, vrbem Toneyalibe iplam communit, quumque aduenas vndiq; reciperet, breui ad fex mil- 🗥 lium manum cogit. His copiis auctus Motyenles, Panormitanolque, qui Pænorum partes sequebantur, depopulatis eorum agris congredi aulos prælio superat, socios tuetur, hostes vbique infestat. Intellecta Her-
- **B** mocratis virtute, rebulque ab iplo in exilio gettis, Syraculanos pænitentia fubit, quòd virum egregium nihil commeritu eieciflent. Ipfe autem per amicos de ciuium suorum pænitentia certior factus, quo magis fibi eos demereretur, osla eorum, qui ad Himeram duce Diocle contra Carthaginienles pugnantes conciderant, quàm potuit diligentiffimè collecta ornataque curribus impolita Syraculas remittit; quanquam ne fic quidem reditum impetrare potuit. Verebantur enim Syracusani ne vir ingentis animi atque audaciæ dominatum patriæ occuparet. Hermocrates dum fe non admitti videt, retrò ad Selinuntios abit, paullò pòft ab """ "" amicis clam reuocatus noctu Syracufas profectus Acradinam intrat, CARDER
- c Recognita Syraculani in foro conglobati Hermocraté cum maxima fociorum parte interficiunt, reliquos verò confcios exilio damnant, pauci tamen aliquot amicorum operâ exitio fubtracti, & inter eos Dionyfius, qui postea tyrannidem occupauit. Syracusani interea inualescentem Carthaginien fium potentiam metuentes legatos Carthaginem mittunt de bello fibi illato conquerentes, postulantesque ve deinceps ab armis discedere vellent. respondét Carthaginienses ambigue. Bellum interim fumma vi parant, duces deligunt Annibalem Selinuntis Himeræq; excidio illustrem, & Himilconem Hannonis filium, militem ex Hispania a Cartha Africa, Italia mercede conducunt · quadraginta triremes in Siciliam ad giniensibui.
- explorandum infulæ aditum dimittunt. Verum Syraculani cum pari triremium numero occurrentes, graui przlio Carthaginienses superant, naues quindecim capiunt. Nihil ea clade deterriti Carthaginienses Sicilia cum maiori atque instructiori classe, in qua præter triremes mille naues onerariæ fuêre, repetunt. Agrigentum florentissimam Siciliæ vrbem obsidione cingunt. Syracusani veluti ad commune incendium restin- Agrigenti Carbaginitguendum militem vndique cogunt, accitis & fociorum auxiliis vniuer- fes obfident. fis copiis Daphneum præficiunt, ac statim in hostem ducere iubent. Hi- Daphneus milco Carthaginiensium dux audito tanto hostium apparatu, quadra-Dux Syrne. ginta millia armatorum obuiam Syracufanis mittit. iam Himeram Huuium

20

D3

30

SYRACV5AE

fluuium Syraculanus traiecerat, cũ lubitò hostis apparet nec quicquam A cunctati Syraculani hostem inuadunt: prælium cruentū, & anceps conmittitur.fed vincit tandem Syracufanus, hoftibulý; ad fex millia prælio interfectis, reliquum exercitum turpi tuga dispersum no fine pari strage infequitur. Daphnæus vbi & fuos undique dispersos in persequendo. hofte nullo ordine ferri videt, veritus ne idem fibi quod Diocli ad Hi-, meram acciderat, eueniret, receptui canit, collectifque fuis, caltra & ipfer ad Agrigentum locat : concurrentibulque eo Agrigentinis, Carthaginienfiú castra vnà cum illis oppugnare aggreditur, sed quum se frustraob infuperabilem caftrorum munitionem laborare videret, incœpto de-. stitit:interceptisque vndiq; pabulatoribus Carthaginienses ad summas 🗿 angustias & inopiam adducit. Hinc Himilco rebus propè desperatis per transfugam certior factus, Syraculanos mari commeatum, & lublidia A grigentinis aduehere, quadraginta triremes cla milite implet, incau-, tiulque nauigantibus improuilus occurrit, primo congrellu octo naues longæ depressæreliquæ captæ, aut dissipatæ. Agrigentini ea clade accepta consternati commeatuque & externo milite destituti, tanquam rebus deploratis, vrbem fuga deferunt, deferta potitur hoftis. Hinc diuulgato Agrigenti excidio, ex tota pallim Sicilia Syracufas migratur. Qui excidio supererant Agrigentini, apud commune sociorum concilium duces suos accusant, corum perfidia patriam proditam; victoriam hostibus partam. Intererat concioni Dionysius Hermocratis filius, is, occafione accepta, duces apud populum vicifiim accufat, illorum crudelita+ te & auaritia rempublicam hostibus proditã, socios desertos, imperium Syracufanum ad vltimű prope exitium adductum vociferabatur; creandos effe alios, qui rempublicam collabentem & iam ruituram confilio & fortitudine confirmare pollint, in priores duces tanguam proditores vltima esse fatuenda. Dionysius hac oratione, plebe quæ vel per se ducibus erat infenfifima, quò volebat, impulfa, Prætor ab illis cum aliquot aliis creatur. Mox plebem obsequio, milites munificentia sibi concilians, effecit vt iple folus Imperator crearctur. quod vbi le allecutum D videt, viamque fibi iam ad Tyrannidem elle factam, militum stipendia duplicauit, exules & obæratos quoquo modo fibi deuinxit: ac Pisistrari Athenienfiű tyranni exemplo infidias fibi factas fimulans, fatellitium fexcentorum militum ad corporis cuftodiam à populo impetrauit. Hoc agmine, tum aliorum, quos præmiis fibi conciliauerat, ftipatus, tyrannidem occupat. Ita Syraculani poltquam à Thrafybuli electione per lexaginta annos libertate potiti essent, in Dionysij tyrannidem recide-Dionyfius anno tertio Olympiadis nonagefimæ tertiæ; vrbis runt. verò Romæ conditæ CCCXLVII. tyrannide ad hunc modnm potitus, primùm

Dionyfins Syracufari folns dux.

Reipublica Syracufana connerfio.

DIONY-SII Hermocratic Syrannis annis 38.

Syracvsae.

- A primùm præcipuos quolque Syraculanorum, qui eius le conciliis obiecerant, aut interficit, aut exilio multat. Hinc contra Carthaginienles varia fortuna bellum gerit, deinde & Syracufanorii pro libertate pugnantium arma expertus, polt varias tandem clades, tum acceptas, tum illatas, eos fibi parere compulit, rebulque tam domi, quàm in reliqua Sicilia constitutis, armilq; in Italiam translatis, Rheginos, Locrenses, Cauloniatas, atque alios Italiæ populos fubegit, in quo tamen bello, præter omnium expectationem, clementillime le gellit. Poltquam autem per annos duodequadraginta tyrannide potitus, ne à facris quidem manus abstinens, etiam pretiofissima quæque deorum dona è templis rapuif-
- B fet, occupatam per scelus dominationem quasi iultam ac legitimã, adamantinis, vt ipfe iactabat, vinculis colligatam hareditatis loco, filio fuo tradidit; qui luxu ac libidine diffuens, candem cuertit. Genus mortis SII Iyramie ab auctoribus varie traditur. Quidam infidiis filorum interfectum pro- mori. dunt, alij veneno interceptum: funt & qui fubito gaudio enecatum feribant. Interea Hanno Carthaginiensis ea mortis occasione vsus, Hanno præcipuam Siciliæ partem occupat: quumque ingenti præda & rapinis in crucem ditatus, Carthagine rediisset, affectati regni condemnatus, corpore prius atui. variis suppliciis lacerato mutilasoque, in crucem agitur. Dionysio mor- prosetuo filius cius Dionyfius natu maximus, militum fide & opera víus ty- cv N D V.
- c rannidem occupat, pacem cum Carthaginiensibus facit, mox in omnis occupat anlibidinis genus, tum superbiam & sæuitiam proiectus, ciues etiam suos me x11. omni contumeliarum genere vexare non deltitit, donec victa tot tantilq; iniuriis ac conuerla in furorem ciuiŭ patientia, coldem ad arma pro libertate fumenda, ad frangendam fuperbam ipfius dominationem perpelleret. Primum itaque arctiflima ipfum obsidione in Acradina premunt.Inde conantem erumpere, multa cæde cladeq; affectum vrbe tandem expellunt. Dionysius Sicilia pulsus Locros calamitatis suæ etiam tum ignaros, neq; finistri quicqua metuentes, occupat. quumque apud cosdem per sexennium stupris, ebrietate, rapinis, turpique dominationis licentia & sacrilegiis des auisset, per conspirationem tandem Locrensi magna cum ignominia eiicitur: & à Syraculanis id temporis per factiones, & partium studia inter se dissentientibus iteru admittitur. Ceterum postquam ciuiu in se animos officiis & humanitate tentasset (tantus erat tyrannidis metus, & ex metu odium)totus in barbarū & crudelem dominum generauit: víqueadeo vt plurimi eius dominationem exofi, relicta patria externas fibi fedes quærentes, iuxta Cumerum promontorium, in littore maris Hadriatici Anconem coloniam codiderint. Dion Syracufatamen qui virtute & eruditione inter familiares Dionysij facile præsta- normen cobat, eundem ex affinitatis necessitudine sapientiæ præceptis, & Platonis Dio Sy-

contu-

32

Plato A Dionyfium tyr Annum

Philistus biftoricus.

Dio Platonis amicus Dionisio pulfo Syra-CHIAS OCCHpas Xenophon in

racufanie gratanter accipitur.

ť

contubernio in mentem meliorem inducere conabatur. Verum purpu- A rati poltquam Dionem altius in regis animum penetrare, tum iplum Dionyfium Platonis confuetudine ad sapientiam proficere, se autem vtpote turpitudinis tyrrannicæ mancipia vilescere vident, apud faciles nimium & pronas ad deteriora Dionyfij aures (quia virtutem & bonum alienum oderat) Dioni inuidiam mouere cœperunt; fimul Philistum historicum ex Hadria, vbi iuslu Dionysij senioris exulabat, reuocatum æmulum Dioni atque ipli Platoni inducunt. Is poltquam variis artibus in familiaritatem atq; animum tyranni fe infinuaffet, gratem Dioni de litterarum cum Carthaginien fibus commercio sus nem per calumniam mouit. Hinc Dionysius, vt erat ingenio ad suspi- B cionem atque inuidia prono, Dionem fratremque ipfius Megaclem infidiis præoccupatos, ac cymbæ impositos, magna cum totius ciuitatis consternatione, in Peloponnelum mittit, atque ibi exulare iubet Plato ubi doctrinam fuam Dionyfij quoque auribus, iam alienatis grauem fenfit, fponte Athenas reuertitur. Ceterùm Dio posteaquam multorum animos partim virtute, partim calamitatis suz commileratione fibi conciliaflet, patriæ liberandæ impetum fumit, & quum reditum per vim fibi aperire statuisset, confilium Eudemo & Timonidi sociis detegit. Conscensis itaque nauibus ægrè per aduersas tempestates ad Minoam, quæ tunc Carthaginiensium imperio tenebatur, exscension é faciunt: quim- c que Paralius præsidij Carthaginiensium ibidem præsectus Dionem benigné excepifiet, oportune nunciatur Dionysium in socordiam & ignatiam prolapfum, cum totis copiis iuxta Cauloniatas otiari. Dio itaque oblata occasione feliciter viurus mille militum citato agmine fecum rapit, properanti vndique ex itinere à Gelensibus, Camarinxis, Agrigentinis, ceterifque mediterraneis vrbibus auxilia, vt Syraculanos à tyrannide liberarent ad viginti millia peditum, Dionis aufpicia omnes fequusto à sy- ti sele coniungunt. Cum primùm Dio cum exercitu in agro Syracusano apparuisset, tota sele vrbs in eius amplexus, vt in libertatis assertore, obuiam effudit. eundemque paullo post cum magna omnium ordinum p aggratulatione in Acradinam excipiunt. Dio accurata & ad tempus accommodata oratione, ciues ad seruitutem, in qua ab ignauo & voluptatibus enerui tyranno oppressi iacerent, excutiendam, capto nunc per eius absentiam tempore, hortatus, Epipolas à Timocrate Dionysij præfecto defertas occupat: captiuos ibidem repertos liberat; delatorum turbam Profagogidas vocatos, quos Dionyfius vbique, vt rumores publicos ac liberos ciuium inter se questus explorarent, cœtibus coronisque colloquentium commilèuerat, vt tyrannidis ministros; & abiectissima mancipia virgis czslos, pelle insuper detracta, trucidari iubet. Mox tota vrbc

SYRACVSAE.

ta vrbe potitus, arcem, quæ in Infulæ angustijs valido præsidio instructa erat muro fortissimo, vt eruptionem & commeatum importandi potestatem arceret, vndique claudir. Dionyfius interea apud Cauloniam de rebus à Dione gestis certior factus, cum octoginta nauium classe in Siciliam reuersus in arcem excipitur, inde pacis conditiones apud Dionem varia ad fallaciam arte vsus experitur, interim in Syraculanos spe pacis ociolos acerrime erumpit. Dio autem fortiter & acriter tyranni impetum frangit; cæterùm dum incautius procurrit dextro brachio faucius, Timonidem Leucadium fibi furrogat: iple equo vectus per tota vbique aciem adparet, ac ciuiú fuorum animos fiducia libertatis erectos víque-

- adeo accendit, vt depulsi vndique, qui eruperant, Dionysij satellites profligarentur, contrucidatisq; vsque ad octingeques, cetera turba in arcem sefe recipere cogeretur. Interea Dionysius callidis confilijs, & adulterinis Hipparıni Dionis filij litteris, quibus patrem affectati, si Dionysium ex; pelleret, regni infimulare videbatur, finistram Syraculanis de Dione sufpicionem inijcere moliebatur, tantumque ea fraude profecit, vt Heracli+ des collega Dioni daretur, & classis maritime in Dionis contumelia præfectus designaretur. Ceterúm Dio quamuis magnam ciuiú à se alienationem partiumq; studia inualescere ob cam Dionysij prauitatem animaduerteret, priuata tamen sese vleiscendi occasione ob patrix amorem
- c neglecta cotemptaque iniuria, cum populo & ipío Heraclide in gratiam redijt. Philistus interea classis Dionysianæ prætectus Syracusas appulit.ac dum Leontinos, qui à Dionysio defecerant, subita & inopinata vi intercipere conatur fortiter repulsus, ad naualem sele pugnam contra Heraclidem coparat.cumque & Syracufani non mediocrem apparatum in procinctu haberent, cocurritur. Philistus aliquamdiu victor, tandem Syraculanorum virtute superatus, vnà cum triremi fugiens, vt ses à captiuitatis ludibrio vindicaret, manu sua vsus morte sibi consciuisse pro- ipe ment. ditur. Non defunt tamen qui tradant , postea quã Syracusani omni crudelitatis exemplo in eundem captiuum szuijssent, obtruncari cadauer
- D vnco per Acradinam tractum ac infepultu in latrinas proiectum fuifie. Philistum vt acrem & diligentem virú antiquitas commendat; eundem vt tyrannidis satellitem vituperat. Dionysium namque seniorem propinquitate contingebat, quumque familiarius & solutius cum matre TVS renum tyranni, quàm regiam domum deceret, versatus, accusaretur, Dionysij sicilia ge. crudelitatem metuens Hadriam in exilium concessit, atque ibi otiu na- starum scri-ctum duodecim de Sicilia rebus libros, tum & de rebus sua & superiori Diodor. etiam ætate in Affyria, AEgypto, & Libya gestis aliquot volumina, vt Sicalus & Thucydide multo inferiorem, ita aliquanto iucundiorem conscriptife Bibliothecie testatu estilio à Dionysio iuniore purpuratorum suorum consilio Died. sieut. reuo- suidas. E

34

SYRACVSAE.

renocatus, quod iam meminimus, ab eodem in dominationis societatem receptus, eiusdemque propugnator suit, donec eo quem iam retulimus exitu tam calamitoso vitam finiret. Dionysius, vt erat in rebus vilia furit. aduerfis animo proiectus, tanta fuorú clade, tum & ipfius Philifti calamitate fractus, quum nulla ipfi à Dione spacis, nisi libertatem Syracusanis arce demolita redderet, & ciuibus statuendi de se potestate permitteret, oftenderetur; rebus desperatis A pollocratem filiū arci præsidio reliquit: ipfe noctu, vt Heraclidis stationem enaderet, elapsus ad Locros profugit. Dionis autem probitas & æquitas apud ciues iam licentia corruptos, & factionum partiumque studiis flagrantes suspicione & odium pro gratia pepererat, nonnullis ad Heraclidé propensioribus, aliis agra-B riam ex Gyarte tyrannomm agro legé vt viritim plebi diuideretur postulantibus, quorum postulatis vt iniquis cum Dion obsisteret, Heraclidem cu quattuor & viginti ex plebeiis, neglecto Dione, vt magistratum administrarent, creant. Dion ciuium suorum ingratitudinem exfectatus, vnà cum tribus millibus stipendiariorum, quos secum è Peloponneso adduxerat, in Leontinos secessurus, bis à Syracusanorum incursu dum iter facit lacessitus, postquam cosdem acerrime repulisset à Leontinis benigne exceptus, & omni officiorum genere affectus iure infuper holpitalitatis vnà cũ militibus donatus est. Sub hæc dum populus Syracusanus eiecto Dione tanguam de victo triumpharet, acculatoribulg; iplius c honores & magistratus daret, ac licentiz dulcedine emollitus infolesceret, Nypsius cũ magna classe missus à Dionysio vt in arce obsessos conmeatu & annona recrearet, ad Arethusam exscensionem facit. Syracufani in classem Nypsij irruunt, nauium alias profligant, alias deprimunt, capiunt quattuor. Ob cam victoriam ciuibus in lxtitiam & conuiuia insolentius effusis, Nypsius ea vsus oportunitate, captoque tempore Syracufanos vino fomnoque sepultos noctu opprimit, forum occupat, stertentes trucidat, omnemque in victos credelitatem exercens, vrbem iplam ferro & igne valtat. Populus tam inopinata clade consternatus

Dio, patria trepidare, tumultuari, Dionis virtutem & opem implorare; Dio victus D 6 Pro-

sermator: de suorum precibus & lacrymis (vt erat natura clemétissimus) citato agmi-cuius vita 6 Laudib. ne à Leontinis profectus, quum per Hecatonpedon irrupisset, Diony-Gorn. Nepos, fue is Ae- fianos ex Acradina expellit: quattuor millia ex ipfis trucidat: atque ita milius Pro- ala dem quam Syraculanis prius intulerat eildem reponit. Nypfum cladem quam Syraculanis prius intulerat, eisdem reponit. Nypfium cum reliquis copiis profligatum in arcem compellit. Incendia, quibus longe latéque ea vrbis pars deflagrabat, per milites suos coerceri iubet, denique inducta præteritorum oblivione, inimicitias & iniviam populo & factiofis Heraclidi quoque & cæteris in gratiam Reipublicæ condonat : quo beneficio omnium simul suffragiis & acclamatione, SERVA-

35

- A SERVATOR PATRIAE salutatus cit. Cæterùm quum plebs iterum insurgens agrum Gyartem viritim diuidendum ex plebiscito posceret; Dio auctoritate sua intercessit : at Heraclides, & alij aliquot populares, vt Dioni iterum odium ac inuidiam conflarent, diuería factione agrum populo publicandum contendebant. Dio itaque per factiones iterum vrbe eiicitur. Heraclides autem expulso antea Dionysio, & nunc Dione eiecto veluti in Republica magistratu orbata, dum plebem per conuinia & largitiones, atque omne genus licentiæ indulgentius haberet, dominationem occupare studebat, donec Gassulas Lacedæmonius, quem Spartani cum classe milerant, vt Syracufanorum libertatem contra ty- Gauss-
- rannos propugnaret, superuenisset. nam quum ille ad Dionis partes in- spartanus. B clinaret, deterritus eiusdem potentia Heraclides, cum Dione in societatem & gratiam rediit. Hitres simul duces copiis coniunctis Apollocratem arctiflima oblidione arci inclusium, tandem ad summam commeatuum inopiam redactum ad deditionem ea lege coëgerunt, vt ipfe liber quò vellet extra Siciliam cum fororibus, triremibus quindecim regia gaza onultis nauigare posset. Apollocrates itaque Locros versus ad patrem vela facit. Verùm parta iterum libertate Heraclides priori adhuc in Dionem inuidia flagrans perniciem eidem & interitum moliri haud prius deftitit, quam ipfe ciuium confpiratione & feditione oppreffus occideretur. Eo mortuo Dio liberius iam imperio ac potestate vtens
- dum Rempublicam frequenti tyrannorum dominatione, & turbulentis ciuium discordiis totics labefactată legibus & legitimo magistratu instaurare, & constituere conatur: tumultuosis Callippi Athenensis con- CALLIPcionibus, quibus imperitam plebé quò vellet impellebat, rursus in affe- miensie. Etatæ tyrannidis suspitionem, ac nouum odium præcipitatus est, ac tandem eiusde Callippi & Lyconis Syracusani coniuratione, anno quarto occiditar. post restitutam ciuibus suis libertatem, annos tum natus quinquagin. ta quinque domi à suis oppressus confoditur. Cxso Dione Callippus mox tyrannidem veluti parricidijíui præmium iuuadit. qui dum in
- D Catanenses, quò dipsius imperium detrectarent, mouet, Syraculani conspiratione facta, eiectòque Callippi præsidio à tyrannide se denuo liberant.Callippus autem Catana in potestatem redacta, cum & Messanam adortus aliqua ex parte occupasset, tentatis frustra Syracusanorum animis (apud quos Hipparinus Dionis filius iam in patris imperiñ populi NVS Diefuffragiis fucceflerat)deftitutusque à suis & desertus, Rhegium traiecto ** F. freto occupat: ibi quum propter inopiam stipendia militibus persoluere non posset, à Leptino & Polyspherchonte per seditionem eodem quo Dionem pugione percusserat, contoslus, Dionis innoxij manibus parentare visus est. Hipparinus quum per biennium ferè Rempublicam admini-

E 2

RISAEVS. administrasset, à Niszo Dionysij fratre imperio deiicitur. Niszus ad A

36

DIONY-BIVS refii-THIME.

>CETAS Leontinorü Yyrännus.

TIMOLE-

ON Corin-

thim.

hunc modum principatum adeptus, in luxum & libidinem effusu, dum populo licentiam & factionum studia indulget, tabescente malis interioribus Republica, facilè eadem Dionyfij, qui iam decennium exulauerat, armis rursus occupata est. Ceterum quum Dionysius tot antea cladibus fractus, tum & ciuium in se tanquam vilissimum mancipiū contumeliis exasperatus, ciuitati grauior indies crudeliorq; immineret, optimates exterique quorum vel corpora vel opes tyranno ad rapiendi & violandi libidinem obnoxia elle potuillent, ad Icetam Syraculanum(qui apud Leontinos imperium occupauerat) sele contulerunt, supplicantes; vt patriæ tot calamitatibus fellæ & in exitium præcipiti lumé animi in-B geniique sui ostenderet. Accedebat ad hæc quoque mala, quòd Syracufani tot miferiis oppressi, nihil à sociis auxilij sperare poterant. Sucha enim per id tempus, partim tyrannorum domesticorum, partim Punicorú imperio armilá; occupata pridem seruiebat. Præterea Hanno Carthaginienfis cum centu quinquaginta triremibus, & quinquaginta millibus peditum, vt vrbem oblidione premeret, non longè à Syraculis exfcenfionem fecerat. Legatos itaque Syracufani ad Corinthios tum opibus & potentia florentes, veluti ad cognatos & propinquos mittunt, qui mileris & afflictis ciuibus auxilium tum contra tyrannum, tum aduersus Poenorum violentiam iure necessitudinis peterent. Corinthij le- c gatione audita Syraculanos non elle deserendos decernunt, ducem belli Timoleontem, vt rei militaris peritia nobilem, ita & aliis bonis artibus instructum, qui supplicibus opem serat, designat. Interea Jeetes suz libidini subseruiturus in speciem quidem pro ciuium libertate arma se fumpfille fimulans, reuera autem tyrannidem affectans, vt Dionyfium facilius depelleret, societatem cum Carthaginié fibus clandestinam coinit-Obstabat tamen tam fraudulentis consiliis, quod intelligeret Timoleontem vnicum tyrannidis holtem & euerforem, millum à Corinthiis yt Syraculas à calamitate & seruitute vindicaret, eumque iam tum vela facere, & in Siciliambreui appulfurum. Quare vt fortunam interim D tentaret, vallo iuxta Olympicum excitato, caltrilque munitis, quò magis id quod in anifio haberet diffimularet, Dionyfium terra mariq; ob. fidione premere cœpit. Ceterùm quum firmissimis vndique præsidiis munita strenuè aliquamdiu defenderetur : Icetas commeatu destitutus obsidionem soluere coactus, copias suas Leontinum versus deducit. Dionysius tanquam in profligatos irruens extremum agmen vrgere, fugientes premere, & carpere.l cetes itaque cum à persequentibus lacesferetur, conerfis fignis, magno & acri prælio cum Dionyfianis congreffus vicit: tribufque holtium millibus contrucidatis, reliquam aciem irruptione

'S Y R A C V S AE.

37

A ruptione diffipat, ac dum fugientiü tergis inhæret, vnà cum ipfis in vrbem impetu facto irruit, felicique & insperato successi Acradinam, Tycham, & Neapolim inuadit, tyrannum arci & infulæ inclufum mu-Dum hæc ab Iceta Syracusis geruntur, Timonitionibus circundat. leon in Tauromenitano portu ab Andromacho Timzi historici patre Andromavnà cum copiis, vt lele à naulea recrearent, & belli confilia conciperent, historici pabenignissime exceptus, exscensionem facit. Annus tunc agebatur siculus lib. Olympiadis octauz & centesimz quartus, quo Romz Consulatum xv1. M. Fabius Dorso, Ser. Sulpitius Camerinus + inierant. Quum lux ali- † Anno v qua libertatis recuperandæ Syraculanis affulgere cœpit, tum quod in- Enbulo Ar-B telligerent Timoleontem statim à suo in Siciliam aduentu Adranitas ab chonte Diod lib. iniuria & violentia Icetz, qui armis ipforum libertatem impetebat, affe- xvi. cap. LXVIĪ. ruisse. Tyndaritanos autem depulso ipforu tyranno liberos este iussiste, TINOI 1rursus Tauromenitanos auctore Andromacho cum ipso societatem Corintbij in iniisse denique tota passim Sicilia bonos vudique ciues, in quibus, si iu-siciliam ftum imperium fuisset, summa fides esse debuerat, nunc in tyrannorum De hoc Phitur.in eins exitium cum Timoleonte conspirasse. Ceterum vt Timoleon non so- vita, o lum ciuibus discordia ciuili fessis, sed & sub externa etiam dominatione Polyanus laborantibus tempestiue auxilium præstaret, copiis vndig; tam à sociis lib. 1. strategem. quàm è suo milite coactis, incredibili celeritate etiam ve ipsos hostes falc leret, Syracufas contendit, & Tycham nullo ferè labore occupat. Hunc

tam felicem vel in primo conatu successum sequitur, vt ferèsolet, omnium ordinum fauor. Mamercus namque Catanæ tyrannus qui opi- MAMERbus & militari prudentia florebat, Timoleontis virtutem admiratus, ip- na tyränni. fius exercitum supplemento, stipendio, & commeatu iuuit. Interea & altera classis è Corintho cum decem militum millibus Timoleontis imperiu sequutura appellit. Dionysius autem tanto rerum successu ex- SIVS Coterritus, non aufus vltra dubiú Martis exercitú experiri, leges pacis à Ti rinthum moleonte oblatas in hanc conditioné accepit, ve arce cum præsidio de- vade Prou. dita, iple cum eo quem haberet the fauro, Corinthum in perpetuum exi-Dionyfius

D lium secederet. Ita Timoleon quinquagesimo posteaquam in Siciliam appulerat die tantæ potentiæ tyränum omnibus antea formidabilé fregit. Arcem veluti tam superbæ dominationis propugnaculum, impofito quadringentorum præsidio in Corinthiorum potestate retinuit. Corinthij vbi Dionyfium veluti miserabile & pudendum fortunz mancipium non fine contumelia & ludibrio excepissent, Timoleonti, vti vi. ctoriam prosequeretur, in supplementum duo millia peditum & ducentos equites in Siciliam transmittunt. Icetes interea, qui virtute Timoleontis è Tycha depulfus Acradinã & Neapolim tenebat, arcem, quæ Corinthiorum pressidio tenebatur, Carthaginiensium opibus adiutus E 3 terra

terra marique oppugnare aggreditur. Ceterùm quum obsessis per Ti- A moleontem commeatum ex Catana subuehi per exploratores didicisset, placuit Catanenses subita vi & ex improviso citato agmine, & coniun-Interea Neo præsidij in arce præsectus de hoctis copijs opprimere. ftium profectione certior factus, in corum, qui A cradinam tenebant, stationes irruens prostratis profligatilque detensoribus, cam quoque vrbis partem in Corinthiorum poteltate redegit, occupatamque & commeatu & armis instructam muro & præsidio muniuit. Icetes clade suorum intellecta, Catanam relinquere coactus Syraculas cum copijs & Carthaginien fiu auxilijs reuertitur, quumque præter Neapolim nulla vrbis pars, quam armis tueri posset, eidem reliqua esset, eam quoque Timoleon magna vi & contentione, ac triplici agmine aggressius expugnat. Icetamą; fuga elapíum vitæ íuæ & fortunis apud Leontinos breui temporis spacio permisit. Ad hune modum Timoleon tota Syracusarum vrbe potitus, ar cem † vtpote tyrannidis propugnaculu, fimul vt præteritarum calamitatum obliuionem ciuibus induceret, præterea magnifica & superba tyrannorsi, præter vnius Gelonis, sepulchra, in assertæ ab ipfo libertatis monumentum demoliri, & ipforum ciuium oppressorum manibus funditus euerti iussit. Ceterùm vt Syracusas tot fortunz semper variantis conuer sionibus, ab frequenti continuaq; tyrannoru crudelitate laceratas & ferè desertas recrearet, ciuium decem millibus, qui per Afiam & Græciam vt luæ libertati confulerent fparfi vagabantur vel C agebant, reuocatis, ad hæc conferiptis ex Italia fexaginta millibus colonorum, eosdem ad frequentandam vrbem honestis conditionibus & legibus euocauit. Inde ad reliquas Siciliæ ciuitates à tyrannide liberandas conueríus, Leptinem tyrannum ab Engio & Apollonia ciuibus libertate donatis expulit. & postquam virtute bellica alias complures à feruitute afferuiflet, quu Rempublicam Syracufanam interiore quoque malo legum multitudine & factionű studijs laborare observaret, etiam ad corrigendos ciuitatis mores animum adiecit. Quamuis enim legum quamplurimas in maleficos ex delicto recte à Diocle latas animaduerteret, frequenti tamen ordinum inter se dissensione, plerasque vel hono- D res illicitos adipiscendi studio, vel bonos viros expellendi causta, per vim & inuidiam rogatas fuisse repperit. Leges igitur quæ de rerum priuatarum iudiciis à Diocle olim conscriptæ erant, cas ita ratas esse iussit. Ceterùm Reipublicæ statum in popularem conuertit, concilium è Senatoribus domesticum constituit : annuum adhæc magistratum qui populi Magistratues Suffragiis crearetur, à cuius nomine annis deinceps vt apud Athenienses

ab Archonte, apud Romanos à Confulibus, ita & apud Syracusanos ab

Amphipolo, nomina darentur. Atque vt is quoque magistratus religione

† Corn. Nepos fen Probus in Timoleonte. 38

SYRACV-SAE tyran-wide libera-

Leges Timoleon corrigit, atque · Remp. inftaurat.

fen Prator jum etatot Sytachfis à famulatu diāu.

Digitized by Google

aliqua

>

aliqua, & numinis maiestate honorem & auctoritatem tueretur, A_{μ} φιπολία Δ ίω ολυμπίε, quasi dicas Iouis Olympij famulatus fine mini- Αμφιπολία Dig inutfterium appellatus est. Primusq; eum magistratu cepit Callimenes: atque #10, Diodoab co per annos trecentos cam dignitate apud Syracufanos perduraffe; Biblioth. rus lib.XVI. donec in Romanorum potestatem Respublica concederet, auctores tra- 19.71. dunt. Quumque in vrbe delitijs affluente etiam luxu & libidine laboraretur, leges fumtuarias inftituit. Sanxit quoque ne mulieres auro ornarentur, néue veltes versicolores aut purpura prætextas ornatus gratia haberent, alioquin vt improbas & meretrices effe traducendas Quod fi vir aliquis codem ornatu effeminaretur, cundem vt mollem & adulterum, aut alias impudicii legibus puniendum esse. Atque vt mulierum

quoque pudicitiæ consulerer, sanxit, si quæ post solis occasum in publico deprehenderetur, eandem pro prostituta habendam, aut tanquam adulteram legibus obnoxiam fore. Eodem iudicio teneri eam, quæ interdiu non comitata curatore suo, aut pedissequa prodiret. Ad hunc modum BRLIVN vrbe, rebulque vrbanis constitutis, nunciatur Annibalem & Bomilca- thaginiensirem Carthaginiensium duces cum septuaginta millium exercitu; classe bus alteria. ducentarum triremium & onerarijs nauibus mille, omni armorum Timol. Plut. genere & commeatu instructissiinis, vt Siciliam & potissimum Syracufas in potestatem redigerent, ad Lilybæum exscensionem fecisse. Timo- blioth. Po-

B

- c leon quo tantam belli molem fustinere posset, cum Iceta Leontinorum fratug. Potyranno focietate inita pacem facit, atque vt omnem molem in Car- 6 11. *Linim* thaginienfium fociorumq; agros transferret, coactis duodecim militum 1.6.35.639. millibus Lilybæum versus mouere cæpit, dimissifig; cum Thrasio * ho-Pausaniaein mine factiolo & improbo mille è militibus contumaciam Thrafij fecu- * Diod. lib. tis, reliquos præteritarum contra Pœnos iplosque tyrannosvictoriarum cap, 79.80. memoria confirmatos itinere instituto ad Crimisum ducit, atque ibi in Keining. colle satis edito, vnde Carthaginienses despicere posset, castra metatus rolib. XVI. substitit. Ouumque ed loci jumenta aliquot apium collectio militikus (vbi bac substitit. Quumque eò loci iumenta aliquot apium gestantia militibus pugna copio-occurrissent, idque pro ostento ab eisdem vt inauspicato & funesto suspi-tar in Ti-
- D ciosius accipetetur, quod sepulchra mortuorum apud Corinthios apio meleonte, coronarentur: Timoleon suos ea reanimo deiectiores cernens, verso in de initio contrarium omine, tanquam dextro & felici, eofdem in Ipem mentemá; Bibl. Siraboni, Siemeliorem erigit; victoriæ præsagiu illud interpretatur quod in Isthmiis apud Corinthios victores corona ex apio donari solerent. Mox ipse, cer- Suide. tatimque postea omnes velut omen confirmaturi coronam ex apio con-pulera Cotextam, tanquam certa victoriz spe przcepta, capiti circundant, atq; ita nakatur: 6 coronati magno impetu in hoftes, qui Crimilum superare coeperant, in IAbrai. digressi, coldem perturbatos profligant, & fuga dilaplos persequuntur. Vide Pindari Sch**ol**. Interea reliquus Carthaginiensium exercitus in citeriorem sese fluminis Diodor. sie. ripam 106. XVI. c.

39

Digitized by GOOGLE

ripam colligens, aciem in Græcos conuertit, cosdemque occurrentes vt A numero inferiores, ita dubio Marte aliquamdiu fatigare non destitit: quum imber procellosus subito coortus turbinum, grandinum, fulgurumque impetu terribilis, aduería Pœnorum ora verberare; Græcos à tergo vi quoque fua impellere & incitare mox inflatus nimborū & torrentium multitudine Crimisus Pœnorum vestigia inundatione fallere, lubricitate percellere, ordines aciemque tot simul malis circumuentam dilloluere, holtes tanta cæli iniuria consternati, tum Græcorum alacritate & pertinacia perterriti vincuntur. fugientibus plus puguz & certaminis cũ aquis, & inflati ex pluuia vltra crepidines fluminis vorticibus fuit, quàm ab hoste discriminis & periculi : quamuis enim victores eos B vndique vrgerent, calones tamé cæterique, qui impedimentis præerant, militum officia fugiendo turbabant. Fuit ea Timoleontis victoria quum ob hostium quos deuicit multitudinem, tum ob suorum qui pugnauerant paucitatem illustris, spoliorum quoque & prædæ magnitudine incredibilis, quadrigæ enim ducentæ, mille thoraces precio atque artificio fpectabiles, decem clypeorum millia, quorum multa in victoriæ monumentum Syracufis in templis Deorum confectata & dedicata fuêre, capta funt. Pœnorum decem millibus cæfis, quindecim millia in Corinthiorum potestaté venêre. Auri præterea & argenti tú facti, tum signati maxima copia, militibus in virtutis & operæ fortiter nauatæ præmium e distributa est. Ipse autem Timoleon victor, liberata iam à Pœnorum feruitute Sicilia, Syracufas cum exercitu ingreffus faultilque ciuium acclamationibus exceptus, primum de Thrafio seditionis, vt meminimus, auctore suppliciu sumsit; illis verò qui ad mille vsque Thrasij defectionem lequuti fuerant, vti extra Siciliam exfulatum irent imperauit : qui quum traiecto freto in agrum Bruttiorum irrupissent, ab issdem truci-Icetas & Mamercus tantis Timoleontis fuccessibus in-BELLYM dati funt. enm letta uidentes, eiulque potentiam veriti belli societatem & auxilia Carthaginienlibus offerentes monent, ne priori clade deterriti animis obtor pelcant: sed in spem meliorem erectos bellum reparare: poste nouo exerci- D tu priores offensiones castigari. Sin autem per desidia & ignauiam quieti ab armis deinceps abstineant, non solum Sicilia ipsis cedendum, sed & in ipla Africa omnia mox Græcorum armis arlura, iplamque imperij ledem Carthaginem in discrimen venturam. Carthaginienses persuasi nouas conferibunt copias, classem & apparatum naualem instruunt, iis

Gifco, Han- Omnibus Gifconem Hannonis filium ab exilio reuocatum præficiunt.

40

Is quum in Siciliam appulisset, copias cum Iceta coiungit, consilia com-Icetar, qui municat, Messanam oppugnatione capit, & trecentos Græcorum præalige Hice- sidiarios trucidat. Timoleon audita suorum clade, quum Icetas etiam Syracu-

A Syraculanorum agros incursionibus infestasset : eundem traiecto fretos in Italia ferro ignique graflantem, ad Damyram Calabriæ fluuium citato agmine allequutus, quum ancipiti aliquamdiu prælio nentro victoria inclinaret, iple cum prætoria cohorte in Pœnos inuectus ; mille eo ampliùs in prelio cæsis, reliquã aciem perturbat, ac tandem profligat. ipsum lcetam Leontinum versus fugientem persequitur, atque oppidi mœni- Emplemente bus sele includentem arctissima obsidione pressum expugnat, ac viuum F. supplies cum filio Eupolemo in potestatem redactum populiq; iudicio condemnatum (quia Areten Dionis vxorem Ariltomachenque eius fororem impuberem viuas merserat: tum ipsi Timoleonti sacrificanti percusso-

- res immilerat) supplicio afficit. Mox & Mamercum Siciliz turbatorem Catana iy-aggressus, graui ad Symzthum flumen prelio fusum, copijsque nudatum ramana, pa-ab insula expellit. Catanam sele victoris arbitrio permittentem libertati dedir Diod. afferuit. Mamercus à suis desertus & à Lucanis ob fortunz mutationem isente contentus, ab Hippone Pœno, qui Messanz przsidio przsectus erat, 116. V. streiexcipitur. Verùm Timoleon subitò accurrens, cos, ne elabi possent, arctiffima obfidione preflos in potestatem redigit. Hipponem, dum fuga Hippo. falutem quærit, milites interceptú & in vrbem retractum & malè priùs multatum, vnà cum liberis trucidant. Mamercus rebus iam desperatis hac conditione sefe Timoleonti dedidit; vt ipso non accusante caussam
- apud Syraculanos dicturus, ciuibus de le statuendi iudicium permitteret. Timoleon itaque conceptis verbis iurauit le non acculaturim Mamercum; ea lege Mamercus Syracufas in concionem producitur; quumque orationem præmeditatam pronunciaturus effet, fibilis & aduerfo populi clamore exploditur. Ceterùm Timoleon Syracufanis auctor fuit, vt eum, qui multos circumscripserat, suis iam artibus circumuentum, supplicio afficerent : populi itaque iudicio condemnatus, tanquam prædo ac latro supplicio ex legibus affectus est. Carthaginienses tam secundis Timoleontis successibus obstupe facti, verebantur ne, pacatis iam Siciliæ rebus, in iplorum agros & imperium totam belli vim con-
- D uerteret. pacem itaque per legatos petunt : quam Timoleon in has leges dedit: VT POENI Urbibus Gracis, quas in Sicilia occuparant, libertatem con- PAT chan cederent : Dt Lycus fluius (qui ad Heracleam vrbem in Ionium mare oftio patie ex sele exonerat) imperij ipsorum in Sicilia terminus effet : ne tyrannos vel pro- xvi. in .83. fugos reciperent, aut societate unarent; eos verò qui ex Carthaginensium prouncia fortunas suas ad Gracorum vrbes transferre vellent, ne impedirent. Facto cum Pœnis in hæc capita foedere Timoleon reliquas Siciliæ vrbes dominatione oppressas, expulsis fractisque tyrannis liberare, infrequentes aut desertas nouis colonis frequentare instituit. Campanos itaque, qui Ennam aliquamdiu presserant, victos trucidari iusit; Ennen-

Į.

Diodore lib.

Digitized by Google

STCILIA libertati afferta, à Timolconte. Apollomades Agyrinenlum princeps.

Ciceronis 116.11. offic. & Corn Dione.

† Platarchus Ó Nepos feu Probus in Timel.

> TINO-LEON moritur.

> > Tipoliti T\$107 ; Timoleont e x175.

Ennensibus aurem vt suis legibus vterentur permisit. Nicodemum A. Centorippinorum tyrannum libertatem suis dare coëgit, & eodem victoriæ impetu vsus Apolloniaden quoque Agyræ dominum tyrannide Agrigentum & Gelam vrbes Punicis bellis deformatas aut exuity valtatas, nouis ex Græcia colonis, quos omni officiorum genere prolequutus est, frequentari iussit. Dionysio iam è Sicilia depulso, Iceta & Mamerco legibus punito, quum ea effet Timoleontis potentia, vt vel inuitis Siculis imperare potuisset, omniumque animos sibilita demeruisset, vt nemine recusante regnum facile obtineret; Diligi fe tamen quam metu malut. Quumprimum itaque potuit, imperium depoluit, & priua-Nopotie ver- tus quod vitæ reliquum fuit, Syracusis egit. Quodque ceteri reges vix B leonte, coin tandem iulto imperio obtinuerunt, hoc iste ciuium beneuolentia assequutus est : ita vi nihil Syracusis publice gestum, actum, aut decretum fit, de quo non priùs Timoleontis sententiam requirerent. lam natu grandior † primùm acie oculorum obtufiori vlus, poltea omnino vifu orbatus est. Quam calamitatem ita moderate tulit, vt neque eum querentem quisquam audierit: neque eam ob caussam vel à publicarum vel à prinatarum rerum cura abstinuerit, tantaque modeltia fuisse auctoribus proditum est, vt quum suas laudes, etsi veras, prædicari, & gloriofiùs efferri audiret, nihil aliud responderit, quàm se DIIS maximam babere gratiam, quòd quum Sicilia libertatem fato destinassent, se potissimum du- C te ad eam afferendam vii voluissent. Domi itaque sux Autoparias fiue fortuiti casus sacellum, euitandæ arrogantiæ gratia, vtque sine Deorum numine nihil rerum humanarum geri teltaretur, exstruxit. Pro quibus meritis quantum dilectus fuerit, non facile est æstimare, Patris Patris cognomentum vniuerli repentino maximoque confenfu eidem detulerunt.Quumque annis octo post restituta Sicilie libertatem felici in senio peregiflet, lenfim morbo confumtus cum totius Siciliz luctu exfpirauit. Syraculani funere iplius per planitiem demolitæ arcis, quali per ipla tyrannidis euerfæveltigia ducto, ducentis in fumtus funeris & fepultu. ræminis collatis magnificentillime iplum lepelierunt : addito hoc elo- D gio:Placere populo Syracufano Timoleontem quotannis honoribus ornandum, quòd barbaris bello deuictis, tyrannis depulfis, & maximis Græciæ vrbibus reftitutis & frequétatis, omnibus auctor libertatis fuifset. Hinc constitutum fuit, vt sepulchrū ipsius in perpetuum certaminibus musicis & gymnicis, exstructo in id gymnasio, quod Timoleonteion vocarunt, quotannis celebratetur. Mortuo Timoleonte res Syracuíana in pace & otio per annos viginti in maximam sefe amplitudinem diffudit; donec propria magnitudine laborans, & discordijs iterum ciuilibus fella, dum vim metuit externam, in domesticam seruitutem ab

SYRACVSÁE.

ab Agathocle oppressa prolaberetur. Agathocles sordido & humili genere, patre Carcino figulo ortus, ad regni maiestatem obrepsit, vir vt CLES Rez. omni vitioru genere infamis; ita manu strennuus; in concionibus milita- Fpigr. VIII. ri facundia eminebat. Bis Syracularum imperiŭ occupare conatus ; bis faiub. cain exfilium actus eft. A Murgantinis apud quos exfulabat, odio Syracu- nafe Agafanorum Primo Prætor, inde Dux creatus, Syraculas oblidere aggrellus sem, oc. ell; Amilcare Pœnorum Duce in societatem pertracto. Ceterùm quum Amilcar, videret vrbé validius propugnari, quam oppugnari, arte & dolo experiri pomorum Dux. instituit; Amilcari, qui gratia & auctoritate apud proceres Syraculanorum valebat, pacis arbitrium inter se & Syracusanos permittit : eundem magnis, sed vanis promissis implet. A milcar occasione, qua sibi Agatho-B clem demereretur, ad potentiæ suæ incrementű vtendum ratus, non tantùm pacem ipli impetrat, led inluper Prætorem Syraculanum collituit. Agathocles autem, vt tyrannidem suam cruentis initijs auspicaretur, acceptis ab Amilcare quinque Pœnorum millibus, potentissimum quemque è proceribus trucidat; ne quid ipfius conatibus obsistere possent. Mox veluti Reipublicę statum factionibus irrequietum ordinaturus, p8pulum in Theatrum ad concionem conuocat ; Senatum vero in Timoleontion indicit. Rebus ita ad infidiarum opportunitatem compositis, populum immissis subito militibus obsidet; Senatum obtruncat: Peracta C Senatus cæde, statim & locupletissimos quosque & audaeissimos è po-· pulo & plebe interficit: ita vt per biduum, tanquam in vrbe capta, ferro, rapinis, & libidine in miseros ciues seuiret : celorum numerus supra decem, fuga elapforum ad fex millia fuêre. His rebus tanta crudelitate in vrbe perpetratis, innumerisque rapinis ditatus milité legit: exercituque instructus finitimas ciuitates nihil hostile metuentes ex improuiso occupat: iplos quoque Poenorum locios permittente Amilcare foedis iniuriis vexat; qui tot malis miserijiq, afflictati, legatos Carthaginem mittut, qui Senatum de Agathoclis vt tyranni, de Amilcaris vt fociorum proditoris audacia, scelere atque superbia docerent. Senatus autem quanquam D iustis in Amilcarem querelis incensus, quia tamen cum imperio erat, tacita de codem capitis suffragia tulerunt, & sententias, priusquam recitarentur, in vrnam coniectas obsignari iusterunt, donec alter Amilcar, qui Gisconis filius crat, è Sicilia reuocaretur. Sed tam callida in Amilearem inaudita Pærrorum consilia, mors eiusdem przuenit. Ea res Agathodi ##1111 belli occasionem aduersus Peenos dedic. Prima igitur illi cum Amilcare Agathocitie Gilconis filio ad Ecnomum, quod Gelæ ciuitati vicinű erat prælidium, thaginienfi-prælij congressio fuit à quo victus, maiori mole bellum reparaturus, Syracusas contendit: sed eadem secundi certaminis fortuna que & prioris fuit. Quum itaque Poeni victores Syraculas oblidione cinxillent, Agathocles F 2

44

SYRACVSAE.

thocles verò se nec viribus parem, neque ad obsidioné ferendam satis in- A structum, ad hæc à sociis, quos nimia crudelitate alienauerat, se desertum videret:statuit bellum in Africam transferre. Huius confilij non minus admirabile commentum, quàm filentium fuit, populo hoc folum professus se victoriæ viam inuenisse, durarent tantum in breuem obsidionis patientiam: vel fi quibus præfens rerú status displiceret, permittere se iis libera abeundi quò vellent potestate.mille sexcenti discesserunt:cæteros postquam ad oblidionis necellitatem frumento & stipendio instruxisset, quinquaginta tantum talenta secum ad præsentem vsum confert: cetera ex hoste melius quàm à sociis paraturus. Servos omnes, qui militaris ætatis effent, libertate donatos sacramento adegit, eosque cum reliquis B copiis naues confcendere iuffit. Septimo igitur imperij fui anno, comitibus duobus iisque iam adultis filiis Archagatho & Heraclida, nemine militum, quò veheretur, confcio, curfum in Africam dirigit:poftquam appulislet, vt spé fugæ omnibus adimeret, scirentý; aut vincendum aut strennue moriendu; naues, consentiente exercitu, incédit. Deinde quum omnia quacunq; ingrederetur, pr'ofterneret ac vaftaret , villas caftellaq; incenderet, occurrit cum xxx.м. Pœnorũ Hanno, dux Cathaginienfis: & Prælio commisso, duo millia Siculorum, Pænorū autem tria, vt alij, fex millia vnà cum ipfo Hannone cecidêre. Ceterùm post Agathoclis è Sicilia difceffum, quum Pœni fegnius iam & negligentius in caftris & c obsidione vagarentur, dum tumultuosius ad vrbis oppugnatione seruntur, Antander regis Agathoclis frater, eruptione facta, eos profligauit, & magna clade afflixit; ipfo duce Amilcare capto & Syracufis occifo.In² terea Agathocles magno victoriæ successu vsus, nihil actú in Africa exiftimans, fi Syracufælongiore obfidione premerentur(nam poft occifum Amilcarem Gifconis filium, nouus eò à Pœnis exercitus fuerat misfus) Sicilia repetere costituit. Posteaqua de rebus ab Agathocle feliciter geftis in Africa de ipfius in Siciliam reditu nunciatum effet, fubita non folùm illorum, qui secundis in rebus fortuna sequentur, beneuolentia, sed & corum, qui Pœnorum tyrannidem exofi arma pro libertate sumple- p rant, animoru conuersio segunta est. Agathocles antem in Sicilia renerfus, primú Xenodicum Agrigentinorum & partiú ducem superat; inde Pœnoru qui Syracusas obsidebant exercitum dilabentem & sensim ab Imperatore suo deficientem profligat: denique Pœnis è Sicilia expulsis totius iufulæ imperiú occupat. In African deinde, vt belli reliquias perfequeretur, reuerlus, seditione militu excipitur, qua sedata aduersa Archagati filij fortuna, & iniquo Marte fractus; exercitus sui & filij captiui "PAR eum mox hostis imperio trucidati desertor; Syracusas fuga desertur : ac pace cum Pœnis facta, ciuitates, quæ auctore Dimocrate exfulum duce ab eo defecerant,

Digitized by Google

Archaga Thus 👌 raclides Agathoclis filij.

POENI Sicilia pnls.

poznis Alte-YA.

defecerant, aut armis, aut pactione in potestatem redegit. Rebus verò in Sicilia pacatis, contra Bruttiorum feritatem à Lucanis follicitatus, Italiæ quoque possessionem affectare cœpit:ceterùm Bruttijs ob metum in poteltatem coactis; rapinarum licentia víus, nihil fanctum aut facrum habuit: quumque plurimis passim Deorum fanis sacrilegio violatis, Ephe- Lipara inf. Itiam quoque & Liparam, infulas Vulcano facras, despoliallet, foedifimam naufragij cladem perpessus, eam læso Vulcani numini acceptam AGATHOferebat. Hinc quò facinus expiaret, viuum sele in flammas præcipitasse, citis moatq; ita crematú à quibuídam memoriæ proditú est. Alij post quinctum De buius supra nonagelimum ætatis annúm, senio confectum, & ægritudine ani-shoelig reb. B mi contabelcentem, naturæ concellille affirmant.

Post Agathoclis excession, quum Sicilia varije rursum, motibus Eclogie Diodori Siturbaretur, Pœni hoc fibi tempus opportunum ad infulæ tot ius impe- euli è lib. rium occupandum rati, magnis vndique copiis Siciliam inuadunt : vr- à Fulino bibulque complurimis, è quibus Agathocle regnante exclusi aut armis vesino Gr. eiectifuerant, magna vi & celeritate vel in potestatem redactis, vel 4444 pactionibus in deditionem receptis; tota Iusula, Messana & Syracusis exceptis, potiuntur. Ceterùm quia Syracufani Pœnos totam belli molem in se conucrsuros metuebant, placuit Pyrrhum Epirotarum regem; PYRRHYS qui id temporis bellum cum Romanis in Italia pro Tarentinis & Sam- kex.

c nitibus gerebat, in auxilium vocare, vt auspiciis fortissimi Imperatoris Plut. in Pyrrho. hostis importunissimi impetu refrenarent. Adiiciebatur Legationis honori vinculu quoq; necessitudinis & pietatis; quòd Pyrrhus ad tuédam filiorum suorū Heleni & Alexadri, quos ex Agathoclis filia† genuerat, † Lanassa possessionem, iusta sumturus arma videretur. Pyrrhus vt erat elati & dista, tefte Died. Siculo generofi animi, occafionem fibi qua Sicilia potiri posset oblată gauisus, in Eclogie lib. xx11. præmisso Cinea, (quem res plures eloquentiâ, quàm armis regem, confe- cap. x 1. cisse prodit antiquitas) vt sibi dum exercitu cogit, ciuitatum hominumque studia conciliarer, ipse paullo post coactis vndique copijs subsequutus, Carthaginienfium audaciam reprimit; maximam ciuitatum partem Cineas, Pyrrhi le-

D recipit; excursiones hostium dispositis vbique præsidijs cohibet; deni- gatus difer-Erycem vrbem & fitu & Pænorum præque Pœnos tota Infula eijcit. sidio munitissimam oppugnare adortus, scalis ad muros admotis, ipse lus in Exomnium primus mænia conscendisse, atque obuiis quibusq; præcipita- xx11. Bibl. tis, aut loco deturbatis, vrbé expugnasse traditur. Mamertinos, qui paf "14.814". fim excursionibus insulam populabatur, multa clade affectos fractos depulfis ipforum præfidijs, reprimit; & Meflanæ inclufos obfidet, ftrennua & fideli vbique maximè in præliis Hieronis opera vlus. A tam profpero rerum successu, quu Syracusas venisset, Theonis & Sostrati Syra- PYRENY, culanorum tunc facile principum suffragiis, rex Siciliz salutatus, Heleno filio F 3

in Sicilia gestis in

Epirotarum .

Pyrrhi regiis

5 Y R A C V S AE.

no filio Siciliæ regnum velut auitū; Alexandro autem Italiæ imperium A destinat.Posthæc Pyrrhus in tam læto rerum cursu, vniuersa pænè Sicilia in potestatem redacta, subitò à fortuna hactenus propitia destitutus, ab eadem excidit.Legati namque à sociis Italicis milli, nunciebant Romanorum armis amplius reliti non polle; nili mature lubueniat, fele ad deditionem coactú iri. Anxius itaque tam ambiguo perículo, incertuíq; quid ageret, vel quibus primùm subueniret, quippe cum nouo exercitu instabant rursus in Sicilia Pœni; quum animi dubius diu in vtrumque deliberaflet, hinc metués ne Siculi à rege fuo deferti, illinc verò ne Italici ab imperatore suo proditi deficerent; placuit tandem in tanto periculorum æstu, totis viribus cum Pænis jn Sicilia decernere; profligatis Car- B thaginienfibus victorem exercitum in Italiam transportare. Confertis itaque manibus quum prælio vicisset, dum quam primùm suis in Italia laborantibus subuenturus, magna cum festinatione in Italiam properat, pro victo fugere creditus, deficientibus ab co pallim lociis imperium Siciliæ tam citò amilit, quàm antea facile occuparat.

Post Pyrrhi discession quú Sicilia tum prioribus factionibus in partes lacerata, tum nouis seditionibus, turbisque domesticis denuo irrequieta; infuper & à Pœnis vrgentibus infeltaretur; Hiero Hierocliti, qui genus prator syra- fuum ad Gelonem primu Syracufarum regem referebat, filius, matre tarojanus. Polybins lib. men ancilla natus, anno ætatis suæ vicesimo Prætor Syraculatú creatur. C ^{1.69. v 111.} Huic adolescenti formæ dignitas, corporis firmitudo, animi modestia, in congressu comitas, in negotiis iustitia, fauorem & beneuolentiam omnium ordinum conciliauerant. Præsagiú futuræ olim maiestatis primo ipfius tirocinio aquila, quz in clypeo, noctua, quz in hafta confederant, prospera aruspicu interpretatione præbuêre: quòd Aquila manu promtum; noctua verò Mineruz lacra confilio cautum fore, prædicere viderétur.Ita vt vel à prima víque militia tot donis militaribus à Pyrrho ornato toties aduersus prouocatores etia certamine singulari victori, nihil prorsus regium deesse quàm regnu videretur. Hiero itaque Prætor crearus statim haud mediocre ingenij consiliique specimen præbuit; quum D stipendiarios per sedirionem tumultuantes compescuisset. Atque vt ab eisde, vipote ad quamuis fortunæ aut spei auram mobilibus, & venalibus, rempublicam purgaret; ceterifque item illorum fimilibus feditionum materiam & faces exítingueret; ítipendiarios contra Mamertinos, gentem tunc quidem ferociffimam, & rapinarum licentia, & armorum promtitudine exercitatam; educit : eosdemque omni vndique præsidio destitutos, veluti pecora hosti trucidandos obiicit. Ceterúm quia Mamertinorum mentio & antea incidit, & frequenter de se loquendi occafionem przbebunt, quod Romanorum armis protecti, Pœnos è tota Sicilia

Digitized by Google

SYRACÝS, AĔ.

A ta Sicilia exturbandi, Romanis eandem in prouinciæ formå redigendi; occafionem præbuerint; operæpretium putaui, corum in hac Infula originem paullò altiùs repetere. Mamertini itaque ex Campania oriundi, quum fub Agathocle ftipendia in Africa meruiffent, ab eodem in Siciliam reportati, à Meffanenfibus ex Agathoclis commendatione benignè excepti fuerant ij paullò pòft illecebris blanditiifque fortunatiffimæ vrbis illecti, fidem violant; ciues eiiciunt; fortunas corú & agros occupant; vrbem præfidiis muniunt. Ceterùm quum excurfionibus & latrociniis etiam proxima quæque infeftarent & popularentur, quanquam à Pyrrho acriter repreffi, affluentibus tamen vndique perditis & facinorofis,

- B fimul & exfulbus, per iniuriam pulfis confirmati, ægrè amplius coercéri poterant. Hiero liberato à feditiofis exercitu, totis copiis in Mamertinos ca victoria exfultantes conuerfus; in agro Mylæo ad Longani fluminis ripam congredi aufos graui prælio, ducibus corum captis fregit, & infolentiam ipforum repressit; hinc victor cum incolumi exercitu Syracufas reuerfus, omnium fimul acclamationibus rex à Syracufanis falutatus est. Mamertini quum aduerso prælio animis concidiss reuerfus, enfarum. metuentes ne fimile, quale in Campana antea legione; quæ Rhegiú vioc. Genacine lata fide occupauerat, Genucio Confule à Romanis supplicium sum cum cupina fuerar, & in se staueretur, alij ad Carthaginiensi focietatem, nonnulli Ro. cond.
- ad Romanorum auxilia respiciebant. Interea dum Románus, qui paullò ^{CDLXX-} antè in sum legionem codem scelere contactam, tam seueram animad-^{Polybius} lib.t.e.vii. uersionem exercuisset, deliberat num Mamertinos fidei violatores armis protegeret, præsidium Carthaginiense a opportunitate vistotam Siciliam occuparent, quàm præter Messana & Syracussi iam in potestate haberent, populi iussu Mamertinis opem ferenda decernunt. Ap: ^{Ap.CLAV-} flate haberent, populi iussu mexercitu in Siciliam missi anno ab vrcognominabe condita CDLXXIX.atque is quod primus Caudicem, hoc est nauem tau. belli gerendi caussa conscendisset, *Caudicis* cognomé inuenit. Mamertini de brenitate intellecto Romanorum aduentu præsecto Pœnorum, quem in arcem ^{vita scap}. receperunt, eiecto, Claudium recipiunt. Ea indignitate Pœni irritati, mercio Pues and deliber and servere a didisse and poes and the fermi adverting construction and the servere adverting and the presentate intellecto Romanorum aduentu præsecto Pœnorum, quem in arcem ^{vita scap}.

SYRACVSAE.

ria, & sapius alternante fortuna, tempestatu sauitia & imperatoru au- A Canffam belli huins late narrat dacia, magnis hinc inde cladibus vtraque pars conflictata; donec victor Polybine lib. r.Żonaras lib. 2 . Epito-

48

PAX Hieronic cum pop. Rom.

tandem Romanus, adempta Carthaginien fibus Sicilia isldem pacis leme Limana ges imposuit. Hiero postquam magna cum prudentia secum repu-116. 16. L. tans observatset, virtute Romanorum Pyrrhum ab Italia armis propuling. 2. aligg. fatum, fe cum exercitu profligatum, adhæc Punicas opes víqueadeo florentes ab eisdem ad belli Martisque aleam nec temere, nec sine viribus lacessitias, suis quoque rebus iam tunc diffidens, pacem æquissimis conditionibus cum Romanis fibi & Syracufanis per quinquaginta annos falutarem & inuiolatam his legibus fanxit : v T captiuos Romanos, qui m tphus aut populi Syracusani potestate essent, fine redemptione liberaret, centum B argenti talenta aquis penfionibus penderet : socius amicusque Populi Romani upse mà cum populo Syracusano esser. Eo fœdere Hiero iuste & sancte vius florente Syraculanorum Republica, rem Romanam aliquoties tum à Pœnis in Sicilia & Italia, turn in Macedonia ab aliis hoftibus affecta benigne & liberaliter commeatu; opibus, atque armis iuuit, & recreauit. Tandem rebus vndique quasi ex voto prosperrime fluentibus consenescens, mortuo Gelone filio orbus, libertatem & Rempublicam Syracufanis reddere decreuerat : ab ea tamen voluntate, Heracliæ ac Damaratæ filiarum suarum precibus exoratus deflexit; & Hieronymum ex Gelone filio nepotem, tuñc quidem annos natum quindecim; C &, quod imperio adhuc immaturus effet, tutoribus commendatum, hæredem scripsit; adiecitque testamento, vt Populi Romani amicitiam comiter semper & sancte coleret, camque constanter, vt ipse hactenus fecerat, leruaret. Nec multo polt quum annum nonagelimum viuendo fumoritur an- perasset, septuage simum regnasset, morbo & ætate consumtus è viuis

HIEROTEX ^m v. c. DXXXVIII. exceffit. Syraculani veluti in orba parentibus ciuitate in omnem luctus

alij.

formam effuli, regiú funus magna cura & pietate celebrauerunt. Polt HIEROhæc Hieronymus fausta auspicataque omniñ, vti ominabantur ob Hie-Rex, nepes ronis merita, & in Syraculanos beneficia acclamatione rex à Syraculanis minonie. De falutatus, statim (vt erat imbecillis adhuc iudicij adolescens) ab Andro- D lib. 23. Indoro & Xoilo tutorũ præcipuis, (vtpote qui Hieronis filias in vxores 24. Infinus Lib. 29. Plut. duxissent, licentia & dominandi cupiditate corruptus, in tyrannum de-in Fabio & concerco corrigination di cupiditate corruptus, in tyrannum de-Marcello. generare cœpit, ita vt cũ purpura, diademate, fastuque regio, satellitibus armatis, adhæc in quadrigis albis (vti antea & Dionysius tyrannide occupata fecerat) in publici procederet; attonitis afpectu rei infolitz omnium animis. Hiero namque, vti & filius eius Gelo, per septuaginta annos summa comitate & modestia, nullis præsidiis stipati, priuato aut nallo supra ciuilem modum habim contenti, nihil vltra æqualitatem, & iultum imperium affectafle videbantur. Ceterum Hieronymus info-

lentior

SYRACVSAE.

- A lentior indies, & in omne facinus pronior, omni probrorum genere contaminatus, contemptiorne breui ciuibus luis, an magis inuilus fuerit incertum est: lequutaque mox omnium animorum alienatione, dome-sticis etiam infidijs, Theodoro conspirationis totius capite, opprellus fuerat, nisi coniuratio per indicium tempestiue detecta ac delata fuisset. Sed postqua Hippocrates & Epicides fratres, materno quidem genere Pœni, & Carthagine nati, paterno autem Syracus oriundi, ad regis gratiam obrepsissent, fuerat, fuerat ad fœdus cum Annibale, qui tunc Italia bello quatiebat, sinciendum haud magno negotio impulerunt. Verum Ap. AP. CLAV² Claudius, qui tunc Siciliæ Prætor erat, de ca Annibalis & Hieronymi in sicilia.
- B focietate certior factus, Hieronymum amicitiz comiter cum Populo Romano ex Hieronis fœdere & teltamento feruandze per legatos admonuit. Sed Rex in legatos superbè & contumeliosè illudens, acerbo etiam ludibrio percunctatus, Satin' falue res Romanis apud Cannas fuissent? statim fœdus quod cum Annibale conceperat, cum Senatu Carthaginicarthaginiensi, in hanc formulam sanxisse proditur; vTI Romanis per Pœnorum arma Sicilia expulsis, Himera fluuius, Syracusani & Carthaginiensis in Sicilia imperij terminus esset : Pœni classe focijs naualibus, milite, commeatu, & apparatu nauali instructam contra Romanos primo quoque tempore in Siciliam mitterent. Quibus perferiptis Hippocratem & Epicidem cum duobus armatorum
- C millibus mittit, vt vrbes, quæ Romanorum præsidijs tenebantur, ad defectionem aut deditionem sollicitarent; ipse cum copijs, quæ ad quindecim millia peditum, & mille equites erant, in Leontinos profectus, à mixed coniuratis & Indigemine regij corporis satellite, dum ab arce in forum occiditus. degrederetur, viæ angustijs præpeditus, multis vulneribus confoditur. Theodorus è carcere liberatus vnà cum Sosi, qui capita coniurationis fuerant, vt nuncium cædis Andronodorum que imparatum præuerterent, citatis equis Syracusas contendunt. Ceterùm Andronodorus, qui famam facinoris preceperat, Insulam, arcem, at que horrea publica, ceteraque opportuna vrbis loca præsidijs firmauerat, ipsi obscura nocte per
- D Hexapylon ingreffi, cruentas cæfi regis exuuias, iplumá; capitis infigne diadema palam omnibus oftentant, transuectiá; per Tychen, populum ad libertatem fimul & ad arma vocant; & conuentum in Acradina indicunt. Miscetur vrbs magno statim & incerto tumultu, milites qui horrea præsidijs firmauerant, Theodoro & Sosi per nuncios significant, horrea publica frumentaque omnia in Senatus ac populi potestate esse. Ciues interea inermes spolia Gallorum Illyriorumque, quæ Hieroni à Populo Romano dono missa, in templo Iouis Olympij fixa erant, datrahunt; precati vt Deus propitius sacra præberet arma, pro patria, pro libertate, pro delubris ca induturis. Missis etiam ad Andronodorum G legatis

Andronodo-

Epicides Siculus.

Harmonia wxor Themiftij.

legatis, vt Senatui sese populoque Syracusano, Insulam cum arce dedat, A petunt. Flexit se ad ea mandata populi metu Andronodorus, etiamsi à Damarata Damarata vxore, regij vti sanguinis ita & fastus fœmina reuocatus ri coninx. fuisset, & patefactis Infulz portis, laudataque Hieronymi czde, claues arcis & pecuniæ regiæ Populo Syraculano tradit. Conuerlis itaque ad lætiora, spe libertatis omnium animis, Andronodorum, cum Sosipatro & Dinomene, cæterisque tyranni percussoribus, Prætores creant, & iam respublica ad quietem & otium inclinata erat, nisi Hippocrates & Epieides eandem turbulentis, feditiolis, concionibus ad Pœnorum imperium iterum pertrahere conati, tranquillitatem publicam mouitlent, perditifque plebem confilijs ad res nouas animafient. Acceffit ad hoc Bquòd Damarata irrequieti (vt diximus) & ambitiofi ingenij mulier, Andronodorum maritum prauâ magnaque spe impletum, communicatis cum Themiltio (cui Harmonia Domaratæ neptis nupferat) confilijs, ad atrociflimi facinoris audaciam impuliflet. Conuenerat autem vt cæfis reliquis Prætoribus, bona eorum publicarentur, Infulam armis preoccuparent, folus Andronodorus rerum potiretur. Ariston Tragædiarű scriptor concepti facinoris confcius erat: is falutem publicam priuata neceffitudine potiorem habens, indicium ad Prætores defert. Andronodorusitaque & Themiltius curiam ingressi, nihil tale metuentes, pugionibus confeiorum ex improuiso confodiuntur : coortoque ob corum cz- C dem tumultu, Sofipater habita iuflu Senatus ad populu concione, oftendit ex Aristonis indicio Andronodorum & Themistium tanqua libertatis publicæ infidiatores, turpiffimaque Hieronymi tyranni mancipia, atque ab vxoribus scelerati & irrequieti animi mulieribus per fastum & ambitionem ad Rempublicam occupandam accenfos, Senatui iure cæsos videri. Vixdum dicendi finem fecerat, Sosspater, quum populus tanto scelere irritatus, Damaratam, Harmoniam, ceterasque regiæ stirpis forminas omnes internecione delendas decerneret, furorem plebis prætorum mandata sequuntur, immissique per cussoribus, in Damaratam, Harmoniam & Heracleam, & in earum filias, crudeli fædaque laniena D fæuitum eft, quæ multis vulneribus confectæ, matres filiarum & viciffim filiæ matrum cruore respersæ cùm omnia sanguine suo replessent, exanimes tandem corruerunt; atrox illa & fæua imbecilli fexus cædes, primum plebi commiserationem, mox vulgi mobilitate Prætoribus odium mouit; víqueadeo vt plebiscito Hippocratem & Epicidem, egregios hactenus tyrannidis fautores, in Andronodori & Themistij inter-M.CLAV- fectorum locum, magno cum Reipublicæ detrimento, Prætores furroga-Marcellus rent. Interea M. Claudius Marcellus anno ab vrbe condita D.XXXIX. in siciliam Conful 111.ad motu Siciliz compescendum cum imperio Proconfulari millus,

Digitized by Google

SYRACVSAE.

Mi¶us.

SYRACVSAË.

5t

🛪 millus, per legatos vt Syraculani societatem amicitiamque Populo Romano comiter constanterque conservarent, impetrauit; Hippocrate & Epicide callidis suis versutisque consilijs nequidqua obstantibus. Cumque haud multo post Hippocrates Leontinis cum quattuor millibus à Syraculanis in lublidium millus, in prælidium Romanum, quod Ap. Claudius deduxerat, impetum fecillet; queltus de ea iniuria Marcellus, Hippocratem vt fæderis violatorem dedi, aut ipsum cum Epicide tanqua pacis publicæ turbatores è Sicilia relegari postulat. Epicides intellectis legatorum postulatis, ad Hippocratem prouolat, collatisque cum codem confiliis, Leontinos magna fraude & altutia, vt à Syraculanis de-B ficiant, inducit. Syraculani iis intellectis Marcello respondent, Hippocratem & Epicidem vt transfugas, & qui ad Leontinos defecillent, ampliùs in ipforum potestate non esse; bellique societatem & octo armatorum millia, vt Lcontinos iterum in ipforum potestatem redigeret, offerunt.Marcellus accepta fide, citato agmine in Leontinos profectus, magno cum militu ardore, vt sese de violatis socijs vlciscerentur, primo impetu vrbem capit. Hippocrates & Epicides sesse in arcem recipiunt, inde noctu Herbelum fuga elapli, atque à Syraculanis, qui Soli, & Dionyho ducibus ad Marcellum mittebantur, recepti, efferatam Romanorum in Leontinos capta vrbe crudelitate & cædem promiscua falso culpantes c vniuersum exercitum tumultu ac seditione miscent: fictisque literis & 2dulterinis, adhæc pudendis commentorum fabulis, à Romanorum fide & amicitia alienant ita vt spretis ducibus suis, sub Hippocratis & Epicidis imperium transirent. Hippocrates cum seditios exercitu Syracus iter conuertit, Marcello vt hofti portæ clauduntur; Epicides & Hippocrates cum seditios in Haxapylon recipiuntur; quamtumuis Prætores Deos hominesque obtestarentur, ne patriam, ne libertatem publicam, Tyrannorum fatellitibus proderent; fed obfurdefcebant ad omnia auerfi plebis animi, occupatoque Hexapylo, mox & Acradina, quò Prætores SYRACVI cum plerisq; ciuibus confugerant, ab Hippocrate & Epicide primo im-D · petu capitur: trucidantur Prætores, atque vnà quicunque fuga falutem tegere non poterant. Proximo inde die feruos * ad pileū vocant; captiuos * pro, ad vinctosq; liberant, inde turbulentis & mobilis ad omnia vulgi suffragijs, Hippocrates & Epicides Prætores creati: ita Syraculæ in antiquam feruitutem & tyrannidem rediguntur, Marcellus autom, postquam vrbem cædibus fædatam, & motibus discordem nunciatu esset, continuo legatos mittit, qui, fi Syracufani Rempublicam faluam cuperent, fi oppressi auxilium à Romanis peterent, ciues monerent, vt reditu expulsis aperirent, seditiolos dederent, Romanorumá; potestati se permitteret, alioqui MARCEIA vniuersis malum minarentur. Legatis per Epicidis & Hippocratis un syral factionem G 2

SYRAĆVŚAĖ.

factionem repulfis, Marcellus terra mariq; Syraculas oblidere, ae bello ⊀

dina vide Marcelli vita. ARCHI-MEDES Mathemationibus _sait

lybi**ns** lib.

v111.

52

al. Achra- vndique lacessere cœpit; terra quidem ab Hexapylo, mari autem ab A-*Polybium* cradina, qua orientem ac meridiem prospectat; maximo instructus appa-^{116. v 111.} ^{116. v 111.} ^{115. s. 6.7. 6.} ratu, adhoc incredibili militũ alacritate ac promtitudine adiutus, primo Plutar. in impetu, primaque oppugnatione acerrima vrbem capere poterat, nili eadem Archimedis solertissimi Mathematici ingenio & industria varijs propugnaculis admirandilque * machinis protecta fuisset : ita vt Marcellus postqua omnes conatus suos ab Archimede tormentis, misilibus machina- catapultifque frangi videret, victum se Archimedis ingenio professis; Valer. Max. oppugnationem omitteret, vrbemque quàm potuit arctillima oblidione lib.8. cap. 7. cingeret. Præfectoque castris Ap. Claudio, ipse cum tertia copiarum B guas ma-chinas ex parte profectus, Elorum ac Herbesum Punicarum partium vrbes armis, parte profectus, Elorum ac Herbelum Punicarum partium vrbes armis, feribit Po- aut per deditionem recepit. Inde Megaram vi captam, vt ceteris terrorem incuteret, à fundamentis prosterni iussit. Imilco interim Cartha-MEGARA giniensium imperator, per Hippocratem de obsession angustia certior factus, aut liberandas oblidione Syraculas, aut Pœnis cum ignominia ab Siciliæ possessione discedendum; cum viginti peditum, tribus equitum millibus, ac duodecim elephantis, omnique apparatu bellico ad Heracleam exfcensione facta, primum Agrigentum recipit: hinc alias quoque vrbes d defectionem follicitat. Syraculani quanquam dura obfidione fatigati, noua tamen propter Pœnorum aduentum lpe c accenfi, Plebiscito Epicidi curam vrbis mandant : Hippocratem autem cum decem millibus peditum, & quingentis equitibus, primo quoque rtempore seste cum Imilcone conjungere jubent. Ceterùm Marcellus inopinata celeritate Hippocratem profligat; exercitumque fuga ducis defertum, cæfis octo peditum millibus, prosternit: mox victoria vsus, latè , per Siciliam arma circumtulit;plurimalque Siculorum vrbes,aut armis, aut pactionibus, ad fidem Romanorum redire coëgit. Hinc ad Syracufanorum obfidionem tedire constituit: quod nouam cum Ap. Claudio legionem aduentare, imperiumque ipli ex S.C. prorogatum nunciaretur. Imilco autem Syraculanis auxilium laturus, coniunctis cum Hippocrate D copijs ad Anapum fluuium cum exercitu consedit: Bomilcar verò à Car-, thaginienfium Senatu Syracufanis in fublidium miflus, cum quinquaginta quinque triremibus portum tenuit. Imilco posteaquam Syracusanis fatis pro necessitate confultu existimaret, motis inde castris Margantiam versus in quam Romani magnam trumenti & commeatuum vim conuexerant, profectus, eandem interfecto per proditionem Romanorum præsidio occupat. Ea fraude & defectionis impunitate aliorum quoque ciuium varijs in vrbibus animi follicitati, præfidio vel expulso, vel ciuium conspiratione prodito, ad Pœnos inclinabant.

Ennen-

SYRACVSAE.

- Ennenses eadé perfidia contacti L. Pinario presidij Romani Przsecto exitium moliebantur; quoru scelerata consilia quum Pinarius tempestiuè deprehendisset, Ennenses præoccupati, & turbelentissimo quoque ex ipfis trucidato, funelto exitu, & Pinarij fæuitia fidem deinceps feruare coacti sunt. Hæc vsqueadeo acerba & seuera Ennensium vitio, Siculos à Romanorum focietate ad Punicam amicitiam conuertit.Marcellus interea conuecto yndique ex Leontinorum agro in sua castra frumento, hyeme iam ingruente, iuxta Leontem (diftat Leon ab Hexapylo via Leontina v.м.pafluũ) hyberna cõmunit₃& ne frustra ad Syracusas sedendo tempus in ocio tereret, oblata libertate Syracufanorum animos octoginta è ciuibus consciis, ad deditionem sollicitare cœpit; sed indicio per Ð Artalin Syracufanum facto, confeij ab Epicide ad fuppliciú rapiuntur. Marcellus quum ea non successifiet via, aliam ingreditur. Erat ipsi frequens cum Epicide ad portum Trogilorum prope Geleagram turrim colloquij occafio, dum de Damafippi Spartani à fua claffe intercepti redemtione & pactione ageret: Inter colloquendum quidam è Marcelli contubernio, murum iuxta Galeagram fæpius & attentius contemplatus, quàm proximè oculis & coniectura affequi potuit, altitudinem murimetitus, obleruat vel mediocribus scalis nec difficiliascensu superabilem. Id vbi Marcellus intellexit, quanquam occasione rei gerendæ
- c lætatus, opportunitatem tamen & tempus idoneum captandum cenfuit; quod locus ille frequenti custodia septus esset: differt itaque negocium in proximu Dianæ festum, quo ciuibus epulis vinoque sepultis, nocte concubia, qua altior fomnus ebrios ac curis folutos occupare folet, scalas proferri, ac mille expeditos ex omni numero delectos, summo cum filentio muros transcedere iubet. Milites imperatoris iussa sequuti, syracy. recenti crapula sopitos trucidant: inde ad Hexapylon, quò eos cum ma- pars captas. iori agmine Marcellus fequebatur, procurrunt; reuulfoque postico magno impetu contra defenfores obnixi, Epipolas præfidiariis metu dilapsis occupant. Quumque ex Epipolis tanquam è fastigio reliquas vndi-
- D que Syracusanæ vrbis partes Marcellus despiceret, fatalem suisque conuerfionibus obnoxium, & vrbium, & rerum humanarum interitum miseratus illacrymasses for ibitur: & commiseratione commotus, iis qui Acradinam & Infula præsidis tenebat, justa pactione oblata ad deditionem follicitaffe.Ceterű quum eam legationem propter transfugas, qui fi legati audirentur, sese ad extremú supplicium dedendos verebantur, irritam videret; Eurielum vtcumque Philodemi præfecti artibus illuderetur, lummo ltudio occupat. Ceteras vrbis partes Tycham & Neapolim militibus prædæ donare coactus, ingenua corpora ab omni violentia & iniuria iussi este libera. Mox Acradinam ternis caltris circumsedit, & G 3 quo

Digitized by Google

ŚYRAC VSAE.

quo obsessos ad deditionem cogeret, frequenti, continuaque munitio- A ne cinxit, diu tenuit ea oblidio. Hippocrates & Epicides commeatuum inopia fatigati eruptione vndique facta à Marcello fortiter repulfi funt. Sequuta deinde grauis per autumnú peltilentia, cú diuulgatus per contagionem morbus, obleflos æquè ac Romanos magna clade atflixiflet; adhæc Bomilcare, qui Syraculanis auxilio cū clalle millus fuerat, à Romanis profligato, prelidiarij, qui Acradinam & Infulam propugnabant, ad extremam rerum inopiam & miseria prolapsi, legatos ad Marcellum mittunt, quiveniam & conditiones pacis petant. Ceterum transfugz iterum fibi à Marcello metuentes, sociata cum stipendiariis fortunarum necessitudine, public & tranquillitatis spem perturbabant, & quo scelere B etiam aliquo fele obligarent, promifcua cæde in obuios quolq; graffantes vrbem diripiunt; & sex præfectos cu imperio, tres qui Acradinæ; reliquos qui Infulæ præestent, è fuis constituunt. Ex iis qui A cradinæ præerant quidam nomine Mericus genere Hispanus, Marcello fidem suam pactus, capto tempore Acradinam sele in jeius potestate traditurum recepit. Quumque haud multo post Merico ab Arethusa fonte ad ostium víque magni portus, vrbis custodia & statio sorte obtigisset, Marcellum certiorem facit, nunc illud adelle tempus, quo fidem suam liberaret, & Romanos in Infulam admitteret. Marcellus itaque vt Syraculanorum animos ab infidiarum suspicione ad Acradinæ defensionem auerteret, c primo diluculo cum omnibus copiis tanta vndique vi Acradinam aggreditur, vt non eos folum qui illam vrbis partem tuebantur in fe conuerteret; sed ab Infula quoque per manipulos & cohortes (quod Marcellus vt eam partem præsidiis nudaret suturu sperauerat) ad defensionem Infula sy- Acradinæ procurrerent. In tanto rerum tumultu Syracufanis tam animis quàm corporibus, aliò intentis, naues Romanæ armatos ad Arethufam exponunt, ij in Infulam à Merico, qui ipforum agmini sesse statim immilcuerat, excepti,eandem prælidio nudam, mox omnium fuga deferta armis occupant. Marcellus vt Infulam à fuis teneri, nec aliud quam A cradinam, quæ relilteret, superelle ad victoriam cognouit, ne opes regiæ, quæ in Infula seruabantur, fama tamen, quàm re maiores militum præda fierent, receptui cani iussit. Verum Syracusani, qui Acradina tuebantur, postquam omnia Romanorum armis occupata vident, Marcello per legatos suam suorumque salutem, & libertatem pacti, deditionem faciunt.Ad hunc modum Marcellus tota iam vrbe, tertio quam obsideri cœperat anno potitus, Quæstorem cum præsidio in Insulam ad re-Ann. Vrbus gias opes sumendas & in ærarium deferendas mittit; reliquam vrbem, qua parte adhuc intacta erat, militibus diripienda concessit. Testantur fcriptores tantum Syraculis captis prædæ fuille, quantum polt quattuor & fex-

спріл.

\$4

Ann. Vrbis

SYR Α C V S AE.

A & sexaginta annos capta Carthagine repertum fuerit; adhæc Marcelli victoris animum nullo grauiore cruciatu, quàm Archimedis cafu perculsum fuisse Liuius prodit, hoc enim singulari edicto ante oppugna- T. Liuius tionem cauerat, ne capta vrbe Archimedes vllo modo violaretur. Hunc v.c. Plut. † Cicero inter vrbis expugnationem, tanto studio, tantaque cura figuris in Marcello Val. Max. quibusdam Mathematicis, quas in puluere descripserat, intentum fuisse lib.8. cap.7. tradit, vt non prius captam à Marcello patriam intelligeret, qu'am irru- 116.4.6.17 entem in se militem Romanum, & stricto ferro ceruici incumbentem finibus é sentiret. Marcellus sepulturæ eius curam habuit ; propinquisque ipsius sepulcrum peruestigatis; nomen, memoriamque Archimedis honori ac præsidio eius à se reipfis fuille proditum est. Captis Syracusis veluti si in vnius vrbis expu- riatur M. gnatione tota Sicilia fuisset debellara, omnium fere ciuitatum legatio- v.Tusent. nes in Romanorum sese potestatem dedentes, ad Marcellum conue- si potestaniunr. Legatis benigne auditis ciuitates in gratia recepit, easque libertate tem pop donauit. Ceterum ne Syracusæ olim ad rebellionem respicere possent, vetuit ne ea pars, quæ Infula vocabatur, à quoquam Syracufano habitaretur: tum quòd cius loci situs natura munitus Romanorum vim & impetum frequenter fregisset, suosque ea parte vrbem oppugnantes facili propugnatione Syraculani depulillent; tum quod tutillimus mari Ionio & commodiffimus in eam nauibus receptus effet. Interea Hanno C & Epicides Carthaginien fium duces, ac Mutines Numida, qui in Hippocratis demortui locum suffectus fuerat, audita Syracularum expugnatione, ne fi omnia Romanis pro voto fuccederent, & animi eotum qui Punicæ adhuc factionis erant ad Romanos inclinarent; Copiis vndique coactis Romanorum agros excursione & populatione vexant, agunt feruntque omnia; tandem castra ad Gela flumen metati subsistunt. Marcellus yt fociorum iniuriam vlcilceretur protectus, quatuor м. р. ab cifdem confedit. Verùm Mutines vir acris ingenij, fyperato flumine cum Numidarum equitatu, magno impetu in Romanorum aciem intectus, eandem perturbat, profligat, & in caltra repellit. Ceterùm quum trecen-Ð ti Numidæ exorta seditione, à Mutine deficientes Heracleam versus iter haberent, ipfe ad eos aut mitigandos, aut reuocandos profecturus, Hannonem & & Epicidé monuit; ne se absente prælio cum Romanis decertarent; sed ij, spreto Mutinis consilio, superatoque Gela flumine, Marcello copiam pugnandi faciunt. Congrelli itaque Carthaginiense ac magna clade superati, in proximas qualque vrbes fuga dilabuntur; Cæfa Pœnorũ quinque millia, capta septem, & octo Elephantes: cum quibus Marcellus victor Syraculas regrellus elt. Engiates nihil ea Pœnorű cla-

de exterriti, Niciam è ciuibus præcipuum, qui Romanorum amicitiam potiùs præoccupandam, quàm vim experiendam falubriter confule-

P.Orofius

bát,

36

SYRACVSAE.

bat, vnà cum vxore expellunt. Marcellus ea contumelia & Engiatum A pertinacia irritatus, Engium magno impetu capit, ciuibus catenas iniici & eos ad supplicium rapi iussit. Verùm Nicias patriam suam miseratus, Engiatibus veniam lacrymis & precibus à Marcello impetrat. Confecto iam in Sicilia bello, Marcellus exitu æstatis è Sicilia decessurus, præter mænia & tecta Syracularum exhaulta, & lacera deorum delubra ipfis Deorum fignis, ornamentifque fuis despoliata nihil Syraculanis reliquit. Quumque ad vrbem venisset, à C. Calpurnio Prætore Senatus ei ad Bellon æ ædem datus eft : vbi primúm de rebus à le geftis differuiffet, questus leniter non tam suam quàm militum vicem, quòd Prouincia confecta exercitu fibi deportare non licuiflet, poltulauit, vt triumphans B vrbem intrare liceret; triumphum tamen non impetrauit, fed vt ouans cum imperio introiret. Pridie igitur quàm vrbem ingrederetur, triumphauit in monte Albano; inde de Syracufanis ouans multam præ se prædam in vrbem intulit. Perlata sunt in pompa cum simulacro captarum Syracufarum, catapultæ, balistæ, & reliqua belli instrumenta, præterea diuturnæ pacis regiæque opulentiæ ornamenta, aurea argenteaque vala fabrefacta, vestis omnifariaq; suppellex preciosa; tum plurima nobilium artificum signa, & quædam perantiqua, quibus inter primas Græciæ vrbes Syraculæ floruerat: Punicæ quoque victoriæ infignia, octo elephan-Post Marcelli è Sicilia discession classis Punica appellens c tes ducti. octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit, ad eos Murgantini Itatim descinerunt; Murgantinorum defectioné Hybla & Magella atque alia aliquot oppida ignobiliora infequuntur. Numidæ Mutine duce per totam Siciliam discurrentes, sociorum Po. Ro. agros ferro & flammis vastabant. Exercitus interea Romanus indignatus, tum quòd vnà cum Imperatore è prouincia deuecti non effent, tum quòd in oppidis hibernare vetarentur, segni fungebantur militia; nec eis tam animus quàm auctor ad seditionem deerat. Ceterùm M. Cornelius Prztor, ledatis nunc caltigando, nunc confolando militum animis, ciuitates quæ defecerant, in deditionem redegit : ex his Murgantiam cum agro D circumiecto, Merico & Hifpanis, qui ad Marcellum defecerant, ex.S.C. Marcellus inde Conful quartum cum M. Valerio Læuiattribuit. no creatus, quum Idibus Martijs senatum haberet, professus est se nihit absente collega, neque de Republica, neque de Prouincijs acturum: Scire fe frequentes Syracufanos prope vrbem in villis obtrectatorum fuorum elle: quibus tantum abefie vt per se non liceat, palam Romæ crimina ab inimicis suis edita ac conficta vulgare, vt ni simularent, inuitos se absente. collega de Consule dicturos, ipse eis extemplo senatum daturus fuerit. ceterùm vbi collega venisset, non passurum quidquam priùs agi quàm Syra-

Digitized by Google

deSyracuss.

ډ

v.c. DXLIII.

YRACVSAE.

A Syraculani in Senatú introducantur. Venit itaque paulló pólt circumfufus Syraculanorum multitudine Læuinus. Patres antequam legati audirentur, decernunt, vt alteri Confulum bellum cum Annibale prouincia effet, alter classem Siciliamque obtineret. Confulibus prouineias fortitis; Sicilia & classis Marcello, Italia cum bello aduerfus Annibalem Læuino obuenit; quæ fors, velut iterum captis Syracufis, ita legatos exanimauit; vt fordidati circumeuntes magna comploratione fletuque affirmarent; fe non modò patriam quisque suan, fed totam Siciliam relicturos, fi ed iterum cum imperio Marcellus redijsset. Marcellus verò vt liberam Syracusanis in Senatu de se querelam permitteret, prouincia cum Læuino

B collega permutauit. Poltquam autem Legati, multa cùm ad inuidiam Côlulis, tum ad milerationem Syraculanorū dixillent, Senatus decreuit; quæ Marcellus in Sicilia tam bellum gerens, quàm poltea victor egiflet; ca rata habenda effe; in reliquum rem Syraculanam Senatui curæ fore; mandaturolq; Confuli Læuino, quoad fine Reipublicæ detrimento fieri pollet, fortunis Syraculanorū confuleret. Legati recitato S.C. ad genua Marcelli Confulis prouoluti obsecrabant, vt quæ ipsi deplorandæ ac leuandæ miseriæ caussa dixissent, eis condonaret, vtque se & vrbem Syraculas in fidem ac clientelã acciperet. Conful Syraculanos clementer appellatos, non solum venia donauit, sed & bono animo deinceps essente iusso

dimifit. Ab eo tempore Syraculani à Marcellorum gente in clientelam Marcelli accepti, comiterá; & benignè femper habiti; & in omnibus fummo ftu-sicilia padio adiuti; Marcellea diem festum in honorem patronorum instituerunt. Marcellea Læuinus autem Consul magna iam anni parte circumita, postquam veteribus nouisque socies exspectatus in Siciliam venisset, quod primum ac Plan Goval. Max. lib 4. potissimum omnium iudicabat, belli reliquias sustaina adhuc inconditam, sicilia noua pace composuit; regnumque Syracusanum, quod ante Hieronis Marcelle fuerat, in provinciæ forma redegit, statuitque vt conuentus totius Italiæ in Verr. Server. Syracusis, & Quæstor vnus quotannis esset; adhæc vt ca quæ Hieronis

D regia hactenus fuerat, Prætoria in posterű domus forettvtque vnus Præ-syracvtor ambas prouincias, veterem, quæ Carthaginiensium, & nouam Syra-mann procusa, quotannis sortiretur. Prouinciaq; constituta, ex decem legatorum data. fententia, quum Siciliamæquè paci opportunű quàm bellis fidissimum firmissimumque annonæ subsidi údicaretur; placuit omni cura Siculos tueri, & retinere: vt eodem iure essent, quo antea fuissent; eadem conditione Po.Ro parerent, qua suis paruissent, præterea vt omnis ager Siciliæ ciuitatú decumanus esset; in decumis vendundis nec tempus, nec locum commutarent: sed yt eodem anni tempore, codé loco, quo priùs, denique vt lege Hieronica venderent. Floruit aliquamdiu sub his legibus res Sy-

H

racufana,

LEONTINVM.

raculana, interim tamen Verris Prætoris furtis & rapinis per triennium A ferè vexata, ficuti & à Pergamenione archipirata, qui profligata classe Romana portú Syracufarum occupauerat, ad tempus atflicta. Ceterúm Pergamenione à Prætore Metello terra marique profligato, iterum recreata est, donec Siculo tandem bello inter Sex. Pompeium & Cxsarem Octauianu, anno ab vrbe condita DCCXVI. deformaretur. Cæfar tamen Strabo lib. victo fugatoque Pompeio, cam vrbis partem, que Infula vocabatur, millis eò colonis inftaurari & frequétari iuflit, ceteras vrbis partes vt laxiores POLIS & valtiores ob colonorum infrequentiam neglexit. Observo apud idoncos auctores Polidem Argiuum Syracufiorum regem fuifie; ceterum quo tempore regnauerit non produnt, neque nos verifimilem coniectu- .B ram adferre potuimus, addunt ab co vitem Neam, quæ & Biblyna vocabatur, ex Italia Syracufas translatam, vinumque quod ex eadem exprime-RYRACV san unde batur, fuisse laudatissimum, Poliumque à Polide vocatum, atque idem ditte. Byblinum fuisse dictum. Nomen vrbi fuisse factu Syracufis, quòd sponte Zúgommy trabor fua ad eandem eo loci condendam protractifuerint, id enim Grecum vo-Strabo lib. v 1.Geogr. cabulum fonat, alijs à Syraca lacu, qui apud cam vrbem effet Syracufis no-Stepha. in men inditum magis verifimile videtur. Eiusdem vrbis tantas fuisse opes Duegasery & Suidas. traditur, vt Prouerbio per comparationem, de opulentis dicerctur, ne de-Alster pass-Id in Vatic. cimani quidem Syracusanorum possidere : nec minus voluptatum ac delicia-Pronerbijs Gracin à rum nomine olim celebrata eft. Syracularum longitudiné, fiuc ab lu- C nobiis editie fulis fortunatis; distantiam produnt xxx1x s.temporum; latitudine verò, Cent.IV. Ad. 20. fiue ab æquatore, spatio x x x v 11. temporum, & quadrantis abesse.

ΛΈΟΝΤΙΝ Ω N.

LEONTINVM Chalcidenfium Colonia.

CEONTINI vrbis originem, vt omnium totius Siciliz antiquif fimz, auctores à Lzstrigonibus vique repetunt : ijsdemque vel xtate, vel armis vicinorum confumtis, vrbem à Siculis cultam & D deinceps frequentată scribunt. Herculem quoque quum deuicto Eryce per Leontinorum agrum iter faceret, à Siculis tunc eam incolentibus NI origo. comiter & benigne exceptum, atque hospitaliter cultum, atque hinc discedentem ipfis sui monumenta & insignia reliquisse tradunt. Ceterùm quinto, poltquam Syraculæ à Corinthijs conditælunt, anno, liue ve vrbs sieilie alij septimo, Chalcidenses è Naxo, quam Græcarum in Sicilia vrbium primam paludofo & cœnofo in agro condiderant, ob aëris inclementiam sedes mutare coacti, duce Theocle expulsis Siculis Leontinum occuparunt. Naxij aram templumque Apollini Archagetæ in Naxo condi-

VI.Geogr.

Tex.

Adagium quoque eft Syracufana, Ó Sicula menfa, Luciano, Athinao,ac Platone or Aristoph.Vide Zenobium

Cent. V. Adag. 94.

LEONTI-

NATO Stoph.

A condiderant: ad eam aram qui è Sicilia soluebant sacris operabantur, vt APOLLO prosperum cursum haberent: de euentibus quoque deus Archagetes per Archagete fortes & oracula confulebatur. Eundem Apollinem etiam apud se in Leonsin. honore fuisse, Leontini numismatum suorum monumentis posteritati testatum reliquêre: per ciusdem scilicet numinis cultum originem fuam à Naxijs effe, & proinde se à Chalcidensibus ortos prosessi. Ceterum LEONTE postquam Naxij Leontinos in potestate redegissent, Siculosque ejectos stantainm. in mediterranea propulsassent, vrbem muro & mœnibus cinxerunt:arcemque triangularem, quæ tria Siciliæ promontoria fuis angulis refpiciebat, condiderunt, pomeriumque vrbis ampliarunt. Quumq, affluente indies incolarum frequentia ciuitas in nimiam multitudinem breui coaluisset, vt sele à superflua ciuium copia exonerarent, originis suz me- Eviora Leontinor mores, quòd è Chalcide Eubœz infulz metropoli oriundi estent, Eu- Colonia. bœam ad latus Siciliz auftro obuerfum condiderunt. Vrbs auté Leon-LEONTI tinum ambitu suo tres colles totidemque valles complectebatur, verum non satissalubri aëris temperie, paludibus cincta erat: hinc cænoso limo & altuolo calo, humidis crassionibus que exhalationibus, capita incolarum grauedine, pectora, tulli & tabe vexabat. Huc quidam pertinere arbitrati sunt, lacertæ animalculi amphibij effigiem, quæ in Leontino- Nummi rum nummis spectatur. Eam tamen aëris infelicitatem facile compensa- NI. c bat agri fertilitas; omniumque prouentuum, segetum præcipue & legu- Agri 12minum centuplicata femente vbertas : quodiplum quoque in nummis fertilita. Leontinorum per grana capitibus Leonum circumscalpta expression via deri potest. Pabuli certe la tioris tam fa cundus ager fuisse creditur, ve pecora, ne aruina fuffocarentur, à pastu arcenda essent. Hanc ob ferrilitatem Leontini rei frumentariæ principes ab idoneis auctoribus appellati sunt: proditumque memoriæ Cererem Leontinos primum arare ac terram colere edocuille, atque à Tellure extorfisse vt triticu, quo d'sponte proueniebat, centesimo ibidem grano luxuriaret. Vrbi altus imminebat collis, qui Hieropolis vocabatur. porta verò præcipua à seriptoribus Hieropolis. D Ieracea celebratur. Lycum etram fontem in eiuldem agro vlqueadeo pe- zrevs stilentem fuisse proditum est, vt ex codem bibentes subito, (sunt qui form nominal tertio die affirment)enecarentur. Laeu etiam qui viginti millia passuum ambitu complectebatur, piscoso quidem ceterum exhalationibus graui, à Septemtrione præcingebatur. Hie ferè fuit vrbis situs, hæc agri Floruit autem Leontinorum Respublica sub Oligarchia si- Respublica conditio. ue paucorum potestate; donec ad tyrannos (quod veteribus fere in Sici-Leontinora lia ciuitatibus vsuvenit) translata & à Panætio primùm occupata, inde

AEnefidemi dominatione fessa, seditionibus demum & armis civilibus agitaretur. Ceterùm Leontini à Phalaride Agrigentinorum Ty-

LEONTINVM.

H 2

rannø

LEONTINVM.

ucch w bedera coronatus in mummis.

cufanis.

Leontinus

PAT CHM

1

er Ator.

ranno bello victi, arma deponere coacti sunt: exarmatos, ne deinceps res A nouas molirentur, conuiuijs, comissationibus, vinoq; eneruauit. Bacchi autem studiosos fuisse, iplorum nummi teltantur; quibus Bacchum xiosoxóunv fiue hedericomam; ipfamque Bacchi coronam hederaceam Quumque à Syraculanorum potenția terra marique op-BELLVM CXPrimunt. primerentur, Atheniensiü vt cognatorum & gentilium (Chalcidenses namque Athenarum coloni, ad quos Leontini genus suum, vt diximus, referebant)opem & auxilia per Gorgiam, ciuium suorum præcipuum GORGIAS eundemque oratorem nobilissimu, implorarunt. Is facundia & dicendi peritia adiutus apud populares Athenienfium, fœdus & societatem auxiliumque suis impetrauit. Nec priùs huic bello finis impositus, quàm B Siculi mutuis Athenienfium & Syracufanarum partium cladibus feffi; ipfique Leontini Athenienfium armis nequidquam protecti, Hermocratis Syracufani oratione, qua Pacis commoda, belli detrimenta, & clades syracufania cladibus accumulatas oltendebat, perfuafi, pacem ijs legibus cum Syracufanis pacifcuntur; vt Leontinis ciuitate donatis, iplum Leontinum municipium Syraculanum ellet. Ceterùm quù Leontini temporis progressu affluente vndique multitudine, plures, quàm conuenerat, in ciuitatem fuam adfcripfiffent, & plebs agros viritim diftribuendos armis & tumultibus contenderet; optimates vti eum motum scdarent, Syracusanos in auxilium vocant, & plebem vrbe atque agris eijciunt: Qua incer- c tis passim sedibus vagante; optimates Syraculanoru sele clientes professi, domibus folo æquatis & defertis, Syracufas veluti ciues habitatum concessêre. Atqui huius facti breui ipsos pœnituit : relictaque Syracusarum vrbe, locum quendam Leontinæ vrbis, Phocea dictum, capiunt: deinde Rhocen Bri- Bricinniam arcem agri Leontini munitillimam occupant: quumque cimine arx. plurimi è plebe extorres sele adjunxissent, facilè se tutabantur, & vim armaque illata propulsabant. Athenienses interea, qui nondum Siciliz in potestatem redigendæ cogitationem ac spem deposuerant, hac opportunitate vsuri, Phæacem legatum cum aliquot nauibus mittunt, qui Leontinos oblatis auxiliis ad arma contra Syracufanos fumenda excitaret. fed D ca Legatio frustra fuit, Leontinis pacem se cum Syracusanis constanter seruare velle respondentibus. Coaluit itaque ipforum iterum in otio respublica: donec sub Dionysij Tyrannide Syracusanorum optimates seruitutis impatientes, ad Icetam, qui Syracusis oriundus Leonti-Leontinorü nos paullò antè dominatione sua occupauerat, dilapsi, eidem persuadesyramus. nos paulio ante dominacione un occupidos arma contra Tyrannum ca-Plutarchus & Corn. rent, vt pro libertate patriæ vnå cum ipfis arma contra Tyrannum ca-

Nepos, fen peret. Icetas, vt erat dominandi cupidus; Syracularum quoque domina-Timoleonte. tionem eiecto Dionyfio se inuasurum confidens, quò cupiditati suz sub-Diodore fidium aliquod arcanum quæreret, clam societatem cum Pænis coit; ve Sicul.lib. XVI.

commu-

Digitized by Google

LEONTINVM.

A communibus opibus & copijs Tyrannú expellerent : subsidia verò quæ Timoleon à Corinthiis duce Timoleonte Syraculanis decreta erant ; vt non necel- Corintbinis Dux. faria (vtpote Syraculanis iam à luis vti videri volebat, in libertatem al. fertis) ne mitterentur per litteras petiit. Mox opportunitate oblata vfu- BELLVM rus Syraculas obfidet:verùm à commeatu destitutus, obsidioné soluere nysium sy-coactus est. Dionysiani lcetæ agmen dum progreditur à tergo lacessere & infultare; ipfe verò conuerfis ordinibus Dionyfianos profligare, & fugientium veltigia vrgere:victoriaq;potitus, Acradina, Neapoli & Tyche tribus Syracularu partibus prospero successu occupatis, Dionysium

- in arcem fugatum terra marique obfidere aggreditur. Ceterùm Timoleon haud multo post cum auxiliis superueniens, Icetam ex vrbe eiecit; B iplum verò Dionylium in exfilium ire coëgit. Icetes fatu Timoleontis, quod Tyrannis exitiolum videbat, veritus, fuga Leontinum petijt, & vrbis sele mænibus inclusit. Timoleon autem huius quoque dominationem frangere cupiens, justo cum exercitu in Leontinos mouet : ceterùm quòd ea vrbs valido & copiolo præsidio instructa, mænibus infuper ac propugnaculis munitillimis defenderetur, oblidionem foluere coactus, vt totis se viribus contra Pœnos, qui iam Siciliam populabundi inualerant, conuerteret, pacem cum Iceta facit. Mox fimulatque Pœnorum copias vnà cum ipfis ducibus ad * Crinifium amnem strauisset, Ice- "Crimefum fl. vel Cri-
- tes & Mamercus Catanensium tyrannus, violato, quod cum Timoleon-messum. С te inierant, fœdere, fibi rebulque suis à Timoleonte metuentes, à Car-lib.x1x. thaginiensibus, vi nouum in Siciliam exercitum mitterent, oblata so-cietate obtinuerunt. Eam viturus perfidiam Timoleon, in Icetam iam Straboni. Suide & tunc in Calabria igne ferroque grallantem mouit; prælioque congredi sign. aulum ad Damyram flumen luperat; fuga elaplum & Leontinum repetentem perlequitur; vrbeque expugnata, viuum vnà cum Eupolemo filio captum ex populi iudicio capitis supplicio afficit; cadauer tamen sepulturæ permittit. V xorem verð ac filias Icetæ (eð quod ipfe Areten Dionis Timoleon vxorem sororemque eius Aristomachen, ac filium infante viuos in mare 14 5 fing.
- D demerferat) Syracufanorum iudicio & potestati, vt in easde simile acerbitatis exemplum statueretur, subiecit : atque co ferè modo Leontini quoque Timolcontis opera à Tyrannide liberati. Ceterùm variis de- Loontini à inde cladibus & grauissimis iniuriis ab Agathocle vexati fuêre. Is enim liberati. vnà cum Murgantinis, apud quos exfulabat, vrbem ex improuifo adorrus eam diripuit; quo dolore Leontini irritati paullò pòst ab eodem aduerfis cafibus fracto ad Amilcarem Pœnorum ducem defecerunt:miffis interim & Xenodico Agrigentinorū duci auxiliis, quibus adiutus eorū, qui sub Agathocle magna cũ licentia meruerant, rapiendi prædandique libidine coerceret. Agathocle defuncto, & ipli à Pœnis lacelliti, yn à cum

* Crime/un

Digitized by Google

H 3

Syra-

62

LEONTINVM.

Syraculanis ad Pyrrhi Epirotarum regis fidem & societaté transferunt: A Pyrrho autem intectis rebus è Sicilia ad sociorum defensionem contra Romanos in Italiam reuerlo, fœdus cum Syraculanis & amicitiam fanxerunt : Mox bello Punico primo (quod Romanos & Pœnos variis cladibus per annos viginti quattuor exercuerat)poltqua Pœni pacem cum Po.Ro.fecissent, hoc quoque legibus pacis adscriptu fuit; ne Pœni posthac Hieroni regisocio Po. Ro. aut sociis eius, inter quos Leontini cencebantur, bellum, iniuriam aut vim inferrent. Felicia itaque Leontinorum respublica sub Hieronis auspiciis ad prosperitatem incrementa acceperat, donec Hieronymus Gelonis filius Syraculanorum Rex, qui neglectis Romanis ac prauis adulatorum confiliis corruptus rem Syra- n culanam ad Pœnos transferre studebat, in Leontinos cum quindecim peditum millibus & mille equitibus profectus, dum in arcem contenderet, à conjuratis oppressius confoderetur. A cujus cæde quũ tam apud Leontinos quàm Syraculanos tumultuaretur, Marcellus Conful, yt eum motum opprimeret, dum per Léontinorũ agros Syraculas petit, Leontini præfidium à Syraculanis petierunt. Syraculani itaque, non tam in Leontinorum subsidium, quàm vt vrbem suam à factiosa & irrequieta militum turba exonerarent, Hippocratem cum quatuor transfugarum, totidemą; mercenariorum millibus Leontinis misêre, quæ res primum grata Leontinis inde nisiMarcelli iustitia saluti suisset, i psis exitiosa suis- C fet. Hippocrates enim nouarum rerum cupidus, quum primùm Leontinum ingressus estet, finibus eorum qui cum Po. Ro fœdus aut amicitiam colerant per excursiones valtatis, præsidium insuper ad agros sociorum tuendos à Romanis impositum trucidat. Hinc Marcellus per Legatos cum Syraculanis egit, vt Hippocraté amicitiæ Romanæ violatorem & pacis turbatorem Sicilia abire iuberent, Hippocrates interez Leontinos vanis promissis implet, atque ad defectionem impellit : Marcello verò responsum à Syraculanis per Legatos; quia neque Leontini neque Hippocrates amplius in ipforum potestate effent, ipfe de ifdem ftatueret : atque armis eos ad imperium cogeret : sele & militem & reli- D quas copias in cam conditionem offerre, vt poltquam Leontini armis ad imperata redacti ellent, Syraculanorum vti antea fuerant, clientes elfent.Placuit Marcello conditio, euocatoque collega Ap. Claudio Leontinum obsidione cingit:inde vrbem summa vi à duabus simul partibus adortus, eandem magno militum ardore vsus, vti commilitonum iniuriam & cædem vlciscerentur, primo impetu capit. Ceterùm in capta vrbe graffari vetuit, nec quenquam ciuium violari permilit: transfugas tamen, fi quos nancisci potuit, virgis czss, in crucem egit: eiectoque Hippocrate præsidium Romanum Leontinis imposuit. Inde Syracusis intra triennium

Leontinum Marcello

triennium expugnatis, quum regnum Hieronis à Læuino Consule ex Á decem Legatorum sententia & confilio in prouinciæ formam redigeretur; ipli quoque Leontini, vt nihil vnquam bene de Po. Ro. meriti vectigales facti; agerque ipforum in præcipuum certissimumque plebi Romanæannonæ subsidium decumanus iudicatus ett. Vrbis verò nomen nonnulli à populi frequentia deducunt : id enim faulisper deflexum ở tế Néws và thượ & conflatum vocabulú sonare videtur. Ipsa tamen Leontinorum numismata, in quibus plerumque tum leones, tum leonum rictus videre est, (incertum qua de causa) illud ab Herculis, de quibus diximus, infignibus repetamus, & genuina Græcanicæ deflexio-🗴 nis ratio à leone vocabuli originem traxisse testantur. Quod ad Leontij vrbis in superficie totius terræ globosa situm pertinet, is xx x1x. temporibus ab infulis fortunatis; x x x v 11 s.ab æquinoctiali difinitus eft.

$\mathbf{K} \mathbf{A} \mathbf{T} \mathbf{A} \mathbf{N} \mathbf{A} \mathbf{I} \mathbf{\Omega} \mathbf{N}$.

CATANA Calcidenfium è Naxo Colenia.

ATANA, Chalcidenfium è Naxo profectorum vrbs Leontinorum agris vicina crat; quæ ca qua Euronotum respiciebat plaga mari Ionio obuería, ceteris verò ad radices A Etnæ montis, c cui subiecta erat, extenditur. Calcidensium namq; pars altera nono postqua Naxum condiderant anno, sedes suas, quòd paludum ac fluminumex AEtna erumpentium eluuionibus, aër grauis & pestilens moueretur deserere coacta, hunc sibi locum codem ferè tempore quo reliqua pars in Leontinos(vt meminimus)profecta erat, delegerunt; coloniamq; duce Euagrio deduxerunt. Variant tamen auctores; funt enim qui Catano duce deductam, & ab hoc vrbem Catanam dicta malint; alij verò Theo-Hiero senior, Syracuclem ducem & auctorem Coloniz produnt. fanorum tyrannus, Catana vrbe expugnata, expulsisque ciuibus, colo- *** "is" norum decem millia partim ex megarensibus & Gelensibus partim D ex Syraculanis, conferipta, diltributo viritim agro ad hane vrbem incolendam deduxerat; Doricifque & Laconicis legibus & institutis exornauerat : & vt veluti nouz vrbis conditor haberetur, abrogato Catane nomine, AEtnam eam deinceps appellari voluit : idque tanto studio, vt vrbs. fe quoque ciuem AEtnaum dici & falutari, imo & in Olympicis victor non Syracufanum se aut Gelensem (quanquam ex Gela oriundus esset) ceterùm noua ambitione AEtneum etiam per præconem pronunciari Quumque idem Hiero originem suam à Lindiis Rhodi pojufferit. pulis repeteret, ipfiq; Rhodo caput solis radiis cinctum pro infigni fuerit, verosimile est hinc & Catanensium nummos parte aduersa solis caput

MIVS CA prafect MA

FL.

FL.

tegio

64

caput, auerla autem Hieronis victoriam (ter enim vicit, semel quadrigis, A Catanenfibus Hiero Chromium, quem ob bis celete) exprimere. fingularem modestiam, probitatem ac fortitudinem diligebat, præfecerat; qui & iple in Pythiis victor, vt patria AEtneus proclamatus elt, Catanenses autem, quos Hiero patrijs sedibus expulerat, in Leontinorum Rempublicam adscripfit. Fato deinde in hac vrbe functus, funere non minori à ciuibus elatus est, atque si vrbis iplius conditor fuillet. Morte eius evulgata, Catanenses, quos in Leontinorum ciuitatem transseriplerat, patriæ amislæ defiderio æstuantes, arma sumunt, nouos colonos ciiciunt; tyranni tumulum euertunt, priltinumque vrbi suz Catanz nomen restituunt. Coloni Catana expulsi, incertis aliquamdiu sedibus B tn v1554 vagati, Inuessant tandem ad AEtnæ montis radicem duodecim à Catana M.P. condiderunt, AEtnamque & hanc veluti Hieronem eius conditorem afferentes, appellarunt. lpsius verò Catanæ vrbis situs ita sele habebat, vt Amenas fluuius pleno in eam alueo illaberetur, qui ex radicibus AEtnæ montis, occulto tamen, nec hactenus fatis peruestigato fonte profluit. Hic amnis obturatis fontium venis, totus aliquando per aliquot annos cuanelcit : rurlufque subito nonnunquam & alterno postquam se condiderat anno, æstu erumpens, ex crasso ac graui aëre pestilitatem vrbi aspirat : aut agrorum plana inducta sterilitate inundat. Ager namą; Çatanenfis amplissimam habebat planiciem, eamą; C frumenti feracissimam, quæ si quando Amenæ exundationibus stagnaret, totæ propomodum Siciliæ famem minabatur. Colles verð agri Catanensis igneo ex AEtna profluuio, & cinere, quem subinde euomit, refperfi, vini & fegetum prouentu veluti lætamine ftercorati, luxuriabant. Via autem Leontina octo M.P. à Catana, Terias flucius in mate sele exonerat, pilciumq; copia & salubritate commendatur. Vltra Teriam quatuor м. P. Symaethus amnis in agro Leontino celebris est, ad eius naque fontes, vt Poëtæ produnt, Iupiter Thaliam nympham compressit : quæ PALICI ex codem gemellos peperit Palicos dictos: quorum numina Siculi regiæ religiosè colebant, ac per oracula confulebant. Refertur res mira audi- 🗩 tu, & vix fidem apud posteritatem inuentura, nisi auctoritate Aristotelis confirmata esset : quod si quando lis aliqua sacramento dirimenda ellet, is qui ad concepta verba iuraturus erat, eadem verba in tabulis à se conscripta & obsignata, in fontem Palicis sacrum immittebat; quæ si iustum foret quod iuraturus esset, fluitabant; sin dolus subesset statim mergebantur, atq; is qui peieraturus erat flammis, quæ è fonte prorum. pebant, correptus, in cinerem soluebatur. alij hanc historiam paullo aliter, sed fere ad fimilem enentum prodiderunt. Ab ostio Symæthissumi-XVTHIA nis oram littoralem quæ ad Leontinos víque pertinebat, Xuthiam olim à Xutho

САТАНАЕ.



- à à Xutho AEoli filio, qui huic regioni dominabatur, dicta fuisse obseruo. Catanam verò ad ea litora, quibus Naxus petebatur, portum aliquandohabuisse infignem. Sed postea AEtnæ profluuio cincribus, pumicibus, vastissimisque saxis obstructum à scriptoribus proditum memorizest. Tria in vrbe Theatra fuêre; fuit & Sacrarium Cereris, in quo Dez fignum Correris. perantiquum in intimis penetralibus erat : ad quod viris aditus non patebat; facraque per mulieres ac virgines conficiebantur. A dhæc Gymnafum honeftillimarum ac liberalium artium & disciplinarum; quod Marcellus Syraculis captis erexerat. Therma quoque in eadem erant columnis & epiltylijs marmoreis ornatiflimæ. Horologij vfum, primo
- B bello Punico M. Valerium Messallam ex Catana Romam induxisse pro- Plinius like ditum est. Catanzos antiquitas ab equestri militia commendat; item & ab eruditione, ab opibus, & omnium rerum copia. Summus apud eos magistratus fuit, quem Proagorum vocabant. Celebrantur & duo fratres Catanenses germani Catanenles ob infignem in parentes pietatem Anapias & Amphi- fraires due nomus.nam quu AEtna flammis longe lateque graffaretur; alter patrem, py. al. Anaiste matré, quos senium retardabat, humeris exceptos per medios ignes, lib.vi.Geo. cedentibus etia tam pio facto flammis exculerunt, grata ad posteritatem gr. Ariflot. ca officij memoria fuit:loca namque piorum campú vocarunt : & fratri- stoban ferm.76. bus defunctis solennes ludos, quos magna pompa maximoque torius claudianus
- E Siciliz conuentu quotannis deinceps celebrarent, dedicauerunt. Cete- Paulanias rùm Catanzi quamuis focietatem contra Athenienses cum Syracusanis in Polygnot coijisent: quorundam tamen calliditate persuasi, Alcibiadem, Niciam & La- Veler. Mere. machum Græcorum duces excluso exercitu in vrbem admiserant : quum- Reg gesta que Alcibiades pro concione omnium oculos & animos in se conuerrisser, milites perfractis prostratifque per vim portisin vrbem irrumpentes, Catanenses ad deditionem & societatem cogunt. Catanam inde Athenienses bellisedem, nauiumque stationem & commeatuum horreum actutum perfugium habuerunt. Hine ager Catanensis frequenti Syraculanorum populatione vexabatur i donee Nicias & Demosthenes
- D Athonicnfrum duces à Gylippo Lacedemonio ad Lepada collem profigati, Catana prohiberentur, nec multo post Catanzi cum Syracusanis pacom faoerent. Tandem quum Timoleon Syraculanorum libertatem contra Dionysiú propugnaret, Mamercus Catanæ Tyrannus, vir opibus Mamercus Se rerum perivia clarus , cum Timoleonte ad Dionyfium opprimen- Catana 19dum foedus percufit, & ftipendium militibus suis accepit. Ceterum pag. 37. c. simulatque repentina maximaq; Timoleontis incrementa, suz quoque pos ; fen Probus in dominationi exitiola manucre coepit, violata pace Syracufana ad Icetam Timolesees Leontinorum tyrannum. & Pœnorum duces defecit : quæ perfidia non & Planar. din inultaromanfit.Timoleon namque interfecto Iceta & reltitutis ĴП

Digitized by Google

C A T A N AE.

66

Catanen(es libertats reftstuti.

MAMETCH

AEmilius Nepos in

Entantes les

vectigalos \$0.Ro.

in libertatem Leontinis, totus sele in Mamercum conuertit ! qui con- A tractis vndique copiis, in agro qui inter Teriam & Symathum fluuios medius est, cum Timoleonte dubio aliquandiu Marte congressus, funditur tandem fugaturq;.Cælorum numerus tria millia Pœnorum, qui à Gilcone milli fuerant, referebantur. Mamercus itaque à suis desertus in Italiam, vt Lucanos in Timoleontem concitaret, traiicit. Ceterùm Catanenses interea poltquam se Timoleonti dedidissent, ab eodem libertati restituti sunt, Mamercus nec à Lucanis receptus atque aliis vndique auxiliis nudatis, rebus deploratis ad Hipponem (qui Messana à Pœnis occupata Carthaginiensis ibide præsidij præsectus erat)supplex profugit. Verùm Timoleon expugnata Messana, Mamercum in potesta- B Jupplicio Affettus à tem redactum, & Syraculani populi iudicio condemnatum capitis supsyracusanu plicio affecit. A nonnullis memoriæ proditum est, etiam ante hæc tempora Catanenses à Syraculanis grauiter pressos Atheniensium auxilia petiisle & impetralle, atque iis initiis, graue illud & mutuis cladibus diu anceps bellum, quod inter le Syraculani & Athenienles gesterunt, ab iildem commotum fuisse. Poltea tamen siue quòd eos iam tædium belli ceperat, siue quod tante Syraculanorum vires terrori ellent, pacé cum Syraculanis fecisle. Ceterùm quum paullò pòst à Syraculanis violata pace iterum lacesserentur, Legatos denuò Athenas miserunt, qui sordidati, capillo barbaque promifis atque omni iqualoris habitu deformati, po- C pulum supplices ad commiserationem mouentes impetrarunt vt maxima decerneretur classis; & tres simul duces Nicias, Alcibiades, & Lama-Probus feu chus, crearentur: qui vi in Syracularum hiltoria prolequuti fumus, à Gyalcibiade. lippo partim superati, partim cæsi per biennium cupidiùs quàm felicius bellum gesserunt. Auctores habeo, qui Catanenses à Dionysio seniore per Arcefilai vrbis præfecti proditionem intempesta nocte intra mænia admisso, magna clade vexatos, ciues in potestate redactos, caprinosque Syracufis sub hasta venditos prodant. Catanensibus autem, ve fupra retulimus, à Timoleonte libertate donatis, otium fuit : donce Agathoclis iniuriis & seuitia lacessiti, ad Poenorum societatem cum ce- p teris Siciliz vrbibus transirent: mox & Mamertinorum, qui Mellanam occupauerat, excursionibus vexati, ab Hierone secundo armis protecti, sele eius potestati permiserunt. Ceterùm quum à M. Valerio Læuino Confule ex decem Legatorum sententia, ea guoq; Siciliæ pars, quà regnum Hieronis fuerat, in prouinciæ formam redigeretur, observo Catanam quoque inter fœderatas ciuitates ea lege receptam, yt ager ipforum decumanus & vectigalis effet. Argumento eft, quod Q. Czcilio Metello.T.Quinctio Flaminino Coff. quum AEtna vltra solitum flammas & fauillas eructans tanta copia cincreum profluuium effudisset, vt Catanx

Digitized by Google

A D R A N V M. O

CATANAE.

tanz zdium tecta feruidis cineribus adusta przgrauataque corruerent; vestigalia Senatus Populuíque Ro.vt cam Catanensium cladem mitigaret, iildem Catanensile. remi∬a. decem annorum vectigalia remiserit. Composita inde Republica, quamqua Verris Prætoris auaritia & rapiendi libidine interim vexata, otium tamen habuit: donec bello seruili à fugitiuorum manu turbata à M'. A+ quillio ciuitatis itatus iterum componeretur. Bello inde Siculo, quod contra Sex. Pompeium Octauianus gellit, Pompeius Catanam adortus, militibus suis diripiendam præbuit. Ceterùm quia ante profligatum catantfian bellum ad Cælaris fidem Catanenses defecerant, & strennuä in prœlio fatue of nauali, quo Pompeius ad Mylas à M. Agrippa auspicijs Augusti victus conditio. B elt, operam nauauerant, & Cafaris exercitum inopia, & cali inclementia fractum benigne habiterant; Catana in amicitiam ab Augusto recepta, & libertate infuper donata elt. Tandem victo eiectoque è Sicilia Pompeio, Augustus militarem eò Coloniam deduxit. Vrbe costituta & legibus acceptis Selurus quidam Siculus, valtitate corporis Itolide ferox AEtnæfele filium mentitus, copijs ex fugitiuorum & aratorum turba contractis, Catanenfium & ceterarum ad AEtnam montem vrbium agros valtare cœperat: led is statim priusquam inualesceret, à Prætore Siciliæ prælio fractus, quum viuus in poteitate venifiet, ex Augusti mandato in arena feris obiectus, & ab ijídem difcerptus traditur. Atque ha-C ctenus ca, qu'æ de Catane situ, Republica, & statu ex antiquis monumentis colligere potuimus, copendio complexi sumus. Obseruo Charon- CHARONdam, qui sapientia & legu prudentia apud idoneos auctores celebratur, Janer Caraciuem Catanensem fuisse, & inter celeberrimos legislatores laudem magnam esse promeritum. Neque enim ciuibus solum suis, sed & ceteris, quæ circa Ŝiciliam & Italiam erant, Chalcidenfiŭ ciuitatibus leges confcripfit.Eundem ab ingratis ciuibus(caufla non traditur)pulfum Rheginis, inde iplis etiam Athenienlibus leges scripfille fertur. Catanenlibus tamen fiue AEtnæis fuis etiam Hieronem leges æquillimas dedille, præfecto iis Dinomene filio, memoriæ proditum eft, ealque lumma æquitate D ad normam fiue lancem Lycurgi legum examinaffe ; quod per Symbolum in numifmatibus Catanenfium, in quibus virgo stateram fiue bilancem manu librat, expression fuisse haud improbabili coniectura credere licet. Huc fortafle etiam pertinet, quod Pindarus Hieronem, A Etnam, Pindarm quæ Catana erat, ad leges Hyllidæ libræ constituisse canat. Rationem & Nemeoni nominis Catana nonnulli ad Catanũ Coloniz (vt diximus)conditore re- ci 9'straba 166. Geog. ferunt Variant tamen alij, qui nominis origine ex vocibus 78 x x x alve de dista confusis sumunt; deducta ex situ vrbis vocabuli caussa, eò quod Catana ab AEtna degredientibus in procliui planicie fita fit. Sunt & qui nomen eius inde factú opinentur, quòd Catana eo loci condita sit, ybi Theoeles ad

67

ADRANVN.

ad Amenam flumen, quum condendæ vrbi sedem quæreret, nauem ap- A pulisset: qu'asi nala vav, hoc est iuxta nauem esset condita, idq; si Dorice pronuncies.Dores enim van pro vauv efferunt.Distabat vrbis situs secundùm globofam terræ superficiem ab insulis fortunatis x x x 1 x s.temporibus: ab AEquatore versus Arcticum x x x v 111 s.

$A \Delta P A N I \Omega N.$

A D R A N V M Syracu fanorum Colonia.

Б D R A N V M mediterraneam Siciliæ ciuitatem à Dionyfio feniore, Olympiade nonagefima quinta, in honorem Adrani B tutelaris Siciliæ numinis, cuius eo loci templum & oraculum celeberrimū erat, ad AEtnæ montis radicem fuisse conditam memoriæ proditum eft. Exiguam quidem vrbem, ceterùm loci & luci religione à Siculis frequentatam & cultam, & eiusdem nominis fluuio celebratam fuisse observo. Templum insigne & oraculorum frequentia, & numinis propitij facilitate clarum fuit. Canes Adrano deo mille numerofacri erant, forma & magnitudine Molollis pares vel maiores: ita edocti ve interdiu peregrinis & indigenis qui lucum templumque ingrederentur adularentur:noctu verò, cbrios aut à via aberrantes, veluti officij causfa præcuntes domum deducerent : impios autem aut sacrilegos, c aut qui furandi vel rapiendi studio vagabantur, ferocissimè dilaniarent. Dionyfium ex Syracufanis Colonis Adranum deduxiffe, argumento effe NVM 591 poterit, quòd quum Icetas Leontinorum tyrannus, Dionyfio bellum mouisset, vt eum è regno eijceret, ceteris spe libertatis ad Icetam deficientibus, Adranij ob necellitudinem, quæ iplis cum Syraculanis intercedebat, quòd clientes & Dionysij patris estent, eius societatem recusaxunt. Qua contumelia, vti ipse interpretabatur, irritatus Icetas, tum quod Corinthiorum amicitiam ambire iplo spreto dicebantur, delectis quinque armatorum millibus, quum iam vrbe Syracufarum magna ex parte potitus ellet, in cos mouit. Saluti Adranitis fuit quod Timoleon à Corinthijs missions ve tyrannos è Sicilia expelleret, à Tauromenitanis benigne acceptus appulisse nunciabatur. Ad eum Adranij, quibus Icetæ vires terrori erant, Legatos mittunt: Timoleon legatione benigniter audita, & capto tempore mille trecentos fecum milites in expeditionem rapit. Aberat à Tauromenio Adranum XLII s.м. p. adhæc via alpera & fragrofa, AEtnæ quoque cineribus squalescebat: Ceterùm Timoleon properandnm fibi ratus, binis caltris ad holtem peruenit: quem postquam de via ex recenti itinere fession, partim palantem, aut castra metantem, partim & profundo ex defatigatione fomno sepulti inuenit, toto

DRA-NVM CON ditum.

68

ADRA-NVS Dese.

Colonia.

Icetas Timoleonti infidiatus.

Timoleon Corint him; Dax.

ADRANVM.

- A toto impetu in dispersos atque imparatos irruens, non solum castris exuit, sed & trecentis trucidatis, sexcentis in captinitatem abreptis, reli-Adranij virtute Timoleontis primi Adranij ferquos fuga dislipatos profligat. omnium à seruitute liberati, eundem omni genere aggratulationis 1944. exceptum in vrbem deducunt. Et huius tam lætæ victoriæ Adranij ab Adrano Deo suo tutelari prodigium tale sibi factú fuisse affirmabant. Adranum scilicet offis templi sponte patefactis teli, quod manu tenebat, culpidem vibrafle: ipfum Dei fignū fudore copiolo maduifle. Quod ostentum sacerdotes non solum presentis victorie, sed & secuture omen felicissimum Timoleonti interpretabantur. Timoleon religione com-
- B motus, vt quoque le Deum Adranum venerari oltenderet, eiulq; numen fibi propitiaret, more gentis, eidem Deo facris operabatur, quum duo percussores ab Iceta immissi, pastoru habitu, vt custodes fallerent in lucum ingressi, eundem ad aras Dei obtruncare conantur. Factú numinis benignitate creditur, vt alter percufforum per errorem, pro Timoleonte Plut. in Ti-Leontinum quendam patricidam, qui aris adstabat, & ex Timoleontis liter paulo. contubernio erat, cæderet, seque mox celeri inde fuga incolumis eriperet: Alter verò dum Timoleonti telum intentat captus, quia infidias eidem ab Iceta paratas & percuffores immiflos indicabat, vita donatur: alteri verò quia patricidam vltore, vt interpretabantur, Deo peremisset,
- c venia tentati, led non perpetrati facinoris concessa est. Timoleon tanto ereptus discrimini, & recenti insuper victoria, tanquam fœlicissimo ad res benè gerendas auspicio confirmatus : Tyndaritanis quoque societate fibi coniunctis, ex iildem & Adranitis auxilia conscribit: & Syracufas versus exercitum mouet, primoque impetu Tycham capit.

Ceterùm quod ad fitum aut rempublicam Adranitarum pertinet, nihil vlterius apud idoneos auctores (quantum nobis quidem compertum eft)exstat: nifi id folum, quod eo tempore, quo Sicilia in Provinciæ formam redacta fuit, Adranitz stipendiarij facti sunt: quod arguit cos, aut Adranice in Punicis aut Siciliensibus bellis amicitiam Populi Ro. sequutos non pop. Rom. D fuisse; aut inter alios septemdecim Siciliz populos, vt acriores Po. Ro. hostes, ita etiam inclementiùs ab eodem tractatos. Supra Adranum vrbem, Teriam flumen ex duobus alueis in vnum confluere; adhæc fre- Twing A; quentibus & maximis, qui in A dranitano agro crant, fontibus, ipfoque Adrano fluuio vrbi cognomini augeri ; adhæc anguillis omniú faluberrimis & laudatissimis abundare scriptores prodiderunt : quod forsitan etiam numifmata Adranitarum , anguilla in ijfdem expreffa teftari vo- Nomifmata luerunt. Verùm quod eorum quæ etiamnum supersunt, Adraniorum numilmatum Typi maximam cum Locrensium numilmatibus affinitatem habeant, vt vrbs ipla Adraniotum à Dionysio seniore condita fuerit,

69

Doris, vxer fuerit, Doris autem eiusdem Dionysij vxor, & mater innioris, ex Locris A Dienys ju 19- oriunda erat: expendendum Lectori & cogitandum relinquimus, num moris ma-! Adranitæ in Doridis gratiam, aut ex Dionysij conditoris imperio, vt sezsr. fe Locrensium clientes testarentur; in publicis numismatum monumentis eisdem typis ac lymbolis, quibus Locrenses, v si fuerunt: quod & aliis in Græcia ciuitatibus víu-venisse suo loco aperiemus, & auctoritate confirmabimus. Adramm quantum ex Plutarcho & Diodoro colligimus Stephane WICI TOALON à Tauromenio CCCXL.stadiis distabat:quumq; in eodéparallelo,quin. Adjang a) d'uno oppidum si- quaginta sex stadia vni AEquatoris tempori congruanto cius longitu-eilia & su- dinem comparatione ad Tauromenium facta, conficiemus esse quadraginta & secundum globofam terræ superficiem, eius latitudinem trigin- B

λDRANVM.

ta octo temporum definiemus.

ΤΑΥΡοΜΕΝΙΤΑΝ.

TAVROMENIVM Naxiorum Colonia.

🛊 🕯 R O M E N I V M ex ruinis Naxij vrbis (quæ Græcarŭ in



75

Tantomenium conditum. Androm bistorici pater.

Ź#.

Sicilia antiquiffima fuit, & à Dionyfio feniore euerfa) itidé ex ciuibus Naxiis duce Andromacho, viro vt opibus, ita & prudentia claro, Timæi historici patre, conditú fuisse ad Taurum AEtnæ montis ramentú Olympiade centefima quinta; C. Licinio Cal- c uo,II.C.Sulpicio Petico II.Coff.anno ab vrbe cond.cccxc11.apud auchus, Times Atores idoneos memoriæ proditu eft. Collis enim, qui vrbi condende imminebat, Taurus à Tauri similitudine dicebatur: à tergo Alpes Tauromenitanæ perpetuo iugo ad AEtnam pertinebant:ipfa vrbs in monte prærupto & alpero, mediis in rupibus, quæ partim in mare subiectum decliues, partim in altissimum elatæ præcipitium eam vndique cingebant, qua tamen subsolanum respiciebat interruptis, & intercisis scopulis in vastam profunditaetm dehiscentibus, loco & natura & situ munitissimo condita erat. Verùm quia hæc vrbs ex euerfa Naxo originem duxifle, ciucíque Naxij in ca quasi renati videbantur, Naxi nomine candem pro- D

Tauromenio auctores nuncupare consucuerunt. Cæterùm vt An-TANTUS , Siville mei, ve dromachus Tauromenij conditor se quoque religionis antiquæ ratio-Callicia. APOLLO nem habere testaretur, Apollinis Archagetæ fignum secum à Naxo ex-Arebagetes. tulisse, templumq; ipsi apud Tauromenitanos (quod etiam numismata Numi(maipforum & Symbolo & nomine testantur)extruxisle scribitur. Theoclem enim eodem quo Naxon condiderat anno , aram Apollini Archad getx, cui & vota nuncuparent, & à quo oracula Naxij peterent, erexif-

fe veterum monumentis testatum est. Ager verò Tauromenita-Vinum Tau-remeniusvii nus vini apud scriptores celebratissimi, & quod in triumphalibus cznis,

ADRANVM.

A nis, Pontificalibus alijíque solennibus epulis pro Mamertino supponi Colles, vitem & yuam, à generofitate Eyfolebat, feracillimus erat. geneiam vocatam producebant : quæ quoniam natiuo lolo, vtpote feruenti & calido gaudebat, aliò translata, nullo lætius quàm Albano in Italia proueniebat: cæteris verò agris vel acefcebat, aut ab innata fuauitate degenerabat. Hinc Tauromenitani in numismate suo vua Apollinis Nummi Tauromeni-Citharæ appolita, eam vuæ generolitatem, vt libi propriam, alleruisse emis videntur. In mari verò quod littus Tauromenitanum alluit, mulli omnium laudatissimi & Romanorum delicijs exoptatissimi capiebantur. In codem littore Euripus Ixpiùs die ac nocte, quàm in Eubœa ille qui

septies intra viginti quatuor horas, reciprocabat, & ea quæ à Charybdi vorticosis vndis inuoluta & demersa absorbebantur, eo loci reuomebantur : qua ratione Coprian à fimo eum locum à Græcis fuille nuncupatum obseruo : A Tauromenio degressis, ad sinistram siue Austrum versus, fecundùm finuofi littoris oram per duo M.P. Chersonnesus nonnihil in mare promissus Naxi vetustissimæ vrbis ruinas ostendebat. Ceterúm misimara quia Naxi mentio sepius incidet, & ex eadem paulò postquam condita romenio. fuit, plures coloniæ Leontinum nimirum & Catana, vt iam diximus, adhæc colonie Callipola propagatæ lint: nunc etiam Tauromenium ex eiusdem quasi ruinis enatum, operæprecium fuerit breui enumeratione eiufdem vrbis ini-C tia, fitum, & interitus caussam referre.

Theocles itaque Atheniensis, quum procellis & vi tempestatum in Si-Theocles, Naxi com ciliam exfcensionem facere coactus, infulæ fertilitatem, & cultorum foli-ditor. tudinem exploratiet, Athenas repetit: ciuibus fuis auctor fit, vt coloniam eò deducerent : sed quum non persuaderet, acceptis ex Eubœa magno numero Chalcidenfibus, partim Ionibus, partim Doricis, & præcipuè Megarensibus iterum in Siciliam vela facit. Fuit is annus (nisi fallunt Chronologi)Olympiadis quintæ secundus; quu quarto eiusdem Olympiadis Syracus, ab Archia occuparentur : septimo antequam Romulus vrbem conderet anno. Theocles statim vt in terram descendit, tribus ab

D Acefinis fluuij oftio palluum millibus, in flexu eius quam diximus cherfonnesi Naxon condidit:mox & Archaget & Apollinis (cuius oraculo ad Naxos comsecundu nauigationis cursum prospere vsus fuerat)aram erexit. sequenti deinde tempore fanum quoque Veneris celeberrimum extra vrbem Naxij construxerunt. Ager Naxius, quum campestri planicie ab AEtna monte decliuis longo tractu porrigeretur, frequenti Acesinis fluuij aliorumque torrentium è niuibus in AEtna sole solutis inundatione stagnabat, aut cœno & illunie aquis in alueum relaplis tectus grauem & peftilentem ciuibus aërem exhalabat. Hine factum, vt quamuis ea ciuitas statim & ab exordio in magnam lele amplitudinem extendisset, przcipua

7t

72

TAVROMENIVM.

nuncupat; & Cicero, Agyrmensem populum & Agurium vrbem probat: qui- Cic. in Ver-C bus Argyra placet, & ab argento nomen deducunt, vitiofa scriptura deceptos elle, & Stephani ordo in vrbibus recensendis & numismatu auctoritas conuincit. Agurium Geographus ita definit, vt ab infulis fortunatis xxxv111. partibus cũ quadrante; ab AEquatore xxxv11. absit. Quumque Enna secundum longitudinem habitati orbis vnius partis sextante in occasium tantum ab Agurio recederet, versus Septentrionem vncia superaret, operæprecium me facturum (etiamfi nulla hactenus celeberrimæ vrbis numilmata ad manus noltras peruenerint) putabam, si breui enumeratione vrbis fitum, conditores, & incunabula Cereris, sedemque &

D raptum Proferpinæ in gratiam lectoris, antequam ad maritima loca redirem complecterer. ENNA itaque Syracufanorum colonia, anno post- ENNA quam Archias Syracularum potitus ellet lexage limo, duce Enno (vnde syraculano-& nomen vrbi factum) deducta est. Vrbs ipsa loco præcelso atque edito Huins epide condita; qui locus, quod in media infula fitus est, vmbilicus Sicilie nomi- in Actua natur. Quo in summo æquata agri planicies & aquæ perennes erant. Ea montia ob planicies omni ambitu circumcifa atq; diremta, vno tantùm loco & præ- degeneratupto vndique à singulis hominibus adiri poterat : aliunde vero aut à "". pluribus fimul non poterat.circa eam planiciem lacus luciq; erant plurimi;&lectillimi quoquo anni tempore flores, tam fuaui odore flagrantes,

DIODORI

89

M

AC

A G Y R I N AE.

vt etiam çanum sagacitatem obtunderent. Infula verò Sicilia quamuis 🔺

CERES Ennensis Dea. * Claudia-TAPEN Proferpina.

y0

fignis.

ANNA CO reri (Acta femper est

> Nummi Ennenfes.

tota Cereri & Liberæ fiue Proserpinæ consecrata erat, his præcipue tamen in locis Cererem ortam, fruges primùm repertas, & Proserpinam, dum flores legeret, este raptam * scriptorum consensu proditum est. Etenus poëra de nim versus Aquilonem speluncam immensa altitudine depressam Ennenses ostendebant, quà Ditem patrem repente cum curru exstitisse, abreptamque ex eo loco virginem fecum afportafle, & fubitò non longè à cicero Ver- Syracufis lub terras penetrasle, fontemq; Cyanen eo in loco repente erupisse credebant, vbi vsque ad Ciceronis ctiam tempora Syracusani anniuerfarios dies festos frequentissimo virorum mulierumque conuentu celebrabant: quòd his in locis certiflima rerum dictarum veltigia ac propè **B** Deorum incunabula reperirentur. Templum quidem Cereri magnificentiflimum apud Ennenses Gelo Syracusanorum Rex condidit. Erant in co duo Cereris figna vtrumque in templi penetralibus, ex marmore vnum, alterum ex ære omniŭ antiquissimum, & artificio singulari commendatum. In ædis vestibulo alia duo signa erant; vnű Cerera, cuius manu dextra pulcherrima victoria imago tenebatur; alterum Triptolemi. Nec mirum tot in vnius Cereris templo eiusdem signa fuisse, cuius tanta ibi esfet religio, tamque assiduus & promiscuus cultus, vt Enna non vrbs, fed tota Cereris fanum videretur : in qua non Ennenfes folùm & Siculi omnes, sed & exter a nationes, ac ipsi etiam Romani Cererem ha- c bitare arbitrabantur; ciuesque ipsi omnes non tam ciues, quàm Cereris facerdotes & templi Antilities crederentur.Quin etia exteri & barbari tantam huic templo dignitatem ac reuerentiam tribuebant; vt quum fugitiui ac Barbari vrbem occupassent, ciuiumque fortunas hostiliter diripuissent, Cereris tamen templum auro gemmilque ornatissimu ditissimumque non solum attingere, verum etiam metu numinis ne aggredi quidem ausi fuerint. Erat & ante Cereris templu in aperto, ac loco propatulo ædes Proferpinæ præclariffima atque pulcherrima. Numifmatæ autem antiqua Ennensium nonnulli sese vidisse testantur, in quibus aduerla parte Ceres, auerla verò spica tritici signata sit. Enna autem quum 🎐 præcipiti in loco staret, temporis processu cum montis visceribus in præceps quoque collapía eft. Ennæ longitudinem Geographus xxxvIII. partiu cum particulæ vncia, latitudinem x x x v 11. partium cum particulæ vnciola facit. Sed antequã à Meditefraneis ad litoralem oram redeamus, MENANINE mediterranea vrbs nos adhuc remoratur : in eius fitu locoque recensendo numismatum seriem non sumus sequuturi; sed ordinem Geographicum, neque hoc quisquam nobis vitio vertere debet, quod huc reuocemus Menaninos ad rationem fitus, non ad vltimam fiue x11. Siciliæ tabulam, quo loco Menaninos collocare coacti fuimus; quòd MenaA Menaninorum numilmata vti poltrema ferè, & opere tantum non abloluto, ita etiam vetustate ita attrita, vt vix apices litterarum oculis confequi potuerimus, ad manus nostras peruenerint.

$\mathbf{M} \mathbf{H} \mathbf{N} \mathbf{A} \mathbf{N} \mathbf{I} \mathbf{N} \boldsymbol{\Omega} \mathbf{N}.$

ENANINEN Siculorum vrbem Ducetius Siculorum rex & ar-mis & opibus potétissimus, patria Neetinus arduo colli super- NINE comimpositam condidisse, agrumque finitimu colonis ed deductis dita. viritim distribuisse, co tempore, quo Roma A.Postumius Re- cerreix

- gillenfis, & SP.Furius Medullinus consules erant; ab auctoribus memoriz proditu est. Fama tenet Cererem accensis ex AEtna facibus, quum filiam à Plutone rapta quæreret, primùm in huius vrbis agro apparuisse; eique hanc ob caussam $\Delta \alpha \delta \varkappa \chi \psi$ sine *Tedifere* cognomen factú fuisse. CIRIS quod & Menaninorum numilmata confirmant; in quorum auería parte radifera, in binæ faces fignatæ sunt. Hinc etiam Menaninos in Cereris sacris tæda de- ibus. inceps fuisse vsos ex eadem ratione multiscripserunt. In agro Menanino Equation Symethus flumen quinque fontibus exortus, in Leontinorum primo flumine. campos, inde ad Catanenfium deflectens x x x.м. P. spacium emensus in Ionium sele mare exonerat. celebratur huius fluminis origo ob Palicos
- **c** fratres, vti in Catanæ descriptione retulimus; & ob lacum Ephintiam Palici Di fiue Phintiam qui Palicis Dijs sacer credebatur; & à Menanina duob.mil- & craterist lib.paſs.ad radicem collis cuiuſdam diſtabat. Lacus ille non magni quidem circuitus (centum enim passuum ambitù includebatur) sed alioqui memorabilis. Is enim turbidas & tetri odoris aquas, sed stagnantes, circa crepidinem habebat:in medio veròtres crateres, qui perpetuas aquarum fcaturigines ad decem ferè pedum altitudinem, non aliter quàm fubiectis ignibus feruentes, erüpentibus subinde inter aquæ feruores flammarum globis eructabant: ipfæ tamen aquæ ad perpendiculum relabentes neque intumescente, neque feruescente lacu, sed stagnante tantum residebant.
- D Huic lacui, quod Palicoru Deorum numen Siculi perpetud adesse crederent, diuinos honores deferebant, ac crateres iplos fumma veneratione colebant : templumque eo loci porticibus atque alijs sumptuosis operibus conspicuum Dijs Palicis, erexerunt. Additur, quia stagni eius fundus sulphuris & bituminis materia plenus sit, aspirationes vsqueadeo craffas & fœtidas exhalaffe; vt aues etiam præteruolantes plerumque interirent, & fi aquas eius animalia ante Solis ortum hau fissent, repentina quasi suffocatione conciderent : Quumque illecta rei nouitate ac miraculis multitudo frequens ad istud templum conueniret; Ducetius in colle, qui supra lacum assurgebat, vrbem condidit; camque Palicam à dijs vicinis

-1


۲

: 1

THERMAE HIMERENSES. 92 vicinis nominauit: quam poltquam muro fatis firmo muniiflet, colonis A agros finitimos diuilit. Ea vrbs etfi vbertate loli, & ciuium frequentia exiguo admodum tempore in just ciuitatis amplitudinem coaluisier, paullò pòst tamen ab hostibus euersa ac prostrata scribitur. Observatum quoque est, quum Sicilia ægro ob ficcitatem prouentu laboraret, húc lacum exaruisse; è crateribus præter ventorum furentium flatus, etiam puluerem denfissimum eiaculari folitum. Sed, yt ad Menaninos redeamus, eos stipendiarios Pop.Ro.fuisse, & à Verris quoque auaritia vexatos inneuio. Eius vrbis nomen apud scriptores variasse obseruo, Ptolomzus Merás multitudinis número; Diodorus Meráviror, aut, vt apud ipfum variant exemplaria, Mévasov habet. Cicero ciucs eius Menenios; Plinius B Menaninos edidit, quod etiam cum numismate signato conuenit. Eius vrbis longitudinem Geographus x x x v 111. partium cum deunce; latitudinem x x x v 1 1. partium cum quincunce menfurat.

ØEPMITAN.

THERMAE HIMERENSES Zancleorum Colonia.



(acta

mitas reliquos fecerat; ij fefe Thermis in eiufdem Himeræ c a gris collocarunt, VI.M.P. ab oppido antiquo. nouz vrbi no-. men à calidis, quibus ea litoralis ora abundat, aquis, Thermis factum eft. Ceterùm fi Thermarum originem ab initio repetendam putabimus, THER-MAE Hiopus erit vt Himer, a, quæ ad VIII. P.M. à litore recedebat, fitum fatumque meren (es condita. breui prius enumeratione complectamur. Himeram itaque vrbem ad fi-HIMERA nistram Himerz fluminis ripam à Zanclzis, quibus sese Chalcidenses à quibus condita ; de aliquot & Syraculani per factiones patria pulsi consociauerant, ducibus cognomine Aunio infrà Euclide, Simo, & Sacone Olympiadis vndequadragefimæ anno primo pag. 96**.** conditam fuisset memoriæ proditum est. Hæcsola Græcarum vrbium mare Hetruscum prospectat; nomen ab Himera flumine præterlabente, D vti & alix plerzque Siciliz vrbes fortita. Mineruz numen przcipue ab Himerenfibus cultu fuille obseruo: quumque eius Dez iuslu in gratiam Herculis aquæ calidæ è terræ visceribus erumpentes subito scaturijssent; issque membra à labore puluereque recreata Hercules fouendo molliuisset, nomen aque Himere aci Te juéped ay hoc est, à fouendo fuisse factum. Non defunt auctores, qui Thermas omnes, quarum quide origo Therma Herculi naturalis eft, Herculi in genere facratas referant. Ceterum quod numilmata antiqua Thermitanorum & Himeræorum nomina discretim refe-Nomi (mata) rant, ea nominis distinctio, priusquam scriptorum auctoritate satis

confir-

JOOGle

Digitized by

THERMAE HIMERENSES. A confirmati effemus, & alios aliquot haud indoctos nobifcu ed opinionis induxerant, vt Himerzorü numismata; quz huc pertinebant, in tractum oramque pœnè obiectam Aultrinam ante vrbem & flumen Gelam (quæ & ipfa plurimis Himera, vti fuo loco ostenfuri fumus, nuncupatur) nominis & rationis similitudine inducti transposuerimus. In ijs namque Himerzorum numifinatious, Minerua Herculi balneanti facris operatur; ab altera parte Ergoteles Johixodeou@, apparet. quæ ex historiarum consensu ad Himeram postea Thermas dictam pertinent. Huc itaque ca quæ ad Himerensium co loco transpositorum numismata & historiam Himera à prima HIMEpertinent, ob prædictas rationes translaturi fumus. statim origine felicia & magna incrementa accepit; legibulque & in- RENSIVIE stitutis optimis composita, auctoritatem & potentiam confirmauit: status of víque adeo ve quum Rhegini dometticis malis & factionibus grauillimè perturbati laborarent, ciectis Himerensium auxilio atque operà factiofis, Rheginorum status ad tranquillitatem redierit. Ceterùm quum Himerenfium plerique vltionis studio & propagandæ ditionis caussa Rempublicam inclinare molirentur, reuocati sunt ab eo consilio per Stefichori Poëtæ Apologum in hand fere sententiam festiuissimum: Olum, inquit, equus lætisimis in pascuis solus exsultabat & lascimebat; Hume Apoirrumpente deinde ceruo pabuli vastatore, equus vicionis studio exardescens, bomi- logum r. fe-

nus confilio vsus est : Is, fi frenum, inquit, & me sessor patieris, tum equidem Aristot. te de cerui petulantia Ulcisci potero. Accepisse equum eam conditionem, admi-Horas. L. z. file sefforem, & fimul in seruitutem incidise, dum nimio vitionis studio animi im- Etist. 10. potentiam sequitur. Tam festiua & opportuna fabula ciues Himerenses site ad saniora consilia reuocati, imperium Phalaridi abrogarunt : suamque Himereo Gr aliquamdiu libertatem tutati. Postea ex nimijs opibus insolentiores facti ; ac in libidinem & voluptates proiecti, adhæc partium studijs exagitati, in Cydippi tandem tyrannidem prolapsi sunt. Cydippo Terillus CTDIPfuccessit. Terillum vero Anaxilæ Messanen sium domini socerum, The- rillus 19 ron Agrigentinorum princeps, occupata per vim Himera expulit. ve-

D rùm postquam Terillo Anaxilas sele coniunxisset, ac Pœnorum copias de Therend duce Amilcare cum trecentis armatorum millibus, vt Theronem Himerâ eijcerent, in societatem vocassent; Thero cum Gelone genero suo Syraculanorum rege fœdus pacifcitur; seleque Himeræ mœnibus includi patitur. Ceterùm postquam eruptione facta hostem aggressus vna atque item altera clade fractus fuisset, Gelo ipsi in subsidium properat; citatoque agmine accurrens Theronis cladem magna Pœnorum cæde vlciscitur : mox cæso ex infidijs Amilcare Pænorum duce, aperto cum ceteris copijs Marte congression, centum quinquaginta hostium millia trucidat; reliqui capti, partim in seruitutem venditi, partim in seruiles óperas

infrà p.95.

M 3

Simonides poëta Lyri-

94

h

liberatus. Himeraque dominatione iam potitus, iple Agrigentum re-THRASY- uerfus Thrafydæum filium Himerenfibus præfecit. Qui quum per fu-Theronie F. perbiam & dominandi impotentiam ciuium patientia abuteretur, Hi-Himerenfib. merenfes ad Hieronem, qui Geloni fratri successerat, ve à Thrasydzi tyrannide liberarentur, respiciunt. Ceterùm ea defectio ob fluxam Hicronis fidem, Himerensibus propemodum exitio fuit. Hiero namque regni sui opibus nec dum confirmatis, Polyzeli fratris sui minoris virtutem, qua Syracufanorum animos libi demeruerat, fuspectam habens, eidenfexitium moliebatur. Verùm Polyzelus impia fratris faude deprehenfa, ad Theronem Agrigentinum generum suum fuga elapsus, ab co- B dem armis quoque contra Hieronem protegebatur. Himerenses hac occasione vsuri, & vt sele de Thrasydzi iniuriis vleiscerentur, societatem Hieroni & deditionem offerunt. Interea Simonidés Poëta Lyricus inter Theronem & Hieronem iam affinitate iunctos(Hiero namq sourciliator. Theronis fororem in vxorem receperat) pacem certis legibus facit.mox Theron etiam Polyzelum fratri suo Hieroni conciliat. Hiero tot beneficiis deuinctus, Theronem de Himerensium pactione sibi contra Thrafydæum oblata certiorem facit: qui re exactiflime explorata, omnes eos qui defectionis confcij fuerat, capi & trucidari iubet.Qua laniena quum Respublica ciuibus exhausta esset, Theron Dores & quotquot Græca- C nicæ gentis & originis colligere poterat, colonos magno numero eò deduxit, in ciuitatem Himerensis adscripsit: fincerior inde Himerensium fides in Syraculanos quàm Hieronis erga Himerenles fuit. Quum namque Syraculani grauissima Thrafybuli (qui Hieroni & frater & succelfor crat) tyrannide opprimerentur, Himerenfium potiffimum auxilio vfi, tyrannum decimo quàm regnare cœperat menfe eiectum Locros in exfilium abire coëgerunt. Floruit deinde vsqueadeo opibus & potentia Himerenfium Respublica, vt quum Athenienses, qui Leontinis auxilio venerant, impetum in Himeram vrbem fecissent, eosdem propriis opibus ab vrbe fua repullos agris etiam & limitibus fuis haud difficulter expulerint. Ceterùm Atheniensibus Syracusanorum potentia profligatis, quum Segestani bello, quod contra Selinuntinos gerebant, opprsti, Pœnos duce Annibale, Amilcaris à Gelone cæsi nepote, in societaté vocassent, Annibal expugnatis Selinuntiis, vt patris sui Gisconis Manibus parentaret, omni rapinarum & sæuitiæ genere capta in vrbe graflatus,

ferro flammaque eandem prostrauit. Inde yt & Amilcarem auum vl-

HIMERENSE**S**.

operas distributi sunt. Theron virtute Gelonis caratione ab obfidione A

THERMAE

Himerenfiü

cisceretur, Olympiade tertia & nonagefima, cum centum hominű millibus in Himerenses mouit, vrbemque omni tormentorum ac machi-^{a Pauli ob-} narum genere oppugnare adortus; mox quum actis cuniculis, magna

murorum

THERMAE HIMERENSES.

- murorum & vrbis pars subsedisset, etiam in vrbem irrumpere conatus eft. Verùm Himerenses, quibus ex desperatione animus creuerat, Pœno acriter repulso, mœnia collapsa instaurant. Interim & hoc obsession fpem meliorem induxit, quod Dioclés cum auxiliaribus Syraculanorum copiis adpareret. Hine Himerenses, ne sele veluti imbelles feminas circumsederi paterentur, facta eruptione holtem palantem ac securiùs vapantem ita consternarunt, vt pauore metuq; turbatum, ac proprio etiam terrore impeditum, pecorum in morem ad viginti Pœnorũ millia proftrauerint: reliquis faluti fuit, quod Annibal, vt fuos effusos vidit; fubito cum quadraginta millibus in aciem descendens, ac suoru fugam sistens,
- **B** Himerenfes victoria exfultantes acerrimo prælio, cæfis ad tria millia, ceteris verò profligatis, magna cum clade in vrbem reiiceret. Diocles postquam Himerensių vires fractas vidit; suas verò copias infirmiores quàm vt Annibali victori seste obiicere auderet, vasis conclamatis magna imbellique Himerensiñ multitudine, qui iam de patriæ salute desperabant, secum deducta, Syracusas reuertitur. Annibal arcte acriterque vrbem nocte dieque corona oppugnare; nihil ciuium laboribus otij, nihil quietis fatigatis remittere: inde quum crebris arietum tormentorumq; ictibus bona mænium pars corruisset; magno ardentique impetu cum Pænis in vrbem irrumpens, obuios quolque trucidat. Tandem languine la-
- C tiatus, à ciuium cæde per præconé abltineri iubet: fortunas tamé ciuium militi diripiendas concedit. Mox tria captiuorum millia ad eum locum vbi auus ipfius Amilcar à Gelone cæsus fuerat ducta, vt Amilcaris quoque Manibus post octauu & quinquagesimu quàm ille ceciderat annum parentaret, iugulari ad vnum omnes imperauit. Vrbem, quæ ducentis & HIMERA quinquaginta iam steterat annis, prosterni demolirique, templa fanaq; """". detractis ornamentis spoliari iussit. Signa quoque ex ære plurima secum Carthaginem abstulit, que postea Carthagine à Scipione AEmiliano cuería, Thermitanis Himerenfium posteris restituta sunt.inter præci-
- pua figna erat Himera ipla cornucopiæ manibus tenens, oppidi & præ-D terlabentis fluminis nomine, in formam muliebrem habitumque formata; quæ suis liniamentis, & figura ipsa intuentes mire afficiebat. Statua quoque Stefichori Poëta Himerenfis, senilis, incuruaque cum libro in sussi-CHORY manu summa arte elaborata. Stesichorus enim Poëta inter nouem Græ- poëra Lyriciæ Lyricos cenletur. Is quum ab infantia Tifias vocaretur, postea, quia cum citharæ cantu chorum primus coniunxisset, Stefichorus appellatus fragmenta scribitur. Inter omina refertur, Lusciniam ex eius adhuc infantis ore sinus Roma cecinifie, lætiffimo ad Poëticam amœnitatem augurio. Hic quum Pha- colleda laridis tyranni vt sæuissimi ita & immanissimi tempore viueret, eundem Antherpie , Planimini tamen frequenter carminum suorum illecebris à crudelitate auertit, 1996 eurlganit; **&** in'

diligenter

Digitized by Google

95

& Ifocrates Inudibus Helenz.

66

THERMAE

Crifon,curfor Hime rans' fuit. HIMERA Aumen.

THER-

MAB Hi-

merenses.

¥a figna.

& in sui amorem rapuit, vt Sthesichoro vita functo diuinos honores A Theocrism Poëtæ tribuendos Himerensibus Tyrannus persualerit; eiusque filias in orat.2.de confolatoriis literis à luctu reuocauerit. Auctores habeo, qui prodant Stefichorum, quum contra Helenam, nescio quid acerbius per vituperationem scripfiffet; subito oculis orbatum; simulatque Palinodia siue diuerso argumento ea maledicta recantasset, visum recuperasse. Edidiffe ipfum carmen Dorica dialecto x x v1. libris comprehenfum, quod ex tribus partibus, Strophe, Antistrophe & Epodo constans Epodicum vocatum scribunt : annum verò agens quinctum & octogenmum Olympiade LVI. Catanæ vita defunctus, magnifico & splendido sepulcro primo extra vrbem lapide à Catanensibus ornatus est : porta etiam B ipía, quæ ad eius monumentum ducebat, Stefichorea appellata, Crison quoque Himereus inter cursores prodigios velocitatis refertur. Himera verò flumen, cuius mentionem fecimus, ad occidentalem Nesuppag.92. brodis montis partem exortum, & aliquot fluuiolis auctum, perpetuo alueo à capite ad oftium vique xx, p. M. decurrens, in mare Thyrrhenum sese exonerabat. Proditum ab antiquitate est, Himeram flumen eodem fonte ortum, statim à capite Siciliam diuerso aluei tractu diuidere: eum qui in Septemtrionem & mare Tyrrhenum dulces; qui in Auftrum & Libycum mare deflecteret, qui & Gela nuncupatur salfas vehere aquas. ita ex codem fonte aquas naturam variare; vt quæ hîc ob C falfedinem potabiles non fint, illic fuauitate & liquore fuo palato gratas effe.Quod ad aquarum differentiam cum vtriusque fluminis alueo pertinet, conuenit in co etiam nostri sæculi scriptoribus cum priscorum auctoritate; in eo variant, quod vtrimque flumen, etiam si eiusdem nominis non ex eodem tamen fonte deriuari, sed ex diuersis & ipso cæli tractu & magno interuallo distantibus affirmant. Himera enim fiue Gela fluuij, qui in Austrum flectitur, fontes ad Nebrodis montis Austrina par-^{(0,1 LA FL} tem erumpere; eius aut Himere quæ ad Septemtrionem curlum luum flectit; ad occiduas eiusdem montis partes oriri. Hactenus de Himera vrbe,eiusq;situ & fato dictum sit. Himerenses autem, qui post eam bel- D li calamitatem reliqui fuerant, Thermas cognomento Himerenses eo quo descriptimus loco condiderunt : quumque Sicilia in provinciæ formam redigeretur, quia semper in amicitia fideque perstitissent, Populus Ro. Thermitanis vrbes, agros legelą; fuas reddidit. P. etiam Rupilius quum Siciliam à bello fugitiuorum liberasset, eam Thermitanorum rationem habuit, vt de decem Legatorum sententia, & ex. S.C. Thermitanis suis inter se legibus agere & iudicia exercere permitteret. P. inde Africanus Thermita- deleta Carthagine Thermitanis, vt Himerensium posteris, quidquid signorum recuperare potuit, restituit. Quibus receptis Thermitanise patrum

Digitized by Google

HIMERENSES:

THERMAE HIMERENSES, 97 A 'trum fortunam ac dignitate recuperalle arbitrabantur. Ceterùm quum Thermitani otio & longinqua pace fruerétur, bello ciuili Mariano propemodu subuersi sunt. Nam quu ex Sthenij ciuis primarij cossilio Marianas partes sequuti estent, iplumq; Mariu calamitate fractum hospicio fouissent; L. Sulla victor, vt erat irarū impotes; Cn. Pompeiū tum quidem crudelitatis sux satellitem, in Siciliam ad delédas Marianarú partium reliquias cum exercitu milit, qui Thermitanis excidiu & oppidi euerfionem minabatur. Hic Sthenius magni vir animi, & vitæ etia propriæ ob state Nits patriæ ciuiumą; amorem prodigus, omné in sele ciuium noxam recepit; "". professulfa; se illum esse, qui ciues, qui amicos induxisset; inimicos verò coegisser, vt Marianas partes sequerentur, petijt vt statuto dese capitali fupplicio, reliquorum ciuiu culpam in fe folo Popeius expiarer. Pompeius auté tanta in focios fide& in ciues fuos pietate mitigatus, Thermitanis venia dedit: Stheniu obsoluit, eiusq; deinceps hospitio liberaliter vsus eft.Hic idem Sthenius, quum Verres Siciliam rapinis & cupiditate sua cero Verrina laceraret, faluti reipublicæ ciuiumque fuorum honori, contemto etiam 1v. de fignie. vitæ fortunarumque suaru periculo; consuluit, vsqueadeo vt Verres apud Thermitanos nullum fignum, nullum ornamentu, nihil ex facro, nihil ex publico(vbi tamen complura erant præclara & à Verris libidine concupita)vnquam attingere potuerit. Verres ira & iracundia exardescens, c vt Sthenium vlcisceretur, eidem capitis periculu ex calumnia, qua ipsum litteras publicas corrupisse cauillabatur, struere conatus estatqui vbi intellectu fuit id iplum agere, vt postqua Sthenium sine vllo argumento ac fine teste damnasset, virgis exso supplicit de codé crudelissime sumeret, Sthenius de amicorú hospitumą; sentétia Thermis Romã profugit. Abfens tamen Pacilio etia acculatore ablente, à Verre condénatur, & seltertiŭ quingenties Veneri Erycinæ ex eius bonis facrantur; re postea Romæ in Senatu acta, ex decreto Patrum, accedente etiam plebiscito, Sthenius à Verris crudelitate abfolutus eft. Ceterùm bello quod Cæfar Octanianus cotra Sex.Pomp.gessit, Thermitanos Cæsaris partes, atq; amicitia secu-D tos, argumento est, quod Augustus colonia Augustam Thermitanorum Himerenfium deduxerit, vti Epigramma antiquum quod hodieq; apud sis. Colo-mia Augu-Thermitanos legitur, testatur. Ambiguitate nominis & Plinij actorita-fau c. Plini te abutuntur, qui ius illud coloniæ ad Thermas vrbe, que Agathoclis pa-lib. 3. Nat. Hifor.c.8. tria ad Libycum mare pertinebat, referunt. Thermas Himeras Geographus fecundu longitudine in partibus xxxv11.& partis vnius vncia, latitudiné x x x v 11.& partis vnius triéte reponit.vltra Thermitanos Panormű versus ad IV.P.M. Soloëntum vrbs antiquissima, quæq; originé suam ad rvm Gra-Pænos referebat, sita erat. quæ bellorű procellis, quibus vndiq; ac sæpe- cu Zoxús, bodie emrnumero iactata, prostrata, propriis obruta ruderibus nunc sepulta iacet. /***. ΠΑΝΟΡ-N

PANORMVS

ΠΑΝΟΡΜΙΤΑΝ.

PANORMVS Pœnorum Colonia.

ANORMI Vrbisoriginem vetustissimi quique scriptores à Phœnicibus repetunt: addunt historiam; quumprimum Græ-

dit a

Vnde fü di&a.

NIAPO-

Anni \$0ft R. C.

Anno Vrbi D11.

ci colonijs Siciliam frequentare cœpillent, Phœnices quoque fiue Pœnos extrema intulæ, quà Carthaginem respiciebat, & in promontoria extendebatur, aut in portuum commoditatem finuabatur, negotiandi cum Siculis gratia occupasse : quumque Græcorum 🔒 plurimi eò quoque fuis cum nauibus occasione commercioru, quæ cum PANOR- Pœnis exercebant, frequenter appulissent; conjuncta cum Græcis societate, fedes fibi fimul ac Græcis ob breuem ex ijs locis in Carthaginem traiectum Motyam, Soloëntum, & Panormum tunc quidem Elymis propinquas condidifie. V rbis fitus ita fe habebat, vi vna eius pars mari Tyrrheno allueretur; ceteræ tres agro viginti quinque plus minùs País. M. patente, arboribus quidem nudo, ceterúm arduis & aíperis collibus incluso in Theatri formam cingerentur. Ager perenni fontium copia, soli ybertate, & selicissimo tritici prouentu; adhæc collibus olei vinique teraciffimis celebratur. Nomen vrbi Panormo à tuta nauium statione fa- c ctum; quod portum haberet, qui м. P. ad Septemtrionalia víque vrbis mœnia, quolibet etiam vento ad excipiendas naues opportuno patebat. Eius vrbis incrementa ab initio apud auctores, quorum quidem nobis videndi copia fuit, tenuia admodum exitant, creuit tamen in eam magnitudinem vt pomœrio aucto veteri vrbi nouam addere, quæ inde Neapolis LIS Fanor- dicta est, necesse fuerit.

Panormum etfi ab Hermocrate Syraculano tentata fuerit, Pœnis tamen femper fidam fuille arguméto est, quod primo bello Punico à L.Corneanno v. c. lio Scipione, & C. Aquillio Floro Cofs quum præfidio Pœnorum maxi-CDXCIV. mè teneretur, duobusà lateribus oppugnata, inde machinis ac vi tormen- D torum conculla prostrataque arce, ea vrbis pars, quæ Neapolis vocabatur, primo militum ardore capta, mox etiam veteris vrbis præsidium in potestatem Romanoru concesserit. Panormus posteaquam in Pop. Rom. potestatem redacta est, Romanorum deinceps armis semper contra Poenos protecta fuit. Ceterùm quum post deuictum & captum ex Africa M.Atiliam Regulum iterũ Cof. & fæuiffima aliquot naufragia Romani percyrr. à mari abstinerent; Pœni ex ea occasione spem recuperandæ Siciliæ capientes, Afdrubalem cum exercitu in infulam mittunt: qui quum C.Furium Pacilum L.Cæcilij Metelli collegam cum media copiarum parte Romam



PANORMVS.

Romam renersum ex transfugis didicisset, Panormum versus, vt Metellum'opprimeret, mouit. Is, vt hofti confidentiam augeret, exercitum Romanore intra mœnia continens, fossam in agro, qui ante Panormum patebat, eo cum panie confilio altissimam agit, vt quum Elephanti, qui potissimum Romanis mi pugna: terrori crant, (centum enim & viginti Poeni adduxerant) ad crepidinem me lib.xvi. fossa à Pœnis acti accessifient, eosdem ex aduerso telis ferirent & lacesse - I. Florid rent: si verò belluz cum impetu sese molirentur, ipsi in fossam sese de- Elembera mitterent, & extuto ictibus peterent. Holtibus itaque Eleutherum flu-^{fl.} men, quod Panormum à meridie præterlabebatur, transgressis Metellus hanc potissimum rationem in oppugnandis belluis sequutus, dum

- & præsidiarij ex mænibus Elephantos iaculis sagıttisque infestat, quum В vltra aggerem ob fost a ltitudinem sele moliri non possent, vulnerum cruciatu in iram rabiemque acti, in fuorum agmen sele conuertunt ; magnoque impetu obuios quosque proterunt, atque aciem perturbant. Metellus turbatis figna ex obliquo infert ; Pœnolque magna clade dissipatos prælio vincit:capta cæsaq; feruntur viginti hostium millia. Asdrubal cum iis, qui fuga salutem que sierant, Lilybeum euasit. Metellus antem Romam reuersus x111. hostium duces, cxx.Elephantos in trium-Bello adhæc Punico secundo Panormitanos tria auxiphum duxit. liariorum millia, ceteros verò, qui amicitiam fidemque Po. Ro. sequuti Duri
- c fuerant, mille tantum Marcello Confuli Syracufas obfidenti mifisse ob feruo. Quibus potifimum atque aliis in Po. Ro. moritis obtinuerunt, immunitate vt dum prouincia constitueretur, Panormitani fine fædere immunes & donasi. libertate donati, hoc est à magistratus Romani iurisdictione soluti essent. Coloniam quoque ed militarem Augusti, vti opinor, temporibus, dedu- Colonia ctam, nonnulli tradunt. Mineruam cognomento Coryphafiam à Pa- MININ-normitanis fuisse cultam argumento suerit, quod in auersa numis- phasia. matum Panormitanorum facie in Siciliz fiue Trinacriz typo inter Nummi Panormitria femora Gorgonij fiue AEgidis fignum, cui & pinnæ annexæ funt; tani. aduersa verò galeatæ Mineruæ caput adpareat. Ea inter Mineruas
- D priscorum monumentis celebratas quinta (totidem enim numerantur) à matre Coryphe Coryphafia appellata fuit : patremque Corypallantem virginitatem suam violare conatum interemisse dicitur: atque hinc ob celerem perpetrato parricidio fugam cius fimulacro pinnas ac talaria fuisse affixa priscorum auctoritas confirmat. Panormi latitudinem & longitudinem Ptolomzus zquales describit, vtramque partium xxxvII. Hactenus itaque quantum ex antiquitatis monumentis colligere potuimus de Panormo dictum sit. Ceterùm quum totus ille tractus inter Panormum & Drepanum, vrbibus antiquis, & reru gestarum memoria celebretur, ora Segestana à priscis appellata; quæ Motya, Hycaro, Elyma N 2

୍ୱବୁଦ୍

PANORMVS. Elyma, Segesta vrbibus, tum etiam Eryce & vrbe & monte habitata fuit; A

haud alienum fuerit, si paucis earum quoque vrbium situm & fatum prosequamur. Pœni quo tempore Panormum, codem & Motyam

мотча ѝ Ралы condita.

tres.

100

HYCCA-Laids pa-

TLYMA vrbs.

tria.

linuolo in litore, quo Sicilia in Africam prominet xx. p. M. à Panore mo diftanté condiderunt. ad hanc Annibal Gifconis filius (vt in Ther+ mitanorum historia memorauimus,) classem suam facta ad Lilybæum exscensione, veluti in tutum receptum transmilit; vt Syraculanis à belli confiliis auersis, Selinuntios & Himerenses, antequam à Syracu+ fanis defendi possent, opprimeret. Motyenses etiam magna clade perturbauit Hermocrates Syracusanus. Tres in Sicilia Motya à veteribus celebrantur:ea, cuius iam mentionem fecimus : altera secundum insulæ B totius longitudinem ad Pachynű promontorium huic aduería, ab Her+ cule condita, & à Motya muliere ob indicatos ei boum ipsius fures sie denominata; Tertia Agrigento vicina erat; & à Ducetio Siculorum rege presidio Agrigentinorum deiecto sic expugnata, nihil vt reliquu sit. Moих s wrbs. tyam à Pœnis conditam, ad III. ferè р.м. lequebatur Hyccarus oppidum maritimum, quod à Sicanis exstructum Segestanis infestum erat : id à Nicia Athenien sium duce, qui Segestanis contra Selinuntios auxilio missis fuerat, expugnatum & direptum, in Segestanorum potestatem venit.Lais admodum puella, in Hyccaro à Niciz militibus capta traditur, inde Corinthi vendita scortum postea & forma & corporis quæstu c Vltra ad XII. M. P. in colle edito & aspero Elyma vrbs nobililimum. ab Elymo;vti haud procul inde, nempe quinque. P. м. ab oftio Crimifij fluminis, Egesta ab Egeste Troianis nomina habebant : totaque hæc ora deinceps ab vrbe Egelta, Egestana fuit appellata. itidem Egestanum ad Crimilij oltia fiue Segeltanum emporiú. Vtriulque vrbis originem antiquitas à Troianis repetit. Additur occasio:quu apud Laomedontem, qui lliensibus imperabat, purpuratorum quidam, vt qui res nouas moliretur, delatus esset, in eumdé eiusdemq; virilis sexus stirpem Laomedontis ius fuite fuisse : placuisse tamen imbellis sexus ratione haberi, & clemétius cum mulicribus agi:ceterum quia neq; publicæ tranquillitati, D neque suz securitati satis consultum fore rex verebatur, si filias Troianis ciuibus elocaret, mercatoribus caldem in peregrinam regioné transportandas tradidit. Cùm his cadem in naui honeito-loco natus adolescens vehebatur; qui alterius virginis amore captus candem in vxorem duxit: quamé; ad oram Drepanitanam delati exscensionem ibidem secissent, à Sicanis ea loca incolentibus benignè excepti, incertis diu sedibus vagabantur; ex ijs parentibus, iis in locis natus Egestes à matre Egesta, vt nonnullorum fert opinio, fic nominatus iam adultior linguam & mores regionis edoctus, post obitum parentum à Priamo rege reditu in veterem patriam

PANORMVS.

- 🔺 patriam impetrauit; quumq; diuturni illius belli quo pro Helena repetenda Troianos Gręci fatigauerant, zrumnas cum reliquis ciuibus tole- Troianorum rasset, tandem capta ab holtibus patria, vnà cum *Elymo*, regij sanguinis aduentes. viro, fuga elapíus, tribus nauibus, quas Achilles faxis latétibus adhærentes neglexerat, occupatis, iterū in Siciliam nauigauit: quumque post septennij tandem errores AEneas quoque ad istas oras appulusiet; Egestes eundem cum comitibus hospitio exceptum benigne habuit:conditilque Elyma & Egesta vrbibus paruo interuallo inter se distantibus, exercitus Troiani parté in hæc oppida colonos adscripsit; vt à maris vexatione & laboribus fracti tuto in loco quiesceret. Sunt qui scribant, detrimentum virgil. Az.
- B ibi classis esse acceptu, nauibus feminarum opera ob erroris tædium in- mid. 5. cenfis; hinc AE neam coactu turbam, quàm post amissas naues excipere non poterat, reliquisse. Quidam ad huius originis occasione exprimendam referendum este opinantur, numisma illud Segestanoru, quod exo- "" lescentibus ob antiquitate litteris; tanquam incertis coniecturis allequi • desperabamus, in eius tamen lectione tande perducti, vestigiaq; elementoru asseguuti, tabula x11. vltimo loco expressimus:in quo duo Trojani farcinas ex nauibus raptas colligere videntur. Obseruo etia abijs, quibus Siciliæ antiquitates prodere curæ fuit, numilma defcribi, in quo ex aduería parte caput humanű cum inferiptione $\Sigma E \Gamma E \Sigma T A N \Omega N_{3}$
- ex auería volucris fignata fit. qui nummus vt ad manus nostras non per-С uenit; ita de codem iudicij ferre nihil poslumus. Nec dubitandum sane quin multa adhuc infignia numifmata tota in Sicilia aut terræ vifceribus contineantur, aut eruta ab antiquitatis studiosis conserventur: quorum si fruendi nobis aliquando copiam secerint, & ca lubenter publicaturi fumus; vt lectoris vtilitati confultum fit.nunc corum tantum quz nancifci potuimus notas & exemplaria bona & fincera fide expressions, & candide communicauimus : sed ad omissam descriptionem redeamus. Ex quas iam diximus fedes protugorum cum Egefto & Elymo fuerunt;
- appellatique sunt in vniuer sum Elymi, quòd huius propter genus regium ILINA maior effet dignitas. Aram quoque Veneris AEnciadis in gratia matris apud Elymos AEneam erexiste traditur. vti & Egestanos ipsi AEnez templum ob beneficij memoriam veluti confernatori fuo exitraxific. ia co inter reliqua figna Dianz ex zre fimulacrum fingulari artificio confectum in fumma veneratione erat, xtate & habitu virginali. Pendebant ab eius humero fagittæ; finiftra arcum, dextra facem ardentem ferebat.quod fignum Segelta à Carthaginien fibus capta difiectaque, cum reliquis omnibus fignis ornamentifque Carthaginem deportatum eft. Postea à Scipione AEmiliano diruta Carthagine Segestanis restitutum. Ecesta postea Egestam ab initio nominatam, posteà Segestam cœpisse vocari observo: segesta ap-M 3 Sunt

PÁNÖRMVS.

Sunt qui Egesta nomen, vipote egestatis vocabulo ominosum, à Roma- 🦹 nis in Segestam ob segetum co loci prouentum lætiore omine conuersum opinentur. Ceterùm ficuti de Elyma apud scriptores obscura admodum memoria exstat; ita Segesta, & Segestana ora, de qua deinceps dicturi fumus, celebrior eft. Commendantur ob falubritatem aquæ Segeftanæ; celebris eft & fons Herbefus; mox Crinifius Huuius, & emporium Segestanorum, ad oftium eius fluminis situm. Aqua Segestana è scaturiginibus suis calidæ profiliunt : quæ si sub dio refrigerentur, potabiles fiunt: calidæ verò ve sunt sulphureæ, ita varijs morbis medentur. Herbesis fons

Aqua Segestana.

102

Herbe/w fons.

mos.

ingentem lacum eumque sulphureum facere, subitaque eructatione frequenter æstuare & feruere scribitur. Labitur per Segestanum agrum B Crinifius fauine, in Crinifius fluuius, Timoleontis contra Pænos victoria nobilitatus : hic n. feribitur quia à priscis vii & alij plerique fluuij, forma virili pingebatur, antiquis Keinlor@. straboni, scriptoribus fabulandi occasionem præbuit. Longa est fabula, quam icstephano, circo lectori ab auctoribus repetendam permittimus: Egestam enim Keiµıra. Plut. in à Crinisio in vrsæ figuram transformatam compressamque, & ex ea Timoleonte Egestem, cuius originem & vitæ cursum paullo ante prosequuti sumus, ⁶ Diedoro natum fabulantur, Segestanorú agros ad Lilybætanos víque pertinuisse, Biblioth. initio Keu- & ab eis Mazara flumine; vti à Selinontinorum agro Amphisbete fuille moo v diftinctos; ad hæc Scamandrum fluuium in Segestanorum agris, ad Sup.in Syraenfiji nota- Scamandri fluminis in Phrygia forsan memoriam, ita à Segestanis C SAm. seruisus in dictum obseruo. Bellum Segestani cum Lilybætanis gesserunt ob Virg. 5. MEnsid. agrorum fines, idque sub mortem Hieronis primi : sed mutua tandem clade ac prœlijs fracti, pacem inter se componere coacti sunt. Pace cum Lilybætanis confecta, belli causse inter Segestanos & Selinontinos, ob quædam sponsalia, tum & ob agrorum limites à Selinontinis perturba-ELLVM tos, octingentos ferè post Troix excidium annos oriuntur. Selinontini Inter Sega- qui armis plus poterant, Amphisbete flumine superato, in agrum Segeft anos 👉 stanum excurrunt, eumque qua citeriore ripa præcingebatur occupant; Selinontiinde cuncta late populationibus & terrore miscentes, agunt feruntque omnia. Segestani dum res suas per Legatos repetunt, illuduntur. pla- D. cuit itaque armis illatam à Selinontinis iniuriam vlcifci. Verùm Segestani victi, ad externa auxilia respectere. Quumque Agrigentinorum & Syraculanorum societatem frustra sollicitassent; quòd vtrisque cum Selinontinis fædus intercederet, populum inde Atheniensem magnis promissi implent; callidoque vsi confilio auxilium impetrant. Athenienses namque, quum Segestani elatius atque confidentius opes suas & fubfidia, quæ pollicebantur, commendassent, Legatos qui Segestanorum opes & potentiam propiùs inspicerent, miserant: eos Segestani in Veneris fanum deducant; quidquid facti infectique auri argentiúe aut etiam

lignati

PANORMVS.

- A fignati erat, ad hæc Veneris donaria ac vala facra, omnia veluti ex ærario prolata Legatis cumulatim congesta ostentant: rogatoque in vsum à vicinis cognatis, aut ctiam confœderatis populis copiolo auri argentique initrumento, Legatos magnifico & splendido apparatu exceptos comiter & amice habuerunt: nec caruit fuccessu dolus bene dissimulatus. Legati namque Athenas reuerfi, omnia affatim ad belli fumptus necessaria à Segeltanis fociis suppeditari posse referunt. Auxilia itaq; Athenienfes Segestanis contra Selinontinos Nicia, Alcibiade, ac Lamacho ducibus decernunt. Leontinis, qui in eius belli cum Segestanis societatem venisfent, libertatem promittunt: Selinontinis verò & Syracufanis confœde-
- **B** ratis seruitutem minantur. Nicias fimulatque ad oram Segestanam thenien appulit, Hyccarum expugnatione captum Segestanis tradit : & ab iis ex finite Dire. fœdere triginta talenta in ftipendium nauticum accipit. Ceterùm quum neglectis Selinontinis, Athenienses cupidiùs quàm feliciùs rem contra Syraculanos gererent; ab eildem in Sicilia deleti funt. hinc Segeltani deferti, suis quoque rebus metuentes, agros, quorum causia bellum susceperant, Selinontinis vltrò cedunt:quumq; ij quidquid per vim possent, magna licentia fibi víurparent ; & plus agrorum quàm ex fœdere debebatur, eiectis aratoribus, occupafient, Segestani imploratis per Legatos Pœnorum auxiliis, vrbem agrumque, quem ipfi à Selinontinorum in-
- c iuria liberare possent, Carthaginiensibus dedunt. Placuit itaque duce Annibale Gisconis filio auxilium Segestanis contra Selinontinos mittere. Selinontini nihil eo Segestanorum cum Pœnis fœdere commoti, quamuis etiam præsidium Pænorum ab ipsis receptu nunciaretur; contemtius longe quam antea in Segestanorum agros irruptionem facere, fed magna clade repulfi domum reuertuntur. Interim Annibal exfcen- Annibal fione ad Lilybæum facta, Selinontinos nequidquam Syracufanorum auxilia expectantes maximo impetu adortus, expugnata nono die Selinonte vrbem ipfam funditus flamma ferroque euertit. Segestani autem
- deleta Selinonte in Pœnorum seruituté prolapsi sunt: donec Timoleon, , p qui deiectis tota Sicilia tyrannis, Carthaginienses quoque magna clade fractos ad eas pacis condiciones coëgit, vt Græcanicæ in Sicilia ciuitates à Pœnorum dominatione liberæ effent, Segestanis libertatem restitueret.Ceterùm Segesta quum opibus & potentia conualuisset, sub Agathocle, à cuius dominatione descinerat, magnam cladem accepit: ciuibus enim ferè vniuersis ad flumé Scamandrum interfectis, Agathocles fortunas ipforū exfulibus & transfugis diftribuit; agrofque Segestanorum eisdem vt colonis affignauit. vrbem verò ipsam non vt antea Segestam, preasased à iusta in ciues animaduersione Diczapolin deinceps appellari vo- polis, luit.Obseruo & AEmilium Censorinū (tempus non additur)seuissimam segesta un & imma-

Nicias A-

di&a.

Digitized by Google

104

SEGES TANI libecognati po. Rø. Cic.Verr. 11:

104

torium. ERYX , wrbs, & montibus, excepta AEtna , ansecellere. Sernius ad i. & s. AEneid.

NA Venus.

& immanem dominationem in Segestanos exercuisse : nouorumque & 🔥 inauditorum cruciatuum & tormentoru inuentoribus præmia propoluille.Sicilia verò in potestatem populi Ro. redacta, Segesta non solùm ri, amici & libertate donata; sed amicitia quoq; & cognationis necellitudine, (quod haud secus quàm Romani genus suum ad Ilienses Segestani referrent) cum Pop. Ro. coniuncta est: interim & ipsa Verris libidine, qui Dianæ fimulacrum (cuius iam mentionem fecimus) ijs eripere conabatur, non-Segestam, Segestanum emporium, & Drepanum Ptolemæus nihil turbata. fub eadem parallelo inclusit, sed meridianorum spacijs disiunxit: vsqueadeo vt quum Segestam à Segestano Emporio triginta trib. Passum м. veríus ortum íummouerit; Drepanum Segelta occidentalius vIII. р.м. В MEgither-fus promon- faciat. Vltra Segestanum emporium prominet in Africam AEgitharsus promontorium. Huic or & Drepano mons Eryx antiquorum monumentis celebratus imminet. monti nomen & vrbi in eo ab Eryce Butha mons, de quo & Venerus filio in fabulas relatum est, qui historiæ fidem laudant; in hanc libre 1. pre- ferè sententiam (vt rem in pauca conferamus) scribunt. Buthen regis emnia nar- maioris Phrygiæ filium fuille; eius patrem (nomen non traditur) à Polrai, 6 ma-gnitudine luce ob tyrannidem in celtuü certamine cæsum.Buthen ob patris odium dit montem regno paterno expulsum fugatumque, ad oram Drepanitanam quum nibus sicilia nouas quæreret sedes appulisse. additur, Lycastam feminam, opibus & forma, tantaque oris venustate commendatam, vt Veneris cognomine c donaretur, id temporis ijs locis imperalle: eam Buthæ amore captam, ipsique sædere & matrimonio conjunctam Erycem peperisse, Erycem Buthæ & Veneris, ob Lycastæ matris formositatem, filum vulgo fuisse creditum: qui quum in regnu patris fuccessillet, iuxta verticem montis, qui Drepano imminebat, vrbem condidisse ; vrbique nomen & monti de suo Erycem fecisse. Templu quoque ingens in eius verticis planicie Veneri cognomento Erycinæ erexisse ac dedicasse. quod non solùm ab indigenis deinceps excultum, & donarijs amplifimis locupletatu fuit; fed ipfius etiam Dædali artificis præftantiffimi ingenio exornatum, & ab AEnea quum ad hanc infulæ oram appuliflet, magna pietate cultum: D denique Athenienfium & reliquorum Græcorum veneratione frequentatum, omnium tamen amplissime Romani Sicilia in potestate redacta fignis argenteis, aureis, alijique omnigenis preciosis finis donarijs id ditarunt : impositoque in eius tutelam ducentorum militum præsidio, tributum quoque annuŭ tum in stipendium præsidiariorum, tum in reliquí templi víum septemdecim Siciliæ vrbibus imperarunt. Quumque lub Tiberio Czefare templum istud vnà cum Eryce colonia desertum ellet, Tiberij iuslu ex zrario Po.Ro. restitutum fuit: qui eo promtius ac lubentiùs eam inflaurationem suscepit, quòd Segestani à Troianis, vt & Romani,

PANORMVS.

PANORMVS. A Romani, originem luam repeterent. Sollemnia Veneri apud Frycinos Erycino Avaywya fine Keducus festa fuille obleruo; eaque neque stato anni tem- vide Giralz pore, aut die, sed incerto; quem tamen ex Dez in Africam quotannis tagm. Dee-profectione, & post nonum diem reditu ex columbarum auspicijs & volatu observabant. Quum enim columbæ maxima frequentia circa DEAE templum (cui ob fecunditatem confectatæ erant) femper obuerfari cernerentur; exdem si forte ad tempus non appareret, Venerem profectam, ac volucres in ipfius comitatu fimul discettiffe credebant : donec nono inde die vna è columbis, veluti Dex redeuntis prænuncia, cum alarum applausu ex toto grege præuolante, sequentibus mox gregatim re-B liquis, Veneri tanquam reduci gratularentur: eumque diem epulis ac lætitia publica celebrabant. Legimus & Romanos duo Veneri Erycina templa Romæ condidisse : vnum in Capitolio quod Q.Fabius Dictator dedicauerat; alterum extra portam Collinam; in quo Dez fignum à M.Marcello capta Segesta ex Sibyllæ Cumanæ oraculo Romam trans-24 portatum collocauerant. Est & Erycinæ Veneris apud Pausania in Arŗ., cadicis mentio. Erycen verò corporis robore ferocem, & opum licentia impotentius dominantem, Hercules, quem Eryx ad fingulare cæftuum certamen magna virium suarum confidentia fretus, prouocauerat, cum codem cogressus interemisse & in ea quam Eryx condiderat vrbe regio c more sepelijsse proditur. Hinc republica legibus constituta sanxisse, ne alij deinceps ab Erycinis in principatum auf magistratum assumerentur, quam qui gentis Heraclidarum, aut ipforum necessarij estent.qua lege Heraclida. Erycini postea Dorieum, quum eò loci exscensionem fecisset, quòd is fefe de Herculis stirpe oriundum ostenderet benignè exceperunt ; & in condenda Hemaclea auxilio fuerunt. In ipio monte, quà Lilybæum AN CHI-afpicit, Anchilen AEnez patrem lepultum fuisse memoriæ proditum sepultum. Erycem autem vrbem paullo infra montis verticem in planicie de Aleneide cít. conditam fuille diximus; aditu quidem longillimo ac difficillimo. Ceterùm quum belli Punici primi anno decimooctauo Pœnoram præ-D fidio defenderetur, L. Junius Pullus Conful, quia Lilybæi obfidio Ro- Polybius manos diu nulloque successu tenebat, atque iple classem vi tempestatis bello Punito & naufragio amifisset, anxius ac sollicitus dispicere cœpit, qua ratione " cladem acceptam aliquo cum Pœnorum detrimento corrigeret : cogitare fecum, Gallos effe mille & linguz & scelerum necessitudine coniun- Galli infidi. etos, qui Pœnis stipendiarij Erycem fidei suz commissam tenerent:eos, quia domi fide violassent a getilibus patria sua expulsos, Pœnos quoque, fi præmia proditionis proponerentur, parum fidos futuros; vt qui vitam venalem haberent. argumento effe, quòd paulò antè ob non foluta fti. pendia Agrigenti seditionem mouissent. Consul itaque in hanc spem incum-

Digitized by Google

105

inrx's Gallie pro dita , Ó CAPTA A

106

AEmil.Probus fen

rei

Romanis.

BRYX À Panis ritepia.

* AEgates

Stephano,

ż.c.7. 👉 Aethufa,

incumbens, cum ijsdé per interpretes de prodenda Eryce agit: Galli præmio corrupti, postquam Veneris Erycinæ templum deprædati ellent, ad Confulé transfugientes Eryeem deserunt, Consul occupata vrbe quamuis vel fitu fuo fatis munitam perspiceret, quò tamen vndique eam à Pœnorum vi & impetu protegeret, cohortes aliquot in vertice, mox alias ad radices montis, qua aditus à Drepano erat, præsidio collocauit. Interea perlato Carthaginem de Eryce capta nuntio Senatus, vt rebus in præ-Corn. Nepes ceps euntibus aliquid subsidij ferrent, Amilcarem cognomento Barcam, virum acrem & rei militaris prudentia nobilem, cum classe & exercitu in Sicilia mittunt. Is exfcenfione non longe à Drepano facta, octingentis à Confulis exercitu passibus, in mõte prærupto & excelso castrametatus, B magnis pręclarifque rebus contra Romanos geftis, Erycem(qua mediam inter verticem montis & Romanorum vtrinque præsidia suille ostendimus) per fraudem recepit.Quod facinus Romanum iuxta ac Pœnum pari contentione & zmulatione ac gloriz studio ad labores & periculorum contemtum accendit. Romani enim, qui verticem tenebant, à Pœ+ nis, qui medio in loco erant, veluti interclusi, summo in diferimine versabantur; nec minùs Carthaginienses omni rerum inopia premebantur; duobus Romanorum præsidijs, altero supra verticem, altero à radicibus montis obsessi; adhæc vnico dumtaxat coque admodum impedito ad commeatus importandos aditu. Saluti Pœnis fuit Amilcaris vigilantia, 😋 & inuicta in periculis animi fortitudo; & quòd Romanos frequenti excurfione laceflendo, fuos fubinde commeatu & fupplemento recreabat. Romanis autem gloriæ ítudium & militaris difciplinæ feueritas,tum eorum qui Lilybæum obfidebant contra Amilcaris impetum constantia & pertinacia animos faciebat. Ita obsessi inuicem, & obsessionaria infula, Gratis avyours, animorum vtrinque contentione, contentis periculis & ad extrema infracti per biennium durabant, donec Poeni prælio nauali ad * AEgates à *d' Plinio d' Plinio ib.3.cap.8.* Lutatio Confule fracti, Amilcare ad conditiones pacis concedente ab Eryce atque adeò ab vniuerfa Sicilia præfidia deducere, & militares 60dida Plinio pias in Africam transportare ex legibus pacis coacti sunt. Ð

PANOŘMVS.

dices Pienio Pielo III III III Canneli in Li loro est lib.2 cap.2. & Linio lib.2. Annal. vbi de clade Cannensi mentiosit (nam lib.2. c. 89. & bic p. 107. Historia cladu in Li loro est lib.2 cap.2. & Linio lib.2. Annal. vbi de clade Cannensi mentiosit (nam Decas secunda Liuij de I. bello Punico intercedit.) Comparem, inquit, cladem ad Aegates infulas Cartbaginiensium proclio namali acceptanziqua fracti Sicilia ac Sardinia cesser. Hincvestigales ac sipendiarios sieri se passi funt.

ΔΡΕΠΑΝΩΝ.

BRIPAN migo.

EREPANVM Græcz originis effe multoru opinionibus credi-قِtum;nulla tamen,quam adferre pollum, veterum auctoritate teltatum elt.Situm erat à Lilybeo x v111.р.м.in peninfulæ cuiufdam ceruice inftar falcis repandæ: vnde & ipfi nomen Drepamm, Græci enim deinavov falcen vocant. Quibus vera fabularum inuolucris

DREPA/NVM;

lucris inuoluere moris eft, Saturnű postqua C. elo patri virilia præsecuis fet, hoc locofalcem abiecisse, & inde vrbem ab eo euentu Drepanum cœpisse vocari (quod & de Zancla, quæ postea Messana dicta est, supra annotauimus)fabulantur. Portu olim habuille inlignem, AEnex & aliorum receptu nobilitatum antiquitas teltatur. Lycasten Erycis matrem tanta formæ dignitate & venustate conspicuam, vi non solùm Veneris cognomen mereretur, fed & pro ipfaVenere coleretur, huic vrbi olim imperaffe traditur. Hinc verifimile ett Lycattæ faciem, quæ magnā adhuc formæ venustatem & elegantiam oftentet, in Drepanitanorum numifmate Numifma fignatam fuisse:nisi aliorum coniecturam sequuti, faciem illam Veneris Veneris de-AEneiadis, cui, vt matri eò loci AEneas aram erexerat, credere malueri- meias. T. Lucret. mus. Mare Sardoum, quod Drepanum alluit, omni pifcium genere co- lib.1. AEneadú gepiofissimum, præcipue tamen locustis & leonibus marinis abundat; ad- nimix, &c. hæc laudatiflimo-inter Drepanum & Heliam infulam corallo, ad-radices verò Erycis etiam argenti fodinas olim in agro Drepanitano fuiffe memoriæ proditum est. Ceterum ea ora, qua post ceruicem, quam diximus,Lilybæum víque per x v111. р.м. incuruatur, Euripum habet; eique tres in mari Sardoo Infulæ obiectæ funt , veterű fcriptis & Romanorum Pœnorumque circa eas rebus gestis præclaræ : Phorbantia frontem con- #BORtra Drepanum ab eo XII . р.м. auulfa porrigit; AEgusa sine AEgate (variat infula. enim apud scriptores nomen) contra Lilybæum, Tertia Hiera siue Hiero-С nesus Latinis sacra dicta, longiùs in altum proiecta à Drepano x x x .P.M. distans, cum AEguse & Phorbantue situ trianguli fere verticem claudit. Hæc thymo flagrans, melle apiario commendatur. AEgusa à lætissimis prouentibus, aquarum falubritate, & tutiffima classium statione celebratur. C. Lutatius Catulus Conful Hannonem Pœnorum ducem, quum Anno v. c. ille Amilcari commeatum & subsidium ex opportunitate allaturus, ad L. Ilerus Hieronesum triduo classem in statione tenuisset, commisso ad AEgatem lib.11.Hift. infulam prælio nauali, nauibus quinquaginta partim fractis conuulfif- & f#p.106 que, partim depressis, alijs septuaginta vnà cum decem Pœnorum milli-D bus captis, reliquis in fugam versis superior, bello Punico primo, quod NORVM per xxIV. annos mutua magnaque clade pro Sicilia gestum est, finem num clades. Anno Vrbis impoluit. Circa Drepanum, quod lemper à Pœnorum præfidio contra Romanoru impetum víque ad pacificatione defensum fuit, res Romana L. Florus lib.2.cap.2. temeritate P.Claudij Pulchri Confulis grauissima cladem antea accepit: Polybinu, Cie. Linij qui inconfultius nocte intempesta cum Adherbale congressus, è centum Epiteme viginti nauium classe, nonaginta tribus ab hoste captis, vel depressis, Max 6 ægre cum triginta elapíus, turpi fuga salutem tutari potuit. Hanc tam Entropine. infignem cladem contemptæ religioni Po.Ro.acceptam tulit : P. Clau- nomen pro Publij eft in dius enim conful, cum pullarius auspicanti obnūciasset, quod pulli cauca principio cmissione constructione constructione constructione constructione constructione construction constructi cmilli Hift.Plinij. O 2

107

108

LILYBAE V.M.

forer Classmulciata. Suctonia Tiberie, CAP.6:

111.c.XIX.

t Einique emissioneque tripudium solistimum facerent, neque esse vellent acerba A foror Clau-dia, pèfe, ob illusione insultans; vi biberent in mari proijci iusserat. Hinc postquam dittum es confulatu se abdicasset populi iudicio + condemnatus. Ceterum Luta-Liui Epir. tius postea Drepanum magno impetu, multoque militum labore terra marique aggressus, ob Hannonem, qui tunc cum classe Pœnorum ad Tiberie, Ageillib.x. Hieronelum, vt diximus, appulisse nunciabatur, ab eius oppugnatione distractus est.victoq; tamen postea Hannone, & Hamilcare, qui pacem

cum Romanis fecerat, è Sicilia discedente Drepanum in Populi Ro. po-ATHENIO testatem venit. Athenionem fugitiuorum in Sicilia ducem, qui fax altefugitiuorii ra bellorum feruilium fuit, Drepani ortum fuisse à nonnullis scribitur: Dux. De hoc & fer- alij genere Cilicem, conditione feruum, dominú fuum audaci scelere in- B mili Bello T- Annem teremisse produnt. Is quum maximas fugitiuorú cópias, liberatis etiam Florus lib. ex ergastulo seruis coegisset, regiú fibi nomen & regia insignia sumpsit; 6 Diodor vicos, castella, oppida diripienda suis dedit. In dominos & seruos etiam sienlas in libr. xxx- qui ad iplum non transfugerant, atrociùs quam in transfugas fauire; VI. Excerp- Prætorum exercitus profligare; castris Seruilium, & Lucullum Prætores rie, seu Eclo-gie, cap. 6. 7. exuere. Ceterùm à M'. Aquilio Confule locis arctiffimis quafi indagine 8. ex Photij Biblioth. interclufus, & fame ob interceptos comeatus cum fuis in rabiem actus, Plutar. in Craffo Ap-pianue lib.1 concurrentes confecti funt. Iple Athenion dux inter rixantiŭ & luctan-Bell. Civil. tium manus à Romanis militibus diferentus traditur. A Drepano vertium manus à Romanis militibus discerptus traditur. A Drepano ver- C fus Lilybæum litora optimo fale, & quod in æftuarijs à Sole concoqueretur, abundabant : mare ipsum à Thunnorum piscatione commendatur. Drepanum verò omnium totius infulæ vrbium longiffimè ab Italia & à Neapoli, ссс. р.м. diftare scribitur. eius longitudinem Ptolemæus xxxv11. partibus, latitudinem xxxv1. s. mensurat. Sunt qui Erycem nunc Drepanum montauum; vt alterum in Chersoneso situm Drepanum, Cifmontanum, appellari confirment.

ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ.

LILYBAEVM Pænorum Colonia.

Africz prztenditur in occesium Brumelem wereitend A fricæ prætenditur, in occasum Brumalem vergit vrbs eodem loci à Pœnis condita proditur. Huic aduersum Mercurij promontorium, quod ab Africa haud longe supra Carthaginem prominet, ab codem CXXV. P. M. distare Polybius auctor est, etiamsi nonnulli hoc spatium ad сххс.р.м.extendant, alij rursus ad с.р.м. contrahant, Lilybæum tribus paff. millibus, cæco admodum vado afperifque saxis vix ad quinque pedum altitudinem sub vnda delitescentibus exten-

D

LILYBÁEVM:

A extenditur. flexuoso inde litore & in brachij modu finuato portu natura tutisfimum & amplissimu habebat, ceterum per stagna ad eius fauces, difficilis admodum & impeditus nauibus ingrettus, & non nifi à perito tentandus patebat. Lilybaum vrbem à Pœnis post Himeram & Selinon- UN quado tem ab Annibale Gisconisfilio deletam, condită fuisse veterum auctori- condisium. tate testatum est. Vrbem Sibyllæ Cumanæ(quæ volumina de rebus arcanis & vaticiniorum plena Tarquinio prisco regi obtulisse legitur)hospitio & fepulcro celebrem fuille; itidem puteum in vrbe Lilybaum nomine idcirco commendatu, quòd ij qui ex cius aqua bibillent, Pythico furore afflati oracula ac responsa darent obseruo, nec dubium est quum eam ob

- caussam Lilybetani Apollinus capite, Gryphoque Apollini sacro, & Tri- Nummi Li-B pode Apollinis symbolo ac Lyra sua numismata signauerint. Hoc quo- Oculorum que ab antiquitate memorie proditum est, Lilybætanum quendam tam Plinine lib. acuta oculorum acie præditum fuisse, vt ex huius promontorij vertice, Strabo I. 6. classem, quæ è portu Carthaginiensium soluebat, conspicatus, nauium AElian.va numerum, velorumque seriem renunciaret : & sunt qui hoc quoque sa- 6.14. culo (quod credibilius est) ex promontorij huius specula Mercurij promontorium sereno & liquido cælo aspici confirment. Qui si non fallunt, argumento est Lilybæi verticis perpendiculum ad quinque millia pasfuum à loci eiusdem planicie, ve ratio Spherica docet, assurgere. Vrbem
- c primo bello Punico, post Cæcilij Metelli victoriam, C: Atilius Regulus Anno Serranus, & Cn. Cornelius Blasio iterũ Coss. duplici obsidione oppug- post Ro. naturi fossa & aggere, turribus inde & machinis bellicis clauserant: ean- cond. dem præter vrbanam multitudinē Imilco Præfectus cum decem Pœno- 1111rum millibus defendebat : qui indefesso labore ac vigilantia incredibili & Roman vbique accurrens dum laborantibus subsidium fert, mœnia conquassata objessimi: aut collapfa instaurat, hostium cuniculos actis in contrarium cuniculis obstruit, Romanoru impetus & conatus infregit, colq; magna cum clade repulit.Quumq; ea obfidio diutius teneret, quo minus per proditionem, quam quidam ex præsidiariis ordinum ductoribus cum Consulibus pa-
- D cti fuerant, oppidum in Romanorum potestatem veniret, Alexonis Achiui indicio factum est. Lilybætani & fi ea Alexonis fide à proditionis discrimine liberati, ob arctam tamen, qua à Coss.premebantur, obsidionem, fame & omniū rerū inopia laborabant. Quod fuspicati Carthaginienles, classem quinquaginta nauiũ cum commeatu & decé militum millibus duce Annibale Amilcaris filio Imilconi suisque in subsidium mittunt.Is secundo ab A Egusa vento vsus in ipsas Lilybætani portus fauces suis omnibus ad prælium instructis delatus, dum Consules inopinato holtium aduentu attoniti stupent, & vi tempestatis aduersa superati confiliis fluctuant, portú incolumis cum fua classe tenuit, & cum *c*opiis

3

109

110

LILYBAEVM.

copiis omnibus Lilybæi exscensionem fecit. Imilco commeatuum & A supplementi accessione recreatus ac confidentior factus, quum per eruptionem in Romanorum machinas ferro, igne, telis magno impetu inueheretur, strennue à Consulibus magna cum suorum clade in vrbem repulsus est. Annibal cum ils quas deduxerat nauibus, nocte intempefta foluens, fuperatis Romanorum ftationibus Drepanum verfus, vt fe, cum Adherbale coniungeret, vela facit. Ceterùm quum arctiore indies obfidione premerentur Lilybætani ita vt ne nuncius quidem, qui socios de ipforum necessitate certiores faceret, elabi posset: & Carthaginienfes super ea re anxij deliberarent, Annibal Rhodius Senatui promittit, fefe cum vna naui, plenis velis vel fub oculis hoftium exploraturum, quo B statu res Lilybætanorum essent, cum dicto fides sequuta est : secundum namque ab AEgula ventum nactus, pleno die, contemta etiam Romanorum classe, fauces superat: & de statu Lilybætanorum edoctus, multo etiamnum die per medias hoftium naues elapfus ac Carthaginem reuersus, ad Senatum ea, quæ explorata haberet, retulit. Eius exemplum & alij deinceps insequuti Romanorum conatus nauium celeritate eludebant.vilum itaque Romanis coniectis & aggestis molibus fauces portus obstruere: sed quum ne hoc quidem tum obvastam Maris altitudinem omnia deuorantem; tum ob reciprocos æstus, qui iniecta conuellebant, procederet, opportune accidit, vt nauem quandam Pœnorum celerri- c mam indagine caperent; qua potiti & Rhodiam illam cum Annibale eadem nauis agilitate intercipiunt: atq; vtramque deinceps instrumento & naualibus fociis instructam circa fauces, vt Pœnos ab omni Lilybætanorum commercio prohiberent, disponunt. Creuit ex ea re obsessis pariter & obfidentibus pertinacia, Lilybætanis præcipue; quum subito exorta ab Austro vis procellarum machinas turresque Romanorum aliquas prosternit; ceteras ipsi Lilybætani eruptione facta, iniectis in eas facibus, igne confumunt aut corrumpunt. Ad hunc modum exarmati à machinis & oppugnationis instrumento Confules; aggere & tolla vrbem quà terra poterant cingentes, holtem sedendo frangere, & fa- D me ad deditionem cogere constituunt. P. inde Claudius Pulcher cum fupplemento in Siciliam miss, cladem ferè reipublicæ perniciosam ad Drepanum sua temeritate ab Annibale(vt in Drepanitanoru historia diximus) accepit. Mox & Carthalo Annibalis Legatus classé Romanam, quæ ad portum Lilybætanum in statione erat, ex improuiso adortus; erumpente fimul ex vrbe Imilcone naues complures cum cepit, tum incendit. Interea Iunius Conful cum magna iterum classe in Siciliam milfus, quum in loca importuosa, vt se contra Carthalonis impetum protegeret, naues fubduxiflet, claffem vniuerfam fædiffimo naufragio afflixit: qua

Ann. V. C. DIV. fup. pag. 107.

- LILYBAEVM A qua tanta clade deiectus nihil magni postea, præter quam quod Erycem per proditionem(vt memorauimus)interceperit, gellit; A milcare Barca omnes Romanorum conatus per biennium frangente; continuisque infestationibus commeatuum commercia intercludente. Cum itaque quinquennium iam Romani à mari abltinuissent ; decreuit Senatus nouam iterum classem instaurandam; & instar eius Rhodia; quam antea captam scriptimus, du centas quinqueremes ædificatas omni instrumento nautico instruunt: ijsque C. Lutatium Consulem cum imperio præfi- dinno 10x1. ciunt.Is aduersus Pœnos incunte vere missus, summam victoriæ sua celeritate impoluit: Poltero enim quàm in conspectum hostis venisset die,
- B classem Punicam commeatibus reliquoque apparatu & instrumento grauem atque impeditam oppressit; Pœnosque ad pacis condiciones ac- pop. Roma deditum. cipiendas coëgit:vectigalesque PoiRo. & stipendiarios secit. Lilybæum verò ipfum in potestatem Romanorum deditum est. Ceterùm bello Punico fecundo , dum Romani Hannibale trans Alpes in Italia degrefso, rebus aduersus Hannibalé in Italiam gerendis distincrentur, Pœni instructa viginti quinqueremium & aliarũ aliquot nauium classe, mare circa Siciliam denuò infestabant rebulque nouis studentes circa AEgufam infulam cum triginta nauibus confiftentes, Lilybætanos, cum quibus ipfis adhuc aliqua necessitudo erat, ad defectionem sollicitabant: Anno v.c.
- C quæ poltqua Hiero lecundus, qui per id tempus Melfanæ Sempronium DXXXV. P.Scipionis collegam operiebatur, ex captiuis Pœnorum intellexisser, ad fecundi AEmilium Prætorem perferipfit : qui dispositis statim in speculis per rie. omnem Siciliæ oram excubiis ac cultodiis, Lilybæum fimul ad omnem belli cuentum communit : Hinc cùm Pœni vigilum solertiam se fallere non posse viderent, necessarioque sibi ad manus veniendum este, vbi illuxiflet, in altum prouecti Romanorum nauibus liberü è portu exitum & pugnandi spacium concedunt. Romani itaque conflituto rei summam prælio committere, quum animaduerterent, Pænos non tam vi quàm arte ac dolo rem gerere, ac suos eludere, nauiumque potius quàm
- **P** virorum certamen inire, toto impetu in Carthaginientes inuecti; leptem Pœnorum naues capiunt, ceteras profligant : milites & nautæ mille & feptingenti intercepti, in his tres Carthaginien fium proceres. Claffis verò Romana incolumis, vna tantum naui perforata, in portum redut. Dum hæc circa Lilybæum geruntur, Ti. Sempronius cum centum quinquaginta quinqueremium classe ab Hierone regio apparatu Messanze excipitur; à Senatu in Siciliam millus, vt cum ea quam diximus classe bellumex Italia in Africam transferret. Is intellecto quo in periculo res Lilybætanorum effent, nulla interposita mora vnà cum Hierone classeque regia Lilybæum profectus, cognita ibidem suctoria Pratore

BILYBAEVM.

injula, ho- Prætore pro concione laudato, codemque ad tuendam maritimam SI- A die Matra. ciliz oram cum Hierone relicto, ipse Melitam insulam, quz à Carthaginiensibus tenebatur, cursu petiit: Aduenienti Amilcar Gisconis filius præsidij Præsectus cum duobus circiter militum millibus oppidum cum infula tradit. Inde paucos post dies Lilybæum reuersus, captiuos, præter eos, qui nobilitate præftabant, fub corona vendidit; ac tantum in Lilybæo vndique apparatum congessit, vt mox ipsam Cathaginem obseffurus videretur. Sed litteris Senatus reuocatus, quòd Hannibal superatis iam Alpibus Italiam inuafisset, vt sele quàm primum cum Scipione coniungeret, & Italiæ rebus confuleret, continuato nocte dieque itinere quadragesimo post die ad Ariminum peruenit. Cetera Lilybæ- B tanorum nobis incognita, vel iniuria temporum vel incuria hominum, permanserunt: Lilybæum Geographus secundum longitudine xxxv11. fecundum latitudinem x x x v1. partibus mensurat. vltra ad Lilybæum ad Mare Libycum, Mazaram oppidum & emporium ad fluuium stagnumq; eiusdem nominis situm, ab Hannibale Gisconis filio, dum in Selinontinos moueret, captum & Direptum fuisse Grzci scriptores prodiderunt: Entella.quoque vrbs in mediterraneis, à Mazara XXV.P.M.in vertice montis quatuor fere Mill. P. patente, præcisis vndique & præruptis in tupibus, & que vnicum tantum aditum cumque peranguftum habebat, sita erat. hanc ab Entello Troiano A Enez socio, qui czftibus cum Darete contenderat, conditam ferunt. Eâ Timoleon potitus, quum in ciues quattuordecim (qui ad partes Carthaginiensium Rempublicam inclinauerant) animaduertisset; ceteros libertate donauit. Commendantur à priscis ob generositatem Entellana vina & agri vbertas; qui Hyplæ fluminis aluco irrigatus, fertilior redditur. Is fluuius tribus ex fontibus ortus & multorum riuulorum alueis longo tractu auctus, tandem amplissimus in Libycum mare sele exonerat : atque à Mazara, quem diximus, fluuio víque ad Atys fluuij, de quo mox scripturi sumus, ostium, totus hic Insulæ tractus; ora Selmontma à Selinonte vrbe à priscis dicta fuit. Quare ordo postulat vt ad Selinontinos progre- D diamur.

 ΣE_{-}

Digitized by Google

TPSA Annins.

lib.1. ENTE

oppidum que condi11Ż

ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ.

SELINVS Megarenhum Hyblaorum Colonia.

ELINONTEM Megarenfes Hyblæi à mari Ionio, finuq; Megarico duce Pammilio ad Libycũ mare profecti, cis ripas Selinontis fluminis, expulfis inde Pænis, occupauerant. Ceterùm quum Selmontus vrbis origo à Megarensibus Siciliæ repetenda sit; neque vlla hactenus de ijs scribendi opportunitas sese obtulerit, operæprecium me facturum nec minus gratum itudiolo Lectori fore arbitratus ium, fi tum, colonos & nomina Megara vrbis paucis expoluerimus: vt Selinon-

- B tios fuis maioribus restituamus. Octauo itaque anno postqua Archias Megare Siculorum gente eiecta Syracusas obtinuerat, quum Lamis è Megara Ionia, inser Græciæ coloniam Megarensiŭ in Siciliam de ducturus appulisset, iuxta & Catana. Pantagiam flumen, quod haud procul infrà Taurum promontorium in mare lonium fe exonerat, Protilium oppidum condidit.Qui quum po- 11VM op stea vnà cum Chalcidensibus Leontinoru Rempublicam administraret, pidum. à Leontinis expulsus, Taplum peninsulam media ferè inter Leontinos & Syraculanos ora tenui ceruice in mare protelam occupauit: & eiuldem nominis oppidũ in ea condidit. Lami defuncto Megarenses ab Hyblone Siculorum rege in Hyblam haud procul inde distante, & mari imminen- HYBLA post non dia tem recepti, vrbem de patriæ suæ nomine Megaram dici voluerunt; quan-Megara appellata:
- qua vius postea obtinuit, vt Hyblæ nomen inualesceret, Megaræ obscu- Triplex en rius effet. Ea itaque vrbs à Siculis conditoribus Hybla, à colonis Mega- fii. renfibus, Megara dicta, poltea confuso ex vtrisque nomine ciues Hyblai Megarenses cognominari cœperunt.Eft & illud, vt confusionem vitemus, obseruandum, tres in Sicilia fuisse Hyblas à scriptoribus celebratas, situ, & nomine diltinctas. Maiorem Hyblam in agro Catanenfi cognomento Tellam, haud procul à Centuripe vrbe iuxtal AEtnam montem collo- rella. cant: eiusque ciues fine alia adiectione & fimpliciter Hyblaos vocant. Minorem verò Hyblam cognomine Neram in agro Gelensi reponunt. & disti. Hyblat mel B Hippocratem Gelz Tyrannum ibidem in prælio à Siculis interfectum eur distum
- scribunt: Hyble verò mediz que ad mare Ionium fita erat, ciues triplici de que to nomine à priseis cognominatos observo. aut enim Hyblæos ab Hyblone versions. conditore simpliciter: aut composite ob causam iam à nobis explicatam Hybleos Megarenses; aut à Galeote Apollinis filio Galeotas fuisse vocatos. Huius Hyblæ ager, quia thymi & salicti floribus abudabat, ad quos apes auidissimè conuolant, à mellis præstantia laudatur. Hæc quoque Hybla (vitione scribentis pro Galeotis, an que de caussa incertum) Geratis co- Pausagnomento apud Paulaniam vocatur: Adhæc Hyblæam deam eiulque nim Ellaci-tanum apud Hyblæos, lumma in veneratione fuisse apud eundem tra-rior, 6 foko P ditur.

HYBLA

113

114

De que Ó

MEGARA

à Gelone

Airuta.

res

ditur. Memoratur apud Hyblæos & Galeotarum sacerdotum A pollinis 🔺 Ciero 46.1 collegium; quod Galeoten Apollinis filiŭ pro numine tutelari colebat; de dininat. & fomniorum oftentorumque interpretatione, augurali quoque arte & aruspicina, præcellebat: quos Dionylius Syracusarum Tyrannus de futuris euentibus confulere solebat. Ccterùm Hybla, fiue promiscuo nomine Megara, poltquam à Megarenfibus habitata in magnã ciuium frequentiam anno demũ centesimo propagata eslet, nouaque ex Megara metropoli militum manum ciues acciuissent, Selinontem ad Libycum mare à Pœnis conditam, eiectis Pœnorum ciuibus inuadunt & occupant. De Megaræ fato, antequam ad Selinontis descriptionem progrediar hoc quoque adscribam; Gelonem Syracusanorum regem, ducentesimo & B. quadragefimo quinto poltquam à Megarenfibus frequentari cœperat anno Megaram, quia temerè bellū contra iplum mouerat, dirui iu llifle: optimates quolque, & qui partes ipli aduerlas lequuti non erant, in ciuitatem Syraculanam adleripfille, plebeios & seditios in seruitutem vendidisse. Ceterùm posteaquam ab ea clade recreata, & à Syracusanis ob fitus & portus commoditatem post Gelonis mortem instaurata fuisser,

SELINONTIS.

MEGARA instaurata. à M. Marcello quum Romanorú societatem negasset, in terrorem reliquarum vrbiú capta ac direpta, funditulque bello Punico lecundo euer. Theognidiu sa est. Theognidem Siculum Poëtam, & Cyro familiarem; itidem Epipatria fuit charmum Comicum, ad cuius exemplar sele Plautus composuit, Megaren-Attices; non fes fuisse observo. sed nunc ad Selinontinos redeamus.

Sicilia, vt Selinonti Selinus fluuius, qui haud procul ab eiusdem mœnibus præ-Suidac valt, natus terlabebatur, nomen præbuit: fluuius à selini, quod Latinis apium eft, LXIX. O lympide fic copia, qua eius ripæ & agri luxuriabant, vocatum fuille etiam Selinonti-A. Scottus norū numilmata, in quibus apij folium & herba fignata funt, testantur. obsernat. poetic.lib. Selinon quoque palmofam à palmarum filuestrium esui gratissimarum . 2.сар.9. **EPICHAR** frequentia, quibus ager cius abundabat, à Poëtis cognominatam lego. MV S SICH-Im : de hoc Vrbi Stagnum siue æstuarium imminebat; quod æstate, quum pestilentioration tem ob solis ardores aërem exhalaret, ciuitati perniciosissimum erat: Horatins ^{werf. 58.} quumque pestilitas ob eam caussan grassando euulgaretur, Empedocles D funime. Agrigentinus sapienria clarus ur Selinoariais eu line de la clarus de l Agrigentinus sapientia clarus, vt Selinontinis remediu adferret; deriua-Apiŭ herba in nummu: ta ex Selinonte & Hypla fluminibus folla, & vnico alueo ac maximo de qua & impetu vtriusque fluuij aquis in stagnum irrumpentibus, quum pigras Empedocles priùs ac limo torpescences, salsas stagni aquas motu copiaque dulcium nus cur di- aquarum diluiflet, ciuitatem suo ingenio & sumtibus ab ea lue liberauit. Minos conse-entres bono- Quo beneficio meritus est vt Selinontini tanquam ciuium liberatori, alterique velut AEsculapio diuinos honores tribuerent. Hinc forsitan Numi/mata selinonti- in Selinontinoru numismatibus sacra faciente aut Empedocle, aut Her-NOT N773 . cule Alexicaco, gallus & Parias ferpens ad aras AEfculapij adfculpitur: adhxc

Q

SELINONTIS. A adhæc num in altera numismatum parte in curribus Apollini sagittario, Galeotes filius; aut Empedocles, aut deniq; Hercules latus claudat, liberam cuique coniectura & opinionem relinquo. Sunt qui numilmata in agris Selinontinoru inuenta testentur, in quibus ex vna parte anguis vbera mulieris fugens, cum Græca inferiptione $\Sigma E \Lambda I N \Omega N T I \Omega N$, ex altera canis imago, vt iplis apparebat, fignata erat. Verùm quia nobis tale numisma videre non contigit, quod de eo pronunciare possimus; non habemus: sin ipsi, qui ea de hoc nummo eiusque signo prodiderunt, non allucinentur, fymbolum illud Salutis fuit & fublata pelte ob falubritatem ex remedio sequutam nummum signatum indicat. Selinontij **B** Iouem quoque Olympicum venerabantur : nec domi folùm Ioui Forenfi templo extra mœnia constructo, sed & in Alti (oppidum id est palustre in Olympia) Iouem antequam ab Hannibale oppressi fuerunt , insigni thesauro ditarunt. In co templo & Liberi Patris signum, ore, pedibus, Selinus verò vrbs nouis Paufan. in Helia. 2. & manibus eburneis Paufanias fuisse foribit. ijfque Megarenfibus colonis frequentata, maximis statim incrementis, progressibus víqueadeo aucta est, vt Selinontini Heracleam à Pœnis, & stlinon Segestanis armis occupauerint. Dorieo atque alijs, præter vnum Eury- RVM " leontem, Heracleensium ducibus, qui cum Dorieo in Sicilia venerant, à gesta. Pœnis & Segestanis iam antea in prælio interfectis; Euryleon collectis, c qui post Doriei cædem superfuerant, reliquijs, Heracleam eiectis inde Selinontijs recuperauit. Verùm quum Heraclea fub Pythagoræ dominatione seruiret, Euryleon fædere cum Selinontinis facto, vrbi liber- zv kytatem eiecto tyranno asseruit. Inde ipse occasione temporum vsus, Seli- linontinora nontinoru Rempublicam occupauit. Cuius iniusta dominatione vexati tyrannue. cines; haud multo post impetu in Euryleontem facto, in Iouis Forenfis templo, quò vite sue consulturus confugerat, eundem confoderunt Bellum inde Selinontini BELLVN fimul ab vnius dominatione se liberarunt. cum Segestanis ob agrorum fines, quos Amphisbetes amnis distinguebat, & ob sponsalia quædam (vti in Segestanoru historia memorauimus) segestanie, D gesserunt : victoriaque potiti, quum Segestanis insolentiùs insultarent, ad imploranda Athenienfium fubfidia eofdem impulerunt : Selinontini autem Syraculanorum locietate & armis protecti, quum Athenienfibus in Sicilia deletis, Segeltanos iterum rapinis deprædationibulque vexarent; Segestani vltionis auidisocietatem cum Pœnis contra Selinontinos coëunt, & auxilium duce Hannibale Gifconis filio impetrant. Hannibal

dux acer & irarum impotens, iple per le Selinontinis perniciem iam pridem struebat, quòd pater eius Gisco à Pœnis exfilio eiectus, & Selinontinorum contumelijs in calamitate sua exagitatus, ibidem interierat. Qui postquã cum centum armatorum millibus ad Lilybzum promontorium P

2

exicen-

SELINONTIS. 116 exicenfionem fecifiet, auxilia à Segestanis ex pacto promisfa enocat: hinc A. in Selinontinos mouet : Mazaram emporium quod ad eiusdem nominis fluuij oftium erat, deditione capit.inde bipertito agmine Selinontem petit, & subita obsidione claudit. Accidit ea res Selinontinis præter opinionem: quòd ipfi foli Pœnos contra Gelonem ad Himeram vrbem fubfidio. & comeatu iuuissent, & clade dissectos benigne & comiter habuissent: quare pro tanta fide & beneficentia gratiam exspectabant. Addebat ijs fecuritatem, quòd Græcarum vrbium societate & armis subnixi; minùs fibi à Pœnorum vi metuerent. Inuasit itaque Hannibal Selinontinos ab omnibus ad obsidionem perferendam necessarijs imparatos. Selinontini tamen postquã se à Pœno vrgeri vident, animos tanto periculo pares B sumunt, constitutoque aut strennuè vincere aut fortiter mori. edicunt. yt quibus robur & xtas vigeret, vrbem acriter defenderet: quos xtas aut fexus imbecillitas excularet, vt ij propugnatoribus tela, arma, fagittas, & cibaria, ne à propugnaculis dilabi cogerentur, subministrarent: & vt se focioru quoque armis tuerentur; vbi tenebræ ingruiflent, equis dispositis celerrimos quolque cum mandatis emittunt, qui opem à Syraculanis, Agrigentinis, & Gelenfibus labantibus ipforum rebus peterent. atque ij benigne quide à socijs auditi sunt & auxilia promissa. Ceterum dum Agrigentini & Gelenles, Syraculanos tardiùs lele molientes vt le cum ipfis ad suppetias Selinontinis ferendas coniungerent, exspectant, Selinontini c interea iam nonum diem ab Hannibale, qui nihil ipfis ad respirandum spatij dabat, oppugnati, fessi fractique, Pœnisq, per collapsam murorum partem magno impetu irruentibus cedere coacti misere contrucidantur: omniaque cædi promiscuæ, ita vt nulli etati aut sexui parceretur, miscentur. Mulieribus, quæ cum liberis impuberibus ad templa aralque Deorum confugerant, Hannibal non ob religioné, sed ne per desperationem prædam corrumperent, parci iussit. Sedecim Schnontinorum millia trucidata, quinque capta traduntur. Ceterùm Selinontini qui ad duo millia quingenti ante cladem vrbe cesserant, ab Agrigentinis benignissime excepti & comiter habiti sunt. Vrbe antem iam capta missique à Syra- D cufanis in auxilium quattuor millibus, Selinontini, qui Agrigenti erant, postquam serum auxilium venisse nunciaretur, Legatos ad Hannibalem mittunt, vt captiuos redimere liceret; & ne Deorum templa violarentur precaturos : ij fuperbum & crudele ab Hannibale refponfum tulerunt; Selinontinos feruitutem quam Segestanis minabantur habere : Pœnorum, quos olim, occupata per vim Selinonte, trucidassent, Manibus sanguine fuo parentasse, Deos iplos ob tanta facinora iratos vrbe cessifie, nihil iam in ijs quod profanari poflet relictum. Selinontini mox alteram legationem per Empedionem ciuem suum, & Pœnis necessitudine officio-

BELINVS À Poznis Espis.

- SELINONTIS • officiorum coniunctiffimum mittunt; supplicantes ne in vrbem, que fatis iam pœnarum dediffet, ad exitium fæuiret. Empedionem Hannibal benigne excepit; eius fortunas, quas per præconem antequa vrbs expugnaretur faluas effe iufferat reftituit; vt autem templis parceretur impetrari non potuit, vrbé verò vti Selinontini, qui reliqui à clade supererant, instaurarent, modò Pœnorū tributarij elle vellent, concessum. Selinontinorum deinde oppidum Hermocrates Syraculanus patria ob factiones pulsus, & Dionysij senioris posteasocer, quum reditum sibi ad infrantata Syraculas per vim aperire frultra conatus ellet, inltaurauit; atque iis, qui à clade superfuerant, vndique conuocatis additisque nouis insuper co-
- **B** lonis, fex millia ciuium ad frequentandam vr bem collegit. Succedente deinde bello Punico secundo Selinontini M. Marcello Syracufas obsidenti subsidia quæcunque potuêre miserunt : hinc quum Sicilia in pro- P.R. uinciæ formam redigeretur, Colonia iure Italico deducta est. Id quoque addam, dum Selinon nobis eius rei memoriam fuggerit, apio victores in Nemeis ludis coronari folitos; idque ab Hercule inftitutum : qui quum Leonem ibidem, fine telo, ferro, aut claua, fed manibus tantum confeciffet, apio viridi sele coronagerit : atque hanc ob causam Selinon à Poëta Pindarue Lyrico herbam leonis vocari. Ceterùm qua ratione Timoleon ad Crinifium amnem Pœnos inualurus, suos suncito apij omine, quod ab aga-
- c sonibus ad iumenta substernenda ferebatur, consternatos, eodem in melius conuerío, quod apio quoq; victores in Nemeis coronatentur ad victoriz spem erexerit in Syracusanis rebus prosequuti sumus. Obseruo à Strabone, iuxta Orobias Eubææ infulæ Selinuntij Apollinis & oraculi eius mentionem tieri, cetera non prodi. quòd etiam si non satis conster, an adistos Selinontinos referendum sit an ad alios, hoc tamen loco ob nominis affinitatem addere placuit. Selmontis namque nomen varjis in locis & regionibus, multis fluminibus commune fuit. in Ephefo przter Dianz templum, amnis hoc nomine fluebat: per AEgiorum quoque agrum in Achaica regione Selinus labebatur. itidem in Elide per Eleam
- D oram, quartus iuxta Cragum Pamphyliz montem. Ceterum Selinontis in Sicilia oftio Coffura infula in mari Africo obiecta erat diftabat ca- cosso dem à Sicilia LXXV. P.M. Patebat ambitu suo XIX.M.P. Vrbem habebat Anno v.c. ciuldem nominis De Cossurenfibus bis à Coss. femel à Ser. Fuluio Nobilio- CDXCIX. re, iterumque à M. AEmilio Paullo collegis, & alternis diebus bello XIII. Kal. Punico primo naualem Triumphű esse actum Fasti Capitolini testan- line xx tur.Geographus Ptolemeus Selinontis fluminis oftium sub longitudine Kal.Febr. xxxv11.partium & trientis; sub latitudine xx xv1.partium & quadrantis sele in mare Africum exonerare scribit.

Digitized by Google

ΦIN-

ϕ in TIA Σ .

Å

PHINTIA aritima. Sofin, f.

ti8

PHINTIA mediterra-

NI stipendiarij pop. Rø.

Numi(ma Phintis.

GELON, Sicilia Rex. de cnius vita inf. pluribus..

lonis fidus CARIS.

Belmie Inpres.

E PHINTIAE vrbis origine, situ, & rebus gestis, siue temporis iniuria, fiue scribentium incuria, sine propter ipsam per fe loci obscuritatem, præter nominis memoriam vix aliud fere ad nostram cognitionem peruenit. Ptolemaus fub Phintia nomine vrbium duarũ meminit; vnius maritimæ, quam ad oram maris Libyci vltra Selinontem vIII. р.м. in orienté fubmouet : alterius in meditetraneis Siciliæ, eamque cum Gela vrbe, sub eadem parallelo, ceterùm versus occidenté quindecim. P.M. distinguit : Phintiam verò maritimam ad Soffij fluminis oftia collocat; quumq; à Plinio eodem loco Atys oftium 🖪 nifi fallant nostri sæculi scriptores, describatur; idem qui Ptolemæo Atys Plinio Sofsius erit. distabitque à Gelz siue Himerz ostio versus occafum.Lx.p. м. Phintiæ maritimæ longitudiné Ptolemæus x x x v 11. partium cum besse; latitudinem x x x v1. cum triente ponit. Idem Phintiæ mediterraneæ longitudinem x x x v 111. partium cum besse, latitudinem PHINTIA XXXVI.S. adleribit. Addit Plinius Phintianos Populo Romano stipendiarios fuille vtrosque ne sub eiusdem populi nomine, an alterum tantum complexus fit, nobis æquè incompertum eft. Ceterùm quod ad Phintiæ numilma pertinet, quia aduerla eius pars faciem regis exprimit, cuius nomen exolescentibus præ vetustate notis à nobis agnosci non po- c tuit, hanc Gelonis effe verifimile est : tum ob oris fimilitudinem, quam cum aliis nummis, qui faciem eius exprimunt, habet; tum etiam quod caput diademate laureato, vt & in ceteris Gelonis numismatibus, reuinctum sit auersa numismatis pars cane signata est. Quod si nostra de Ge-PyrrbuGe- lone coniectura non fallit, simili nec improbabili coniectura, Pyrrhi, qui Gelonis canis fuit, sagacitatem, vigilantiam, & fidem, eo nummo commendari credere licer: qui incredibili in Gelonem dominum suum, dum adhuc in viuis ageret, fidelitate usus, ne à mortuo quidem defecisse, sed in heri fui rogum faltu fe coniecifie, vnaque cum ipfo crematus traditur, Commendatur & à simili euentu maximorum regum, Cyri, Darij, Ly- D fimachi & aliorum quorundam canum fides. Facit etiam Canis imago, vt lupi mentionem; eius inquam, qui Gelonem puerum adhuc prodigiosè conferuatie traditur, faciamus. Lupum enim, quum Gelo prima Mineruz tirocinia positurus tabulam manu teneret, eandem ipsi eripuisse; Gelonem verò magno cum clamore lupi vestigia ; vt tabulam eriperet, infequutum; & dum ceteri (centum enim eiusdem collegij pueri crant) in Gymnafio tumultuantur; ædes ruina collapías vniueríos ipfius collegas vnà cum pueritiz formatore oppressifie memoriz proditum Hæc hucusque prosequuti sumus, vt studioso lectori liberam eit. coniectu-

H E Ŕ A C L E AE.

A contecturandi opinionem aperiremus: nunc de Selinontinis aquis, que sur an ad hunc víque tractum pertinebant, paucis addemus; eas corpori hu- "qua. moribus prauis torpescenti salubres, quod sudorem calore suo prolicerent, & humorum contumaciam edomarent, efficaci remedio falutares fuisse serie du printiano Lycus flutius oriebatur; qui iteris. quod pace, quam Timoleon cum Pœnis fecit, termínus vtriusque prouincix ad occidentem effet, à scriptoribus celebratus est:

ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ.

HERACLEA Lacedemonioru: eadem & MINOA prius dicta, Cretenfiu Colonia.

B

ERACLEAM ab Herculis nomine dictam, Dorieus Sparta-HERA-CLEA de nus gentis Heraclidarum in ruinis MINOAE vrbis cis oftium que condità Lycifluminis cõdidisle memoratur. Ceterùm quia Heracleam confuso nomine MINOAM quoque dici observo, officiosè nec

præter ordiné me facturum puto, si paucis primùm èa que de Minoa apud Scriptores exstant recensuero; denique de Heraclea, quæ ab antiquitate produntur subiecero: Minoam igitur à Cretensibus condita Gtzcorum Annales teitantur : addunt caussam & occasionem:Quum namq; Minos MINOS Cretensium Cretenfium rex, cuius ob Iustitiam celebre nomen est, à Dædalo architecto Rex. proditionis pænas exacturus, eundem auxilio vxoris fuga elapíum, & à

- c Cocalo Sicaniæ rege receptum intellexisset j Legationeque missa; qua fontem ad capitis supplicium reposcebat, nihil profecifict; ipse cum validissima classe instructa, & maximis copiis vndique coactis in Sieiliam vela facit:vt quod amicitia non poterat, armis Dædalum in potestatem redigeret. Exfcentione itaque facta, fugituŭ fuum ad necem, nifi Cocalus bellum experiri mallet, reposcit. Dædalus artis peritia & publicis omid. Mei operibus Siculorum animos sibi demeruerat, & Cocalu priuatis quoque 8. vers. 12 officiis fibi deuinxerat; supplicem itaque Cocalus conservare statuir. gazzz Ó ∫cq. Ceterùm quum Minosarmis & opibus vrgeret, & Sicanorum exitio imminere videretur, eundem promissis mitigatum dolo, structisque per
- D filias suas infidiis (quæ Minoi ob gratiam & formam commendabantur) euertere placuit: quæ ad fraudé à patre instructæ, Minoem in Thermis fele reficientem, immissa per canalem feruentium aquarum copia suffocant; & quia nulla violentæ mortis indicia adparebant, subita sideratione oppressum exstinctumque mentiuntur. Sublato Minoe & funere regio composito, Cretensibus iam duce & rege orbatis, Cocalus auctor fit, vt noua colonia Siciliam frequentarent. Cretenses igitur partim tædio nauigationis; tum & quod nullius iam imperio regerentur, atque hine factionibus laborare inciperent, regis confilium fequuti, ad Lyci fluminis, quà in ortum ora maritima flectitur oftium, Minoam à desiderato Minos rege condita,

120

HERACLEAE;

Dorieus Lacedamo

CLEA condita. Nummi Her acles ĵes.

HIRA-CLEA enor fa.

tyranaus.

rege Minoë nominatam vrbem condunt, anno, fi recte putant Chrono- 🛦 logi, ante excidiú Troię quadrage fimo. Minoa deinde euería (qua occafione aut cuius armis incertu)ex eiusde ruinis Heraclea, nomine abHercule veluti originis auctore repetito, Doriei Lacedæmonij aufpiciis, qui gentis Heraclidarum erat, erecta scribitur. Dorieus namque amicorum confilium sequutus, quum intellexisset Erycinos, quos Hercules, Eryce, cuius tyrannide premebantur, interemto, libertate & legibus donaucrat, fanctione ab eodem Hercule obstrictos; qua nullum nisi qui è gente Heraclidarű effet Regem admitterent: aut dominari paterentur; quumque idem & Apollo confultus oraculo respondisset; classem, quam vt Africam repeteret instruxerat, Thessalo, Celea, Euryleote, Spartanis, & Chi-B lone Athenienfi fociis fibi adiunctis in Siciliam vela facere iubet:exceptusque ab Erycinis vrbem Heracleam ab Hercule generis sui auctore dictam ex prostratæ Minoæ ruderibus condidit : argumentum etiam nominis ab origine repetiti numifmata produnt : in iis namque Hercules Leonem conficiens vario gestu arque habitu conspicitur. Ceterùm cum Heraclez incrementum, & nouorum colonorum vndique affluentium frequentia opelque vrbibus Pœnorum metum & inuidiam mouillent; Pœni, vt eius potentiam frangerent, inita cum Segeltanis societate, factaque in agros Heracleenfium excursione, agunt, feruntque omnia; inde Heracleenses cum ipsis congredi ausos, variisque præliis fractos, ducibus C corum Dorieo, Thessalo, Celea, & Chilone trucidatis, vrbem præsidio nudatam diripiunt, ac demùm euertunt. Solus Euryleon cædem suorum postea vlturus tantæ cladi superfuit. Mox Selinontini vrbem à ciuibus defertam armis occupantes, nouos eò colonos adscripserunt; & Minoæ iterum nomine donarunt. Euryleon verò ciuibus, qui post captam Heracleam bellique cladem reliqui erant, vndique collectis, magno impetu vrbom adortus recipit : ac nouis colonis ad imperium coactis priltinum Pythagoras Vrbi Heracles nomen restituit. Posthæc quum Pythagoras eandem dominatione sua occupasset, Euryleon facta cum Selinontinis conspiratione tyrannum eiicit; restitutaque Heracleensibus libertate, ipse Seli- 🗅 nontinorum tyrannidem inuadit, (vt in Selinontinis memorauimus) Sed Selinontini Euryleontem impotentiùs sele efferentem, facta seditione in templo Iouis Forensis trucidant. Observo & Gelonem Syraculanum, vt Doriei mortem vlcisceretur, bellum Pænis & Segestanis mouifie, Spartanis vt gentilis fui cædem vlcifcerentur, in focietatem vocatis:ceterùm ab iis neglectum propriis auspiciis rem fortiter & feliciter contra vtrosque gestisse; Post Gelonis mortem Heraclez dominationem à Dionylio quoque Tyranno affectatam fuisse, inde in Pœnorum potestatem concessifile argumento est, quod Dio Syracusanus bellum Dionylio

HERACLEAE.

A Dionysio iuniori facturus, ad Minoam è Græcia appulerit; quæ id temporis Pœnoru præsidio Præsectoque Synalo tenebatur; atque ab eodem Synalo fiue Paralo(variat enim apud auctores nomen) Dionem benignè exceptum: quodque amicitiz cum Dione & holpitij necellitudinem antea coluiflet, tum quoque commeatu, opibus & confilio adiutum fuifle. Adhæc quum Amilcar Siciliã pace, quam Agathocles turbauerat, composuisser, Heracleam inter Græcas ciuitates, quæ ditionis Carthaginienfium fuerant, & deinceps futuræ ellent, nuncupatam lego : poltea tamen à Xenodico Agrigentinoru duce, qui Siciliz seruitutem ciecto Agathocle & Pœnis profligatis excutere conabatur, libertate donatam. Agatho-

- B clem deinde victo ad Agrigentum Xenodico, vrbem magna vi adortum expugnasse; direptamque in seruitutem redigisse. Agathocle defuncto, ac Sicilia ruríus P œnorum armis turbata, verifimile eft, eandem in Carthaginienfium ditionem conceflifle, quòd Pœnorũ claffem atque copias bello Punico primo excepisse memoriæ proditum est. Circa Heracleoticamoram M.Atilius Regulus Amilcarem & Hannonem Carthaginien. fium duces nauali prælio vicit, profligatoque Hannone, Amilcarem intra Heraclez mœnia à Regulo compulsum scribitur: Inde quum Carthalo Adherbalis, eius qui P.Claudium Pulchrum 🕈 nauali pugna deui- 🕇 🛲 v. cy cerat, Legatus Iunij Confulis Quæstorem magno impetu insectaretur; """
- **C** Quæftor metu & formidine confternatus, claffem in proxima Heracleæ -litora subduxit; atque ex anfractibus & rupibus; quæ longo in mare supercilio prominebant, sagittis ac fundarum iactibus, Carthalonis naues -repulit. Observo tamen eo tempore quo Lilybxum exercitus Romanus obsideret, Romanis ab Heraclea commearum fuisse subuectum. Bello inde Punico fecundo, Himilco qui ad Pathyni promontorium clattem -dia tenuerat, ad Heracleam, fiue vt Liuius prodit, ad Minoam, quinque -& viginti millia peditum, & tria equitum, & duodecim Elephantos expoluit. Subacta deinde in provinciam tota Sicilia, quo iure, aut quibus legibus in potestatem. Po. Rom. venerit, vt non satis aperte constat, ita D istud veterum auctoritate confirmatum est, quum Heraclea ciuibus ob
- abellorum & tumultuum frequentiam exhausta esset, P. Rupilium Con- Anno -fulem post debellaros in Sicilia fugitiuos, ex Senatus consulto coactis do- post a.e. mum redire veteribus; & nouis ex Siciliz vrbibus colonis in ciuitatem -adicriptis, Coloniam ibi constituisse; legesque Heracleensibus de cooptando Senatu, qua ærate, è qua gente, & quo ceníu legere tur dedifle; & ad deditionem euitandam flatuille ne nouorum colonorum numerus veteeres excederet. Heracleam Ptolemzus Geographus longitudine xxxvIII. se trientis, latitudine x x x v1. partium cum quincunce definit.

AKPA*

ΑΚΡΑΓΑΝΤοΣ.

а G R I G E N T V M, Gelenfium Colonia.

GRIGENTVM vrbs soli fœcunditate, & situs amœnitate, tum rerum geltarum memoriâ , & lecundarũ aduerlarumque

nomen à Latinis appellatum, & Agriditti. AGRI-GENTVM à quibus conditum.

EMPO-RIVM

viciflitudine inter omnes Siciliæ vrbes poft Syracufas fecūda, ab ora Libyci maris mille quingétis passibus distabat, nomen ab ora Libyci maris mille quingétis passibus distabat, nomen Vrbis, mon-Vrbu, mon-tu, o flumi ab amne, quod eius mænia præterlabebatur, sortita. Axpayas verò vocabulum on TE anpe ng yas Dorica forma conflatu volunt: ob summam Agrigétum terræ agrique quem irrigabat fæcunditatem. Agrigentum condiderunt Gelenses, postquam Gela ciuitas intra annos centum & octo in tantam B gentini in-sola vel amplitudiné creuisset, vt ctiam magnitudine sua laboraret.placuit staque Acragantini quò se à ciui u turba exonerarent, nouam deducere coloniam: creatisque in id Aristone & Pistillo Duumviris, anno post Syracusas ab Archia occupatas vltra centesimum quinquagesimo quarto', vrbem ad Agrigentum flumen condere cœperunt : deductifque eò ex Gelensibus ciuibus strabo lib. magnâ frequentia colonis, ciuitatis statum Doricis legibus, (vti Strabo VI.Geogr. tradit)Ionicis composuerunt. Vrbs ea à primis statim initijs maxima incrementa sumsit; Agri enim circumiecti fertilitate, vini olcique prouentu & annonæ copia luxuriabant ; adhæc commerciorum cum Pœnis & Afris, qui tum ægris prouentibus laborabant, frequentia, tum opibus & G potentia florebat. denique affluente vidique eò peregrinorum multitudine, quæ sedes sibi apud Agrigentinos quærebat & impetrabat, vrbis pomœrium víqueadeò ampliatum produnt, vt decem millia passum ambitu complecteretur: ciuium verò octingenta millia cenferentur. mox in Agrigenti- suburbio ædificijs secundum Agrigenti fluminis ripas cum iure ciuitatis Allians exitructis, & per mille quingentos pallus ad portum víque maris contilib.x 11.Va-ria Historia nuatis, altera veluti Vrbs ad oftium fluminis condita eft:quæ à commercap:29. Platonie de ciorum & mercatoru frequentia ac foro, * Emporium Agrigentinum appel-Agrizetinio labatur. Exitat facetum Empedoclis de ciuibus suis + Apophthegma; Empedocli Agrigentinos adificare, Ut Semper Victuros; genio indulgere, Dt postridie morituros. tribuit Diog. Lairt. In tanta namque rerum affluentia, etiam luxu & voluptate eneruatos Diereni Cy-fuisse Athenzus prodit; ita vt tabernam meritoriam, in qua comessationico de Me nico de Me-garenfibusⁱ nibus & epulis in omne genus luxuriæ licebat indulgere, publice exstru-Tertull. in Apolog. 6. xerint; cui nomen Triremus, ex ridicula admodum occasione, factum fue-Hiero. epis. rat; conuenerant namque in eam domum adolescentes aliquot patricij, x1.ad Agerochiam. qui quum poculorum concertatione, meroque largiore incaluissent, & Rhodio de. vertigine ac lenlui iudicijque impotentia furerent; in triremi lele maris RhodijsPlu-tare. lib. de la Aationibus periclitari credetes debacchabantur; & quidquid vaforum enpiditate & instrumenti domestici erat, veluti iacturam, vt nauim exonerarent facientes,

122

AGRIGENTI

A facientes, è domo in publicum proijcere; votis redittim incolumem petere : quumque post biduum etiam magistratuum & Senatus auctoritate obiurgati vix tandem ad mentem redijssent, ob rei nouitatem, & fœdissimum ebrietatis exemplum ædibus nomen trirems ab Agrigentinis datum fuisse foribitur. Refertur quoque in luxus ostentationem Agrigentinos lecythis, xistris argenteis; ac lecticis eburneis vsos fuisse. Fluuium autem su Agrigentini torma puerili depingebant; eique diuinos honores deferebant; ac signum eiusdem ex ebore apud Delphos dedicauerant:

Publicis ædificijs atque octo, quorum memoria exítat Deorum templis; adhæc aquæductu Phæacio, item Theatro, & Gelonis portu fiue

pilcina, Agrigentum magna opum oltentatione, & pari deorum veneratione excultum fuiffe obseruo: oblata ad ea opera conficienda magna operarú commoditate ex captiuis Carthaginiens, quos Gelo quum ad Himeram Pœnorum copias fudisser, ipsis ad seruitutem dono dederat. Templa quæ diximus ad Doricam formam duodecim ex vtraque parte columnis striatis, & canaliculis vndique excauatis subnixa erigebantur. quorum moles vsqueadeo infanæ, tantæque vastitatis erant, vt à Cyclopibus aggestæ, tum calce ita ferruminatæ, vtæternitatem toleraturæ viderentur. Primùm itaque AEsculapij templú, quà vrbs occiden-1. TEW-tem & Heracleam respiciebat : in co fignum Apollinis pulcherrimum AEsculapij.
 visebatur, Myronis auctoris nomine argenteis characteribus ijsque minutissi femori impresso inferiptum: quod fimulacrum, quum à Carthaginiensibus expugnato Agrigento ablatum fuisser

Carthagine Scipio Aimilianus restituit.

Alterum ab AE[culapij fano trecentis paffibus ad orientem fitu erat, 2. +14 Ioui Olympio facrum: & omnium, quæ vnquam in Sicilia fuerunt, maxi-Ioui Olympio facrum: & omnium, quæ vnquam in Sicilia fuerunt, maxi-Ioui Olympio facrum: & omnium, quæ vnquam in Sicilia fuerunt, maxi-Ioui Olympio mum. Eius namque latera fecundu longitudinem CCCLX. pedes exten-Ioui Olymdebantur : latitudo LX.altitudo quæ folo exftabat CXX. pedu fuifle fcribitur. In porticu templi quæ orientem spectabat, gigantum conspiratio & pugna depicta erat, qua Iouem cælo pellere moliti sunt, pulchritudine D & statuarum amplitudine admiranda. In porticu huic aduersa Troiæ excidium tanto artificio expression erat, vt heroum corpora non tam

fculpta quàm viua crederentur. Tertium erat templum Herculi dicatum propè forum & fola via à Iouis æde seiunctum : haud longe à mœnibus vrbis quæ mare respiciebant. In hoc erat Herculis simulacrum ex ære fusum, ita elaboratum, ac tanta arte perpolitum, vt pulchrins fibi nullum fuisse vnquam visum Cicero oculatus testis.affirmet: cui & ipsim. Tulinu quum Verres sacrilegas manus per seruos intentasset, à ciuibus qui Hertur di serue seru

Q_2

Alcmena

A. TEM-PLVM concordia.

124

). 1 E

PLVM IN-† Cicero Rhetotica.

CITIAE

fanum. 7. PRO-

SERPI-

Alemena matre & patre Amphytrione parentibus, dracones strangu- A lantem magno artificio expresserat : quam auctor quum nullo precio permutari pateretur, Agrigentinis dono dederat. Quartum erat Concordia templum quod ab Herculis quingentis ferè passibus in ortum distabat; id Lilybætani ab Agrigentinis victiex fædere suis sumptibus 3. TIM- erexerant, vt Epigrammate etiamnum superstite testatum est. Quinnonie Luci- turn erat Ienomi Lucina facrum; in quo tabula lunonis fimulacro & Zeuxis artificio nobilitata spectabatur. Zeuxis namque etsi + absolu-Procemio in tillime omnia pingendo exprimeret; dum tamen Iunonem pulchrituinuentione dine omnibus partibus exacta reddere studet, ex toto Agrigentinarum virginum cœtu, quas nudas exhiberi petijt, quinque forma & venustate 🕱 præcipuas delegit; ex fingulis deinde quod in quibufque maxime eximium & præstantissimum crat, in effingenda Innone expressir. atqui id Iunonis templum Gellias (de cuius liberalitate postea latiùs agemus) capto à Pœnis Agrigento, vt se ab hostium crudelitate & ludibrio tuere-6. PV DI- tur, igne iniecto ac sele ipso in flammas præcipitato, combussit. Sextum inde fanum Pudicitia facrum erat, omnium, excepto Iouis Olympij, maximum & celeberrimum. Septimum Proserpina dedicatum ac magna NAL edes. veneratione excultum: its vt hinc Agrigentum * à Lyrico Proferpine à Pindare. Sedes vocetur. Dez festa duo sollemnia grant: vnum Anacalypteria; quòd Proferpina à matre Cerere per triduum desiderata, subito apparuisset; c

AGRIGENTI.

Alterum Theogamia; quòd post longa quærendi fastidia, tandem à ma-8. TIMtre reperta, in cœlum ad louem redux translata crederetur. Octa-PLVM CAuum inde templum Castori & Polluci exstructum erat. Agrigentini enim Caftorem & Pollucem præ ceteris heroibus in Olympicis venerabantur; isidemque domi Theogonia festa instituerant. Hæc itaque octo erant apud Agrigentinos templa.

Aquaintus

ftoris & Pollncis.

THEApiscina.

Erant & Aquaductus sumptuos admodum structura; quibus ex col-Pheneime. libus ad quorum radices & latera vrbs condita erat, vicinilque fontibus aquæ in vrbem deducebantur. ijs construendis quum Phæax Agrigentinus à Senatu Præfectus fuisset, hoc sua industria & fide promeritus est, D vt ea aqua deinceps Pheacia ab ipfo appellaretur. Theatrum quoque grigentinit. in vrbe maximum & eminentissimum fuisse Iulius Frontinus testatum Bontys reliquit. Portus quoque siuc piscina ad occidentalem vrbis partem sumptuosisfimi operis effossa, Geloni regivt amico & benemerito consecrata erat. Ea ambitu septem stadia complectens atque in altitudinem triginta pedum depressa, omnium vndique fontium & fluuiorum aquas excipiebat: omni piscium copia abundans & cycnorum gregibus frequentata, alpectu & aëris falubritate amœnissima.

> Nunc ad reliqua, quæ extra vrbem admiratione digna produntur, exipa-

A G R I G E N T I.

125 exspaciemur. A prise lacus fiue fons in agro Agrigentino describitur. in quo bitumen pingue, liquorisq; oleacei su pernatet, cuius loco vnguenti in curandis armentorum hominumque morbis vsus erat.Fuit & alter fons dulcis & potabilis, cuius tamen aqua lenfim in marmor candidiffimum lapidesceret. Lacus etiam memoratur, cuius aqua falsuginem refipiebat:in quo grauia solidaque fluitare traduntur: lple autem ager A grigentinus culturæ impatiens, & cineribus torridus, quingentis fere passibus in ambitu patebat, qui aquas cineri permixtas variis in locis eructabat, Eundem stata conuersione ac singulis lustris tempestatem & nimbofas procellas magno cum cæli fragore ciere; agrique planiciem ad **B** nouem ferè pedum altitudinem per idem tempus turgescere ; & postquam magnă luti cinerofi copiă vomuerit fublidere à noftri faculi feriptoribus teltatum eft. Salem quoque in agro Agrigentino fossilem & nunc vii & olim erui folitum, qui contraria à cetero fale ratione igni allmotus iu liquorem soluitur; aquæ immersus arescit & crepitat memoriæ proditum eft. Laudatur Agrigentinus ager & ab equorum genero tate qui ad Olympica certamina in codem magna cum cura alebantur ac instituebantur : è quibus equis si qui victoriam è certaminibus reportallent, iis non folu tumulos, sed & pyramides exstruebant. Hoc quoque traditum, quum in Cappadocia generola equorum soboles olim defec ciffet; confultum Apollinem respondisse, vt ex Agrigentino agro admislarios compararent: paruisse Capadoces, atque ab eo tempore equorum armenta apud eoldem nobilillima fuille propagata. Celebratur Exzneti Agrigentini magnificentia, qui quum Olympiade secunda vltra nonagefimam victor reuerteretur, trecentis cum quadrigis, quibus omnibus equos albos iunxerat, magno cum Agrigentinorum applausu in vrbem inuectus eft. Commendatur & ciuium Agrigentinorum liberalitas & hospitalitas. Hinc Empedocles versibus suis fores Agrigentinoru om- alta canant nibus probis semper patere testatus est. Primas tamen in co officij gene- procul bine re laudis partes Gellias meritus est : is domum suam veluti publicæ libe- Procul este D - ralitatis officina, omnibus tam peregrinis quàm ciuibus aperiebat: ino- & Briffon, pibus priuatim alimenta, dotes virginibus, pauperibus lublidia, aduerla in Formafortuna fractis solatia surrogabat. Idem servos semper ad portas in oblitas statione habuisse, qui peregrinos in suam domum deducerent, traditur. in peregri-Longum fuerit si singula eius viri in peregrinos & ciues liberalitatis offi-

cia enumerare pergam: id in genere dixisse fuffecerit; opes eius vniuersas Diod. sien-lus libri x 111.Bibl. omnium quali communem ipfo difpenfatore possessionem fuisse. Ceterum quum Agrigentinoru Respublica ciuium bonoru fregentia & opibus floreret, omnium prima in Phalaridis tyrannidem prolapía in tyranni-

QJ

· scribitur: cuius originé, genus, vitamque (quia ita historiz ordo postulat) dem prolapfumi

Digitized by Google

paucis

A G R I G E N T'I.

gentinor. syrann**us**.

126

poëta.

Callafchrim.

* Angel. Politian.

spiftelis.

Perilli bos ANE NA. Ouid. in 1bim.

PHALA-RIS Agri- paucis complexuri sumus. Phalaris itaque, patria Cretensis, vrbe Asty- A phalide, patre Leodamante natus, quum domi affectare dominationem accusaretur, inuidiz cedens Agrigentum fortunas suas transtulit: quumque non opibus folum & potentia, led litteris quoque & cruditione apud Agrigentinos gratiam & auctoritatem collegiflet, omnium exterorum primus alienam rempublicam tyrannide inuafit; eo ferè tempore quo & Tarquinius Superbus Romanis dominabatur. Periclem vitiis & virtute æmulatus prifcorum monumentis traditur:folerti ingenio; animo maximo; aperta fronte; adhæc ftudiorum liberalium amantiflimus. Virtutis eius magna præclaraque documenta exstant.Inter cestefichorus tera Stefichorus Poëta Himerenfis, quem perdere poterat, non folū con- 8 feruatus, sed & arctissima posteà familiaritate cultus; pietate & beneficentia etiam in vxorem & posteritatemeiusdem propagata Item & Cal-'Ixfchrias, quem infidiarum in ipfum conuictum, Polycleti Philofophi & Medici deprecationibus condonauit. Charitonem quoque & Me-Manippum, qui in eius caput coniurauerant, ob fidem qua mutuo fefe ab exitio cum vitæ periculo conferuare laborabant, Agrigento pulfos exfilio multasse contentus fuerat. Exstant eius Epistola (quas tamé* pleriepiss. 1. de que Luciano vindicare conantur.) ve argutiis suaues, ita & elegantia eloquentizque artificio commendatz: Intervitia crudelitas prz ceteris notata elt : voluptatem namque ex milerorum cruciatibus traxille; ge- C mitum quoque, ploratu, & eiulatum tormentis laceratorum, atq; inter carnificum ac tortorum manus morientium exaudire pro deliciis habuifle; imò pe coctis quidem infantibus in cibum abitinuisse proditur. Commendatur tamen quòd crudelissimi ad tormenta artificis ingenium ipfius inuentoris supplicio expertus fimul & vltus fuerit. Bouem Perillus æneum magno artificio conflauerat : cui cum præter mugitum nihil deesse videretur, hunc quoque exprimi posse docuit; si rei & sontes boui incluss subjecto igne sension torrerentur. ita enim fore vt vox miserorum inter cruciatum cum gemitu instar mugitus è boue erumperet. Phalaris - ingenium quidem Perilli admiratus : ad tam prodigiosam tamen carni- D ficinam exhorruisse; ipsumque auctorem, vt suam tante crudelitatis officinam primus experiretur, subiecto statim igne boui inclussife traditur Phalarica Phalarica quoque Phalaridis inuentum creditur. Id telum erat concanum quod rebus ad flammam concipiendam idoneis infarctum, ficubi in hostes aut obsesses excusium adhæsisset, incendi ü excitabat. Vrbes autem non paucas, præsertim si quæ vel situ vel præsidüs munitæ, difficilem expugnationem præfe ferebant, vel longinquam obfidionem requirebant, non tam vi & armis, quàm dolo & aftutia fine fanguine à Phalaride in potestatem redactas, memoriæ proditum est. Ceterúm quum ab amicorum

AGRIGENTI.

corum præcipuis, magnorumque & prudentum virorum confilio, in his ZENO & à Zenone Eleate, vt tyrannidem abdicaret, liberè admonitus, non pa- ELEATE à ruiflet, Zeno quod verbis & ratione non poterat, re atque opere effe-Philosophies cturus, nonnullos è patriciorum numero in Γyranni cædem ad coniurationem obstringit. Quæ res postquam per indicium ad Phalaridem delata essert, Zeno tormentis subiectus vt conscios proderet nullis cruciatibus cogi potuit; contubernales tamen aliquot Tyranni & quos habebat fidillimos tyrannidis miniltros acculauit. inde quum grauioribus longè quàm prius tormentis medio in foro circumsittente Agrigentinorum multitudine excarnificaretur: Agrigentinolog; interea tanquam vilia feruitutis mācipia, & ociolos publico in malo spectatores, proprizque libertatis immemores acrius increparet. A grigentini in feditionem concitati duce & auctore Telemacho impetu in Phalaridem facto, eundem lapidibus ac faxis obrutũ anno dominationis fue decimo fexto, fiue, vt Eusebius colligit, tricesimo confecerunt. Agrigentini à Phalaridis Engel. in dominatione liberati per centu & quinquaginta fere annos libertatem conservarunt : donce Theron A Enclidemi filius, Agrigentinus quidem, Siyrannide fed qui genus à Thebanorum regibus repeterer, Rempublicam iterum liberati. occuparet. Verùm is summa cum modestia ac pari cum iustitia & cle- Agrigentimentia per sedecim annos dominatione vsus, Himerensibus interim de- nora Rem-

C iecto Terillo, yt supra memorauimus, in potestate redactis, Poenis adhæc par. Gelonis Syracufanorum regis ac generi sui auxiliis ac societate è Sicilia expulsus, sicuti viuus non mediocré gloriã, ita & mortuus diuinos apud ciues suos honores assequutus est. Theroni Thrasydaus filius, veluti in THRASYpaternam hæreditatem successit. Ceterùm quòd is etiam viuente adhuc lime eine patre tam Agrigentinos qua Himerenses, ve suo loco meminimus nul- syraname. lo non iniuriarú genere vexallet, à Syraculanis prælio fractus , ab Agrigentinis expellitur. Inde apud Megarenfes ob facinora ab Hierone condemnatus, capitis supplicium subire coactus est. Exinde pace cum Syraculanis facta breui admodum tempore lub Optimatium statu Agri-

D gentinorum quieuit Respublica; Ducetij Siculorum regis armis per- prez-Is enim dum Motyam, quæ in agro Agrigentinorum fita co- lornm Rex. turbata. rundem quoque præsidio tenebatur, obsideret, Agrigentinos congredi Morya tri-plex, ve sup aufos prælio superauit, ac Motyam expugnauit. Postea tamen Duce- docni. tio à Syraculanis infelici pugna fracto atque à suis deserto, Agrigentini normum : Motyam magna vi aggressi trucidatis præsidiariis recipiunt. Inde so- Pachynum . cietatem cum Syraculanis, vt Ducetium communem pacis publica per- promonso-riki o baes turbatorem coercerent, cocunt. Ducetius quum tantis se motibus imparem videret, postqua supplex pacem à Syracusanis impetrasset, incolumis ab iiidem dimissus ac Corinthum in exilium secedere instus est. Id

127

i 28

A GRIGENTI.

Id Agrigentini permoleste tulerunt, Ducetuum namque communem A ac publicum ex fædere hostem ipsis inconsultis non suisse dimittendum. Bello itaque tum ex ea occasione, tum ob mutuam vtriusque populi inter se æmulationem inter Agrigentinos & Syracusanos exorto, prælioque ad Himeram flumen commisso vincuntur Agrigentini. Victi pacis leges à victoribus iniqua condicione accipere coacti, cum Phæace Atheniensium Legato societatem contra Syracusanos incunt. Ceterum ea confœderatio, dum Athenienses pro Segestanis confederatis bellum Syraculanis & Selinontiis mouent, calamitatis occasionem Agrigentinis præbuit. Alcibiades namque eis in Atheniensium amicitia ac societate lecurius acquielcentibus ac subito impetu oppressi vrbis potestatem si- B mul cum libertate ademit, inde quum profligatis ex Sicilia Athenienfibus amicitiam cum Syraculanis iunxillent, quòd cum iildem lublidia Selinontiis contra Hannibalem missilient, Pœnorum in se arma conuerterunt : quorum copiis paullò ante Dionysij Senioris dominationem oppressi, & à Dapheo ceterisque Syracusanorum ducibus pecunia corruptis deferti proditique euertuntur: ita vt vix vllam vrbis faciem hoftis integram reliquerit. Posthæc Timóleon postquam Siciliam à tyrannis purgaltet, & Pœnos vltra Lycum flume summouisset; nouis ex Elea colonis deductis, vrbe & ciuibus Agrigentinis, qui dispersi erant, vndique collectis, Megello & Pheristo Duumuiris, quinquagesimo postqua de- C ferta fuerat anno, Agrigentum iustaurauit frequentauitque. Inde Agavestisierem. thocle apud Syracusanos regnante, quum à Pœnis denuo vexarentur rebus Carthaginienfium in Sicilia profligatis, non folum in libertatem fefe asleruerunt; sed ceteris etiam vrbibus, vt seruitutem depellerent, auxilia subministrarunt. Quin etiam dum Syracusanos ab Agathocle defertos, ad hæc fame & obfidione pressos torpescere vident, capto tempo-Fe iplius quoque Siciliæ regnum affectare aufi, conferiptis validis copiis Xenodicum is ducem præficiunt: qui vt lætis admodum auspiciis rem Agrigenti- tantam aggrellus est, ita tristissimo eandem euentu clausit. Gelenses autem omnes, qui graui Pœnorum præfidio vrgebantur, quum nocte per D aliquot factiolos in vrbem receptus effet, profligatis Carahaginienfibus libertate donauit. Ennenses inde tam læta Xenodici initia sequuti, postquam legationem ad Agrigentinos miliflent, suis legibus vti permissi funt. Ab his Xedodicus ad Erbessum iunctis sibi Ennésium copiis profectus elt. id oppidum acri Pœnorum præsidio defendebatur; Ceterùm ciues poltquam Agrigentinorum sele armis protectum iri vident; Pœnorum præsidiarios ex improviso adorti, contrucidatisque iisdem, postquam Xenodici se fidei permisssent, ab eodé libertati restituti sunt. Mox & in Echetlam ab Agathoclis milite occupatam, & firmis admodum propug-

Alcibiades Dux Athenienf.

enerfum. Timoleon. Dux.

GENTVM

ÅGRÍ

A G R 1-

1180-DICVS Both Dux.

Γ.

Digitized by Google

A G R I G E N T I.

- propugnaculis munitam mouet eandem obsessions, fimul & vicinos Neenitorum, Camarinæorumque agros, qui à præsidiarijs vastabantur, detenlurus. expugnataque magnis viribus Echetla, Echetlæis libertatem, agris verò pacem restituit. Ceteras Siciliæ vrbes iam ad spem libertatis ob prospera Agrigentinorum initia crectas fortuna deseruit : postquă enim Xenodicus cum Leptine & Demophilo Legatis, qui Agatho- Agathoclei clis exercitum ducebant, congressus, desideratis aduersa pugna è suis corra Agrimille quingentis, profligatus ellet, tantilla clades ita Agrigentinorii animos fregit, vt Xenodicum domi, tanquam iplius vitio malè pugnatum effet, calumnijs & contumelijs profeinderent : atque hinc difeordiz &
- factionum inter ciues initia exfisterent, alerenturque partium studia. B Quæ poltquam Agathocles intellexit, Leptinem cum exercitu in Agrigentinorũ agrum mouere, ac agendo ferendoque omnia Xenodicum ad prælium elicere iubet. Agrigentini itaque postquam fumus ex villarum, agrorumque incendijs in oculos atque ora venit, Xenodicum iterum vt pauidum, vt cunctatorem & luorum proditorem increpatum ac probris oneratum ad pugnam extrudunt. Vbi ad manus ventum est, cum Agrigentinus luxu eneruatus & ad ducis sui monita contumax, segniter atque otiosèrem gerens, holtis impetum non sustineret, turpi fuga vrbem repetit. Hinc ciues Xenodicum vt & iftius cladis auctorem ad fupplicium
- C depolcunt. Saluti fuit, quòdis vitz luz & honori confulturus opportuno fugæ confilio Gelam fe receperat. Agrigentini duplici iam clade accepta animis delectiores pacem cum Agathocle fecerunt : post cuius mortem etiam in Pyrrhi amicitia recepti sunt. Ceterùm quum Pyrrhus armis & potestate nimia efferacior, dominationem superbiùs exerceret, Agrigentini vnà cum ceteris, qui eiusdem iniurijs vexabantur, ciuitatibus, à Pyrrho ad Pœnorum societatem defecerunt. Ceter ùm bello Punico primo poltquam Hiero pacem cum Po. Ro. fecifiet, Pœni contractis copijs & connecto vndique commeatu Agrigentum pro arce & belli fede muniunt. L. itaque Posthumio Megello & Q. Mamilio Vitulo Coss. Anno Vito
- priulquam vires Carthaginien fium in Sicilia confirmarentur, Agrigen- poft Ro. 564 D tum inuadere placuit: & cum Pœnis; si pugnandi copia facerent, de sum ma rei prælio decernere: sin verò mœnibus sele hostes tuerentur; vrbem, ad Agrigenfi aliter non possent, faltem obsidione & fame ad deditionem cogere. Panu res Conuenire itaque legiones & auxilia iubent, magnoque cum exercitu contra Carthaginienses mouent: & castra vix mille ab vrbe passibus metantur. Hannibal præfidij intra vrbem præfectus quinquaginta millibus hominum imperabat. Diu tenuit ea oblidio, non sine maximis tam Romanorum qu'àm Carthaginien fium obleflorum incommodis ac difficultatibus : dum hi duabus à partibus à Consulibus Ro. obsessi du plicique R vallo

129

AGRIGENTI. 130 vallo à subsidijs & commeatibus interclusi omnium ferè rerum inopia A ac fame premerentur. Romani verò parte altera primi m Hannibalis & Carthaginienfium eruptionibus, non fine suorum czde lacessiri zgre castra tuerentur: deinde post quintum quàm vrbs obsideri cœpta fuerat mensem, submisso à Senatu Carthaginiensi cum validis sublidijs & Elephantis Hannone, interceptoque ab eodem per proditionem Erbello, quo hactenus pro horreo commeatuum Ro. vsi fuerant, ipsi quoque a duobus exercitibus inclusi non minore quàm obsessi commeatuum rerumque necessariarum inopia, adhæc graui etiam cælo pestilitate laborarent.vt nifi Hiero focius & amicus Po.Ro. subministrato peropportunè commeatu in tantis necessitatibus subuenisset, obsidionem soluere B coacti fuissent. Ita paribus vtrinque difficultatibus conflictati, protra-Etaque post Hannonis aduentum vsque ad bimestre spatium obsidione, non fine crebris interea vltro citroque velitationibus & leuibus concurfibus, redactifque inter hæc ad extremam penuriam Carthaginien fibus obsession obses die ad Romanos deficerent; Hanno tum crebris per noctem ignibus, tum per exploratores de luorum desperatione certior factus; lummam rei prælio commissurus in aciem descendit. Consules vicissim Ro. cum nec ipfi fe à fuis, quibus premebantur neceffitatibus, aliter expedire poffent, facta pugnandi potestate, suos quoque in aciem educunt. ac post- C quam diu ancipiti Marte pugnatum esset, Romani tandem perrupta prima hoftium acie, Elephantilque crebris telorum ac verutor u chibus in furorem actis ac retro in suos conuersis, signa vndique à fronte, à tergo,& à lateribus inferunt: cælaque maxima Pœnorum parte reliquos in fugam compellunt. Hinc Consules toto in Agrigentu impetu conuersi, prostratis portis vrbem inuadunt, eamque militi diripiendam præbent. Captu est Agrigentum octauo quàm obsideri cœperat mense; belli Punici primi anno tertio, varias inde aliquamdiu & acerbas fortunæ vices experta, iter u in potestatem Pœnor u venisse argumento est, quod Polybius cam à Gallis Pœnorũ præsidiarijs, quum ceteros qui Carthaginiensibus 🏼 🕨 merebant, ob non foluta stipendia tumultuari audiissent, direpta & spoliatam scribit. Postea iterum à Romanis occupată vel hinc credere licet, , quod Liuius tradit, A grigentũ ab Imilcone Pœnorũ duce interceptum, eo tempore quo Marcellus Conful Syracufas obfideret. Postea Marcellus -Syracufis per proditionem potitus, rebufq; in reliqua Sicilia compositis Linins lib. ad conficiendas quæ circa Agrigentű restabant belli reliquias profectus NORVM Hannonem & Epicidem Pœnos, prioris ad Agrigentum belli duces, ocad Agrigen- culto Numidarum auxiliarium, qui fub Mutine Carthaginienfibus mili-Panie res tabant, studio & fauore vsus, circa Himeram flumen aduerfo prælio non 1 fine

Hanno dux Carthagi-

niensis.

A GRI-GENTVM à Romanis CAPINM. Polybins *kib*, 1,

26. ROMA-

Seft2.

A G R I G E N T I.

- A fine magna clade fractos, fuga inter Agrigentum compulit. Post Marcelli autem è Sicilia profectionem, M. Valerius Læuinus Consul in Siciliam missus, Legiones in Agrigentinos eduxit: quumque Hanno æmulatione rerum à Mutine equitatus Numidici præfecto gestarum, quibus totam Siciliam suo nomine implerat, veritus ne illius gloria sue famæ officeret, adempta Mutini per inuidiam Præfectura, candem filio suo contulisset, Mutines ea iniuria offensus, miss ad Læuinum Consulem nuncijs, clandestinas cum eodem de tradendo Agrigento pactiones facit. Hinc Numidæ, qui Mutinis imperio parebant, portã, quæ ad mare ducit, occupantes, pulsis inde custodibus, Romanos per eandem in vrbem
- B admittunt : qui citato compositoque agmine transcuntes, antequam à Pœnis aut oppidanis perciperentur, valido cum clamore forum tenuerunt. Hanno co tumultu perculsus, postquam è clamore vrbem à Romase compatam intellexit, statim fugam arripit : ac per portam auersam de cum Epicide & paucis aliquot emissa ad mare peruenit : atque ibi perse capium, opportune paruum nactus nauigiũ, relicta hostibus Sicilia (pro qua per fexaginta annos plus minùs certatum fuerat) in Africam cum comitibus traiecit. Reliqua Pœnorum Siculorumque multitudo, dum intercluso passim exitu, circa portas & muros oppidi fugam & exitum quærens tumultuatur, cæsa est. Læuinus Consul oppido recepto, præcipuos
- C quoíque & qui apud Agrigentinos capita rerum fuerant, virgis cælos fecuri percullit: ceteris cum vniuerla præda diuenditis, pecuniam inde confectam Romam milit. Vulgata per Siciliam Agrigentinæ cladis fama, omnis repentè ad Romanos inclinauit: & fi quæ reftabant oppida, ijldem breui tempore aut vi & armis, aut metu & deditione in Romanorum poteltatem redactis & receptis, Pœnilque ex vniuerla Sicilia eiectis debellatum eft. Agrigentum de hoftibus Pœnis captum leges à victore Læuino accepit, & postea vniuerla prouincia iam confeca, quum Siculi vniuerli fuis quiq; fedibus restituti, pristinos agros pridem propter bellorum tumultus, ac motus defertos, colere, arare, ac
- D serere inberentur. Quumque T. Manlius per id temporis prætor, Agrigentinos tot belli cladibus exhaustos atque vrbem ipsam cinium infrequentia propemodum desertam ad Senatum perscripfisset; Senatus consultum accepit, vr de oppidis Siculorum colonos Agrigentum deduceret. Hinc quum duo iam Agrigentinorum genera essent; vnum veterum, alterum colonorum. P. Scipionis legibus cautum est, NE plures essent ex colonorum, quàm ex vetere Agrigentinorum numero : Additum & de coo
 - ptando Senatu, N E quis minor triginta annis natu; néue quis, qui turpem quastum AGRIfecisset, legeretur; itidem de censu eius, qui legendus esset, & ceteris rebus. GENTI-Verres tamen Prætor, qui omnia iura pretio exæquabat; non modo Respublica R 2 illa

131

132

Cicero Ver- illa quæ ordinis ætatisque erant, permiscuit, sed & in his duobys nouo- A ennime Pe- rum veterumque ciuium generibus delectum pecunia accepta perturbasse ab Agrigentinis postea accusatus est, Agrigenti & mediterranei oppidi longitudinem xxxv111. s. partium, Latitudinem xxxv1. cum belle Ptolemæus menlurat: Agrigentini verð vi Emporij longitudinem triente vnius partis Orientaliorem; latitudinem quadrante partis Australiorem ponit.

HIMERAE.

$I M E P A I \Omega N.$

a da

MAE, UTbs.

имекен s e s non ex ordine neque fitus ratione, fed no- в minis affinitate decepti. (vt in Thermitanoru hiftoria latius 📓 minis affinitate decepti , (vt in Thermitanorű hiftoria latius à nobis dictum est) A grigentinis subiecimus: effecit que Himera fluuius pro Gela ab auctoribus etia idoneis, Liuio nimirum Diodoro, Plinio, Ptolemæoque atque aliis aliquot vsurpatus, vt hic Himerenses pro Thermitanis ficuti natura & vocabuli ratione haud multum; ita fitu & loco plurimum discrepates transpoluerimus. Himera namque Vrbs (vt memorauimus) ad Etrufci maris oram pertinebat; quare ab co loco quidquid hîc de Himera vrbe & flumine à nobis dici poterat, repetendum eft. Nunc Thermas vrbem in Libyci maris or a haud longe vltra Lycum flumen fitam, & ab Agrigento versus occasium x L millibus di- C ftantem descripturi sumus. De origine vrbis ex Diodoro obseriio, eam à Carthaginienfibus priulquam infula penitus exploratient, delecto fortissimo quoq; aut conditam aut occupatam : nomenq; vrbi Thermis ab aquis calidis factum fuisse; geminas namq; Thermas in monte, cui vrbs fubest, habebat; aqueam vnam, sudatoria alteram. Dædalum quoque antrum ex viua rupe ad Thermarum commoditatem excidisse scribitur; in quo fumus ab igne vicino euaporabat : ita vt altantibus paullatim fudor ex calore eiiceretur; corporaque adeuntium affecta cum voluptate curarentur, morboque per sudorem nulla cum caloris percepti modestia foluto.Sunt quibus curz fuit ista exactiùs describere, & quia res memo- 🏓 riam meretur, candé enumeratione complexuri sumus. Totum montis ad cuius radices Thermæ funt fitæ tractum, lutofo fulphure, fale, ignibus & feruentibus aquis perpetuò scaturire produnt. Addunt eodé in monte, (quod meritò inter naturæ miracula referendum est) exiguo quidem interuallo fulphureas & calentes aquas ob loci vicinitatem Selmontinas olim vocatas featurire. In proximo alteram crumpere aquam, quæ haufta aluum falubriter moueat; ita vt hinc ægrorum corpora multum le- 👔 uentur. Tertiam frigidam limpidislimamą; siti exstinguendæ aptissimam. Quartam verò salsamesse, ceterùm tepidam; quæ vlcerum vligines

A vligines & cariolas lacunas admota fine molestia deficcet. Eandem, vbi refrigerata est, in atri pumicis formă coalescere testantur. Additur, candem aquam obuia quæque agglutinare, & in id genus lapidis indurare. Quod ad medicatas in balneis aquas pertinet; commune hoc habent huius oræ Thermæ cum Thermis Himerenssibus. Ceterum ambiguitatem mouet, quod Plinius Thermas Colonia cognomine donauerit, dum MAE Co-Libyci maris oram seriemque vitra Agrigentu versus Occidentem enunerat; neque cuius auspicijs, aut è quo populo deducta sit, referat. Mela 3. Nat. Hist. itidem Thermas in eodem tractu recenset. Thermas autem Himerenses Coloniam fuisse Ro.militarem Inscriptiones antiquæ, quæ etiamnum in Pompon. Mela lib.2.

AE.

EL

131

- B ipfa vrbe exitant (vt iupra diximus) teltantur. Verùm non parum ad ^{cap 7}. Thermarum nobilitatem facit, quòd Agathoclus Syraculanorum tyranni Agathoclis patria fit; quodque Carcinum Agathoclis patrem figulinam apud Hitria Thermerenles exercuifle, vrbemq; iplam figulorum frequentia cultam fuifle ma: eine ab auctoribus memoriæ proditum fit. Diodorus etiam auctor elt, Agathoclem, quum ad Himeram flumen haud longè à Gela vrbe, infeliciter siculus lib. contra Amilcarem Pœnum diebus canicularibus pugnaflet, magnã infuper cladem elle paflum, quòd feruéte circa meridiem fole, miles iplius æftu, fiti, fudoreque tabelcens Himeræ fluminis aquam, quæ falfiflima erat, auidiùs haufiflet:ita, vt rigentibus hinc præcordijs, & faucibus are-
- c fcentibus, magnus militum numerus extingueretur. quod iccirco hic fubiunximus, vt tam ratione loci, quàm ex ipfins aquæ natura oftenderemus, Himeram pro Gela fluuio à Diodoro eo loco ponisceterolque quos nuncupauimus auctores id fequutos esse. Himeram enim fluuium, qui Biodorue in Etruscum mare exonerat, dulcem aquam & potui gratam habere suo tib.xxx. loco oftendimus.

ΓΕΛΑΣ.

GELA Rhodiorum & Cretenfium Colonia.

ELAE vrbis conditores fuisse è Rhodo Antiphemum, è Creta ant. Entymű, quadragesimo quinto post Syracularum initia anno, & condita & colonos comunibus in eam auspicijs deduxisse Thucydides fcriptum reliquit: ciues autem à Lyndo Rhodiorum oppido ac colonorum præcipuorum patria, primum Lyndios fuisse vocatos : qui postea affluente vndique ciuium frequentia, ab oppido Gela Gelenses apgellati sunt. Vrbi autem à Gela fluuio præterlabente nomen factum; sicuti & Himera, Selinunti, Agrigento, atque alijs plerisse um Siciliæ, tum aliarum regionum vrbibus. Sunt qui caussan nominis, quo fluuius vocatur, ad priscum Opicorum & Siculorñ vocabulum γέχαν, quod πάχνην

R3

Græcis

İ 34

Numi/mata Gelenfium multa_ Dedali

👉 vrbs.

opera.

Cretensis

beoticis. mon ltrum gnale.

GELA restituta. Timoleon.

9 H A L A-₽JV M.

ICNO-

MVM.

126.6.

Q E L AE.

Græcis; Latinis prunam fignificat, referant : quòd fluuius ille mults prui- A nam progenerer. Aliis placet à Gelone AEtnæ & Hymari filio Gelam: flumen esse dictum. Quibus origine vrbis vocabuli rationem comparare placuit, ij à fortuito rifu(longa elt fabula & ab auctoribus petenda) oppidum Gelam fuisse dictum recensent. Gelenses originem suam etiam ad Cretenses referre argumento est Minotaurus in ipsorum numismate fignatus. Huc accedit, quòd Minos Cretenfium rex, vt Dædalum à Cocalo Sicanorum rege reposceret, circa hæc litora exercitum exposuífie; atque ipfi quoque Cretenses, qui vlturi regis sui mortem Cocali dolo interfecti postea in Siciliam traiecerant, postquam Camicum vrbem, quam Dædalus Cocaloædificauerat, fruitra per quinquennium obse- B diffent, obfidione soluta circa hanc oram sedes sibi posuisse scribuntur. **Paufan** in Multa etiam Dædali opera ciuitati ornamento fuille Paufanias testatur. Minotaurum autem biforme monstrum fuisse fabulantur, facie humana, corpore taurino, vt in numismatibus adparet, ex Pasiphaë Minois vxore & tauro natum: quod à Dædalo Labyrinthi ambagibus incluíum humanis carnibus pascebatur : postea à Theseo Ariadnes opera atque confiliis adiuto interfectum : nota elt fabula. Plurima etiam Dædali opera ipfi oppido ornamento fuisse Paulanias testatur.

Gelam autem Doricis legibus inftitutam tam magna statim incrementa accepille traditur, vt A grigentum centelimo ferè octauo quàm C condita erat anno coloniam deduxerit. Ceterùm quum Gela continuis bellorum procellis exhausta, ciuibusque destituta esset, Timoleon euocatis ex Chio infula colonis, duce Gorgo eamiterum frequentari Signum autem Apollinis maximum & artificio fingulari curauit. spectabile extra mænia politum à Gelensibus colebatur. Ager Gelensis frumenti copia potiffimùm luxuriabat : quod & tritici grano in numifmatis suis adfignato Gelenses posteritati testatum voluêre. Proditum quoque memoriæ elt in agro Gelensi stagnum fuille, quod accedentes teterrimo odore abigeret : adhæc fontes ibidem duos, ex quorum altero fi sterilis bibisser, fœcundam; ex altero verò si fecunda bibisser, sterilem 🗩 fieri.Salem quoque Gelensem tanti splendoris fuisse Plinius auctor est, vt imagines veluti speculum recipiat. Eum æstate in lacu ad margines tantum non toto stagno gigni: quod & in ipso quoque Gela fluuio fieri observatum est. Eodem in agro duo propugnacula erant, Phalarnum & Ecnomum. Phalarium à Gela flumine duodecim stadiis. Ecnomus tantundem à Phalario, fluuio interfluente distabat. Phalarium à Phalaride ex-. ftructum scribitur : vti & Ecnomum ab eius szuitia appellatum: quod eò loci Taurum æneum, quo flagitiofos igne supposito Phalaris excrucia-* supra bat, à Perillo fabricatum, vt * diximus, constabat. In agro itidem Gelensi Mactorium

GELAE.

135

 Mactorium oppidum Herodotus ponit. quod Gelenfium quidam per MACTOfeditionem eiecti incolebant. Hyblam verò minorem fiue Neram, Vt HYBLA diximus, Thucydides; Cacyrum Ptolemæus. Quod ad Gelenfium Remcacypublicam pertinet; quum ea paucorum imperio administraretur, & ob id RVM. nouis subinde rebus obnoxia esset, à Cleandro Pataræo septem annis cleanoccupata est: eoq; post septemnium à Sabyllo Gelenfi intersecto, Hippocrates eius Cleandri frater imperium sufficepit. qui Callipolitanos, crates, sium frater. Naxios, Zanclæos & Leontinos bello lacessini, eosdemque ferè omnes Gelone satellite suo, & AEnessidemo Pataico ducibus in potestatem redegit. Barbaros quoque plurimos suz ditioni subiccit. Pugnauit & cum
 B Syracusanis, quos quum ad Elorum flumen magna strage fregisset; plu-

rimolque è proceribus eorum cepislet, eosdem Corinthiorum & Corcyrzorum Legationibus concedens hac lege dimisit; vt Camarina, quia camatit deleta esserie ei concederent; quam vbi à Syracusanis accepisset; inte deducta eò Gelensium colonia, quibus arma, commeatum, atque agros diuisit, eandem continuò restituit: administrataque ad eum serè modum per septennium Republica; dum contra Siculos ad Hyblam minorem confligit, in prœlio czsus est. Post Hippocratis mortem Gelo Dino- erro: menis filius, qui genus suum ab Oecetore Rhodio repetebat, regnum inuasit. Huius tutelz Hippocrates moribundus filios Euclidem & Clean-

c drum commilerat. Ceterùm cum Gelenfes Hippocratis filios vt paterni regni fuccesfores, recipere & admittere recularent, Gelø Gelenfibus prælio superatis, dominationem sibi asseruit. Postea quum plerique è Syracusanorum Patriciis vrbe per factiones à plebe & seruis eiecti, in Casmenam vrbem secessister: Gelo in auxilium ab eis euocatus, coacta magna militum manu, Syracusanorumque plebe, & seruis subactis, patricios Syracusas reduxit. Quo beneficio, ita populum Syracusanum sibi demeruit; vt Geloni Syracusas intrantise vnà cum vrbe dederet: regem- à syracus que eundem salutarent, anno secundo Olympiadis septuages secundæ. Gelo occupato ad eum modum imperio, Hieroni fratri suo Gelæ HIRRO Geloni sus

D dominationem conceffit : eundemque feptimo deinceps anno in Syr2- cedit. culanorum regno fuccefforem habuit. Hieropoltquam Thrafydæum Agrigentinorum tyrannum bellum fibi mouentem prælio viciffet, etiam imperio eundem exuit : Agrigentinis verò pacem & libertatem dedit. Ciues tamen fuos fæuitia & dominandi libidine vexasse traditur: quumque eam ob caussaminuis & odios apud suos, multos viciss metueret, Corycæos instituisse, qui exceptos in circulis cos fabulantiumcorycæus que coronis de se fermones deferrent. Ter in Olympicis victoria adepvide o tus est: sent quadrigis, bis celete, quod & in Gelensium numissatious suidamexpression cernitur. Ceterùm quum post Hieronis mortem Sicilia varijs

GELAE.

IAMPI-

chys Ge- serunt : quod Syracusanorum auctoritate tandem sopitum est. Obserrannue. uo & Lampichi superbia, fastu, crudelitate, & violentia Gelenses diu aliquando fuille oppressos : adhæc vrbem à Pœnis post bellum Athenienfium misere fædeque vastatam ac depopulatam: & signum illud Apolli-GELAZ Timoleonte nis in victoriæ monumentum Carthaginem translatum fuisse. Inde Gelenses Dioni, vt Dionysij tyrannidem euerteret, auxilia præbuerunt: hoc potissi mum beneficio promeriti, vt vrbs eorum à Timoleonte nouis postea colonis frequentaretur. Sub Agathocle quoq; arma pro libertate cum ceteris sumsêre: sed pace per Amilcaré composita, Agathocles quum capta opportunitate Gelam ex improuiso occupasset, quatuor ci- B uium millia contrucidauit:pecuniamq;omnem tam facram & publicam quàm priuatam, indicto capitali supplicio si quis quidquam celasset, ad fe deferri iussit. Hinc quum in Amilcarem, qui Ecnomum occuparat, mouiflet, ac Phalarium infediffet, politilque iuxta Gelam Huuium infidiis, Pœnos profligallet, Ecnomum quoque occupare conatus, sed ab occupatione depulsus, dum Phalarium versus suga contendit, milites eius per dies caniculares fessi, à fuga atque æstu confecti, postquam salsam, ac Pag.133. b. folis ardore exasperatam Gelæ aquam auidiùs haussissent ; rigentibus, vti Ó 132 encre fupra diximus, vitalibus, maxima longè pars milerabili mortis genere wind, qui & extincti funt. Gelam enim fluuium fiue Himeram (promiscue enim à bo- C nis auctoribus vtroque nomine dici iam non femel oftendimus)ètribus oriri fontibus, quorum præcipuus ad Nebrodem montem erumpit:receptilque alueo suo multis vndique fluuiolis qui è salfis lacubus aut ipfis falis fodinis deriuantur, aquam falfam vehere tradunt, vorticofoque admodum ac importuolo oltio in Africum mare dilabi. Nobilitata fuit Apollodorne hæc vrbs inter cetera Apollodori vetustislimi Comici, tum etiā Timagora Comicus. Timagoras Philosophi atq; auditoris Theophrasti; adhæc AEschyli quoque Tragi-Rhilosophus. AEschylus ci poëtæ sepulcris. Himera fluminis oftium sub longitudine xxxix. Tragient, Gele codité, partium; latitudine verò triginta sex & trientis Ptolemæus reponit CAMARI- Gelam autem vrbem sub eadem quidem longitudine verùm sextante D NA urbs, vnius partis septemtrionaliorem facit. Ceterùm quum Camarinam Polybio, Straboni, & vrbem triente tantum vnius partis orientaliorem; vncia vnius partis En Latinie Australiorem Geographus statuat, facit vt hoc loco quæ & de Ca-Camerina marina à nobis inter legendum observata sunt, paucis adscripturi si-es. Maroni extremo li- mus. Camarinam itaque vrbem ab Oano fluuio quingentis ferè passibro 111. Ac-meidos: Ap- bus distantem Syraculani Dascone & Menecolo Duumuiris, anno supra parer Ca- centelimum tricefimo quincto quàm res Syraculana steterat, condideprocel. & runt. Huius vrbis ve subita, etiam fragilia caducaque încrementa fuemanier, ore. runt: Nam quum Camarinzi rerum secundarum insolentia elati, in 1. 1. Syracula-

GELAE.

- B partes sequeretur, à Romanis expugnata suit. Vrbi suberat palus, prisea attate Hesperia, postea verò Camarina appellata: ea, quamuis plurima vrbi camarina commoda adferret, aërem tamen insalubrem aspirabat. Hinc conful-Miairii tus A pollo an conduceret paludem, que vrbi exhalatione su grauis erat, superinti exficcare?responsum est (quod postea in Prouerbium abiit) Camarinam in 111. den non est mouendam. Ceterùm Camarinai, contemto oraculo, paludem virgil. desiccantes, incolumitatem quidem, quam exspectabant, nacti, spreta religionis pœnas paullò pòst dederunt: Hostes namque per stagnum aquis exhaustum in vrbem irruperunt, & occupatam diripuerunt. Haud procul vitra Camarinam Neetus & Elorus sitz erant: Neetum Siculi in NEETVS.
- C prærupto admodum tumulo faxofoque v111. millibus à mari haud procul ab Affinarij fluuij fontibus condiderunt. ex ea Ducetius Siculorum rex originem duxit: qui ciuibus Neetinis ex vertice montis in planiciem deductis vrbem nouam, quæ Nea deinceps appellata eft, condidit. Idem & aliis vrbibus non paucis, vti Meneno, inter ceteras Palica, & Collatia Siciliam frequentaffe fcribitur. Elorum verò vrbem Ptolewrbs; at mæus triente tantum vnius partis Camarina orientaliorem; at vncia fimins. tantùm partis australiorem facit. In Eloro Siciliæ Castello pifcinam Cæfaris fuiffe, in qua pifces è manu hominis cibum capiebant, Plinius Plinib. 114 testatur. Inde Elorus fluuius haud procul abest; qui latisfimo aluco lib. xxxxx.
- D tanta placiditate fluit, vt stagnare videatur.ceterùm hiemalibus auctus ^{cap.11}. aquis, in morem Nili agris superfunditur & stagnat: vnde miram solo sceunditatem adfert. In hoc quoque fluuio cicur u mugilum magnam fuisse copiam antiquiscriptores testantur; qui inclamati accedere, & capite extra aquas paulisper exferto è porrigentis manu placidissime cibum capere consueuerint. Nobilitatus est etia hic fluuius victoria Chromij generi Gelonis, quisoceri auspiciis vsus ad eius ripas Carthaginienfes fuderit: adhæc & felici Hippocratis Gelensi tyranni pugna, qua Syracusanos iuxta eum memorabili prælio, vt memorauimus, superauit. Huius agrum ob floru, quibus vestitur, varietatem & loci amænitatem

aC

Digitized by Google

137

138

VIA Elorina.

INYCI Cocali regia.

MOTYA èrbs.

Panfan. in

ribm pag.

Gr. 174. ver.24.

Libystinus.

BAL.C.XVII.

PACHY-

Macrob.

ac planiciem semper virentem Ouidius Eloria tempe vocat. Ab vrbe A Eloro via plano lapide strata, quam Elorinam vocabant, Syracufas víque pertingebat. Ceterùm litora Africi maris à Camarina ad Pachynum obeuntibus Caucona portus occurrebat : inde ad Inycton vrbem fiue Inycum (vtrumque enim scribitur) transitus erat. Eam Cocali Sicanorum regis sedem olim fuisse constat; Ceterùm à quibus condita aut deleta fit, non fatis certò traditum est. Hanc quoque balneorum excellentia celebrem fuisse obseruo. Sunt qui Minoëm, Cretensium regem in hac vrbe Cocali scelere suffocatum tradunt. Eandem quoque Scythæ Zancleorum regis ad ea exfilium nobilitauit. Vinum etiam Inyctinum quondam à generofitate commendatum fuisse Strabo tradit. Excipit vl- B tra progressos Hirminij fluminis, mox Motychani amnis ostium; Odysseia promontoria; portus Edisla, inde Motya vrbs, quam ab Hercule conditam supra memorauimus. Eam Afros Pœnis permixtos tenuisse ex Paufania feripfimus; à Gnidiis tamen, qui ex Lycia regione huc appulerint, idem Paufanias conditam tradidit; Gnidios autem postea ab Ely-Eliacis prio- mis & Pœnis prælio victos, expulsosque in AEolias insulas profugisse. In hac vrbe Apollinis Lebystini templum fuisse olim frequentia hominum ac religione celeberrimum à Macrobio scribitur. Motyenses enim quum APOLLO graui Libycorum obsidione premerentur, Apollinem inuocasse: nec 46.1. Satur- multo post immissa hostibus peste, cunctisque ea contagione consum- C ptis, Motyenses periculo liberatos Apollinem Libystinum appellasse, temploque illi magnifice exstructo, summum ei cultum deinceps impendisse. A Motya digressis Pachyni portus sele quà meridiem respicit aperiebat. inde Pachynus tertium Siciliæ promontoriu, quò Peloponmonsorium. nesum & Græciam prospectat, quadringentorum millium interuallo; à Mileto verò infula centum millium spacio desiungitur, defficili & periculofo æquè ac formidabili nauigantibus mari, quod ex freto Messanenfi ad Pachynum víque concitatiori curíu quàm ad alia huius orælitora prouoluatur. Pachyni longitudinem quadraginta; latituditem x x x v 1.

GELAE:

ΕΜΠοΡΙΤΩΝ.

partibus & triente Ptolemæus definiuit.

M P O R I A in Sicilia fuisse quattuor ab Vrbibus, quarum com-sicilia. Nomismata Emporitanoris etiam quod Emporium referenda ea, quæ ad manus nostras peruenêre, Empo-Antiq Ant. ritanorum numismata, eadem cum iis, quorũ characteres à nobis nulla Augustini cornuntur. diligentia agnosci potuerunt, seposuimus: nostro, vt spero, officio satilfacturi,

D

EMPORIAE.

A facturi, fi que de fingulis Emporiis comperta habemus, breui enumeratione subject fubiection in the sector monendum putaui; Emporum illud, cuius hîc secundo loco numisma exhibemus, ab Afris in Sicilia ad oram litoralem conditum fuifle, ex Pegafo Africæ fymbolo; haud improbabili coniectura videri polle. Alterum autem ex codem Pegafi fymbolo, crediderim ad Emporitanos, quos Polybius in Africa fertilitate & prouentuum copia celebres nominat, referri posse. Emporitanos etiam in Hifpania effe non ignoramus, verùm ad hunc locum ; vt opinamur, non pertinent. Ne itaque extra Siciliam euagemur, Emporium 2xPo-Segestamm Africæ litoribus ad Crinifi fluminis oftium, yt fuo loco me-

B, minimus, prætenditur : quod an à Pœnis conditum fuerit vt affirmare non aufim, ita magna commerciorum frequentia ab iis cultum fuisse constat, quorum etiam imperio tempore belli Punici primi parnisse ex Polybio colligitur. Alterum hinc Emporium Selinontinorum fue Mat EMPozara, à fluuij, cui immi net, oftio, ad Africi maris oram vltra Lilybæum linensinera, erat : quod vít ex Diodoro scripsimus, ac Hannibale Gisconis filio dum in Selinontinos moueret, captum & direptum fuit. Tertium medio ferè inter Lilybæum & Pachynum promontoria spacio, Agrigentinorum Emporium nominatur : quod maximo totius Africæ commercio & mer-

catorum conuentu celeberrimum è nobis suo loco deseriptum est. Quar-C tum Leontmorum fuiffe emporium ex Cicerone atque aliis constat. Quibus autem ex his quæ recentuimus quatuor Emporiis ea quæ expressioner mus numifmata fint attribuenda, lectoris iudicio cenfendum permitti- ver.v. mus. Et quanquam non ignoremus etiam Emporium absolute inter vrbes Siciliæ a Stephano numerari; quia tamen neque quo loco fleterit , neque . aliud quidquam vnde certi aliquid colligere possimus adscribit; æque nos, vt ceteros, quorum scripta nobis visa sunt, ambiguos reliquit.

ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ.

SEGESTA Troianorum Colonia.

D

adicripfimus, exoleicentes nobis non fatis liquidò adparebat, $EFE\Sigma TAION$ an $\Sigma EFE\Sigma TAION$, aut (quod nonnulli malunt) AIFEZTAION fignatum fuisset; tamen certo confirmare pollumus, **ZEFEZTANON** non fuille in codem, quod nobis ad manum erat, expression : vt ab aliis de tali numismate refertur, cuius mentionem in Panormi descriptione fecimus. Vt Troianus Egestes, (vel, vt alij scribunt AEgestus) vrbem de suo nomine in TV : Traine agro

gestann

140

caprą.

gefti.

o qu disa.

SEGESTAB:

agro Panormitano condiderit, ibidem à nobis relatum est. hoc hîc ad- A dendum duximus, apud probatos auctores vrbem non Egestam fed AEpolitis qua gestam nominari; nun cupatione ab AEgesto Troiano deducta, quem ita EGESTA. appellatum produnt, quod in siluis inter capras editus, & enutritus dit enim fuerit. Seruius Grammaticus, hæc fere de A Egesti origine tradit. Quum Laomedon Troianorum rex Apollini & Neptuno promissam murorum mercedem denegasset, Neptunum iratum Troianis agris Cetum immilille : Isque quum grauillimam Troianis cladem inferret, confultum Apollinem respondisse, remedium calamitatis fore, si nobiles puellæ monstro oblicerentur. Id quum fieret, Hippotem nobilem Troia-Maier AE- num, veritum ne fors ea quoque ad Segestam filiam suam perueniret, B Mater eam naui impositam, ventis fluctibulque commissife; tolerabilius esse raci, cam inter marinas vndas periclitari, quàm in præsentia sua à monstrolæuillimo laniari. In Siciliam inde illam incolumem delatam, ibi amore virginis Crinifium fluuium captum, eam in vrfi, vel canis forma compressifie, & ex eo concubitu AEgestum(Acestem ipse vocat)natum. Iam Strabo libro fexto A Egeftam ab Philocteræ comitibus conditam

Num Segestand

prodit; quos Philoctetes vnà cum AEgesto Troiano in Siciliam miserat.Et hoc quoque de AEgestanis memoratur, cos AEncam diuinis honoribus coluisse; cosdemque etiam honores Philippo Butacidi Crotoniatz, ob infignem corporis formam ab iisdem habitos. Adhæc inuenio g Latinos AEgestam in Coloniam deductos, cum AEgestanos se appellari ignominiosum ducerent, quod fordidum & abiectum effet nomen; Segestam vrbem, le autem Segestanos appellasse. In numismate Segestavum exposi- norum, aduersa parte Hercules sagittarius expressus est; quod ideo forsan factum eft;quod Hercules agrum Segestanum ab piratis & latronibus liberauerit. Aueríæ partis interpretationem in Panormi descriptione ro-Et hæc quidem de SICILIAE VRBIBVS quæ dicerem hatulimus. bebam:nunc de REGIBVS videndum. Fauete linguis.

DE

DE VITA REBVSQ. GESTIS REGVM SICILIAE HISTORIAE PARS II.

ΓΕΛΩΝοΣ.

GELO SYRACVSANORVM REX PRIMVS.

E L O Dinomenis filius principatum apud Syra culanos primus tenuit; quibus autem initijs, quibus progressibus successibulque vius cundem oc-5 cupauerit, occupatum magna cum laude & pari 🔮 ciuium beneuolentia per septé annos administrauerit, postea explicabitur, Si priùs de origine maio-🔁 ribulque iplius quantum latis crit dixerimus. 🛛 Ge-

lonis itaque majores ex Lyndo(quod crat Rhodiorum opidum)oriundi erant: hi cum Lyndij Gelam Coloniam deducturi in Siciliam proficifcerentur, tum quidem domi manserant; ceterùm haud longo pòst tempore fuos in Siciliam subsequuti, Mactorium opidum Gelæ vicinu incoluerunt.

- C Accidit autem vt Gelensibus seditione laborantibus, quidam è ciuibus ab aduería factione vrbe pulíi; ad Mactorianos tanquam confanguineos fuos confugerent: quos Telines Deorum Inferûm apud Mactorianos facerdos humaniter acceptos, sola religione nullis armis fretus, in patríam reduxit:ex hoc Teline longa majorum ferie ortus OEcetor Dinomenem filium habuit:huic quatuor fuêre filij, Gelo, Hiero, Polyzelus & Thrasybulus: è quibus Gelo natu maximus, quum in Hippocratis, qui tum Gelenfium Tyrannide potiebatur, familiaritatem le infinuallet, breui ob virtutem Præfectus equitum ab Hippocrate creatus, eiusdem auspicijs Zanclæos, Callipolitanos, Naxios, Leontinolás adortus, debellauit. ab his & Syra-
- D culanos aggressus, coldem pugna ad Elorium fluuiu prospere commiss, victos oppresilister, nisi ad Corinthiorum & Corcyrzorum opes confugissent:quorum auxilijs subnixi Syraculani pacem cum Hippocrate ijs conditionibus compositerunt, vt tradita Camarina vrbe, liberi deinceps Hippecrates à bello essent. Hippocrates pace ijs conditionibus Syraculanis data, dum celue: eine ad Hyblam minorem Siculis bellum infert, in prœlio occiditur, Euclide & Cleandro liberis superstitibus. Hinc Gelo nomine tutorio Gelæ Præfe- GILO 19-Etus; postquam ciues rebellantes prœlio vicisset, victoria elatus ipse Ty- apud Gerannidem occupat; Euclide & Cleandro principatu exclusis. Post eam par. fraudem, quum quoldam patricij ordinis apud Syraculanos, qui Gamori

Digitized by Google

voca-

S 3

142

Veceptus.

merina

vocabantur, à plebe & feruis, qui Cyllirij dicebatur, vrbe pulsos, ex Cafmena, vbi exfulabant, Syraculas reduxillet, Syraculanorum fauore in vrbem recipitur. Hoc modo Gelo Syracufis potitus; Olympiadis septuagesimæ secundæ anno secundo, vrbis verò Romæ conditæ CCLXII. relicto fratri Hieroni Gelenfium Principatu totu fe ad Syraculas ornandas ampliandalque contulit : ita vt breui ealdem ad summum quasi potentiæ Aliter Ca- fastigium euexerit. Nam deleta Camarina quæ defecerat, ciues eius in vrbem Sýraculanam recepit: Gelensium quoque dimidiam ferè partem eò transcripsit: quin & Megarenses, postquam diuturna obsidione fatigati se dedidissent, proceres & potentissimos quosa; ex eis, qui belli inferendi auctores fuerant, vrbe Syracufana donauit: plebem, quæ à conspiratione B immunis erat, venundedit. Ad eundem modum & cum Eubœenfibus, qui defecerant egit; proceres à plebe distinguens: idque eo confilio, quòd sciret plebem ad seditiones procliuem sepenumero vrbibus exitio esse: atque ita Gelo vrbem Syraculanam ad maximā potentiam extulit; fimul præclari Principis domi forilque famam conlequutus est. Et quamuis iple litterarum penitus expers effet, Græcorum tamen nemini tum humanitate, tum belli pacifque artibus cedebat. Et sanè bellicæ virtutis iplo statim Principatus initio egregiŭ specimen edidit:mortem namque Codemonius. Doriei Lacedamonij à Carthaginien fibus & Segestanis interfecti vlturus, quum auxilium ab Atheniensibus, & ipsis Lacedæmonijs postulasset, nec obtinuisset, ipse hostem per se aggressus infignem victoriam reportauit. Ad Gelonem itaque iam potentia & opibus florentem Athenienfium & Lacedzmoniorum Legati veniunt; auxiliü contra Xerxem, qui iam in Græciam irreperat, petentes: quibus, postquam priùs exprobrasset, quàm turpé ab ipfis in simili caussa repulsam passus fuisset, auxilium tamen ducentarum triremium, viginti millium peditum, & duûm millium equitum; deinde & commeatum, qui vel omnibus Græcorum copijs sufficeret, ea conditione obtulit, vt vel nauali vel terrestri exercitui Recufantibus conditionem Legatis, & Græciam, milite, iple præeflet. non ducibus indigere dicentibus, subridens Gelo: Apud vos (inquit) ô Graci, pti video, qui imperent, non qui pareant hahetis: abite itaque quàm celerrime vestris reminciaturi, ver illis exaruisse, subindicans copias suas, que crant florentiffimz, illis defuturas. Abeuntibus cum hoc responso Legatis, Gelo haud ignorans quantum fibi periculi immineret, fi Xerxes Græcos fibi fubijceret; vbi cognouit eum transmisso Hellesponto Græciam intrasse, Cadmum, Coum, virum spectatæ fidei & virtutis, cum tribus triremibus & ingenti pecunia mittit, obferuaturum in quam partem victoria effet inclinatura: vti, fi vinceret Xerxes, pecuniam illi, fimul terram, & aquam, corum locorum, quibus iple imperaret, traderet : li verò penes Græcos victoria

Digitized by Google

GELONIS

I.REGIS SYRACVS. 143 A victoria staret, pecuniam ad se referret. Cadmus vbi Græcos victores, Xerxem victum Græcia excessisse videt, cum pecunia, & nauibus, quemadmodum in mandatis habebat, ad Gelonem reuerfus elt. Sunt qui referant, Gelonem in animo habuisse Græcis succurrere, niss turbatus Siciliæ Itatus iplum impedijllet. Terillus namq; Crimopi filius Himerenfium Tyrannus à Therone Agrigentinorum Principe Himera pulsus, ad A- ANAXInaxilam Rheginensium Tyrannum, qui filiam ipsius Cydippam in ma-ginensium trimonio habebat, confugerat. Is focerum regno pullum indignatus, eam Anazilaus. iniuriam vindicaturus, fimul vt illum in Himerensium principatum reltitueret, auxilium à Carthaginienfibus petit: & quò faciliùs impetra-

B ret, Amilcari Carthaginienfium duci filios duos obfides dat. Is contractis Poenorum, Phænicum, Hilpanorum, aliarumque gentium trecentis millibus, expeditionem in Siciliam parat. Theron autem postquam se tantis copijs tantoque apparatu peti intellexit, quibus se imparem haud * Al. Damaignorabat; à Gelone genero, (filiam enim ipsius * Damaratam Gelo in reta. Dio-dore sieul. matrimonio habebat) auxilium petit : vt iunctis viribus tantæ procellæ 146.x1.Bibl. facilius obsisterent. Interim Amilcar quum omnes vudique copias quibus in Carthaginem coëgisset : inde cum ducentis longis nauibus ac trecentis edit. Laur. Rodmani onerarijs soluens, aliquot ex onerarijs tempestate amiss, Panormum vulgo diniappulit. Ibi recreatis à nausea militibus, refarcitisque nausbus, quas maris Diod. sieul.

C fauitia conuulferat, terrestri itinere Himeram petit ; adnauigante secundùm litus classe : positisque binis ad Himeram castris, alteris pro terreftri, alteris pro nauali exercitu, iple cum delectis ad vrbis víque muros succedens, agmen Himerensium quod eruperat, magna edita strage in vrbem repulit. Ea clade accepta, ciuibufque haud mediocri consternatione perculfis, Theron qui vrbi præfidio erat, fuis diffidens, Syracufas ad Gelonem mittit, qui eum de præsenti reru statu edoceant ; moneant-

Gelo intellecta GELONIS Ad Himera que, vt quàm primum rebus afflictis subsidio veniat. Himerensium desperatione, statim cum quinquaginta peditū, & † quin- res former que equitum millibus auxilio properans, castrisque ad vrbem quàm po- gesta.

terat proxime muros communitis; mox immisso vndique magno cum f Equitum impetu in vagos & palantes equitatu, magnam hostium manu concidit: (excentiv, Dind concidit: (excentiv, D captaque ad decem millia in vrbem milit. His tam prosperis rerum initijs x x1. magnam apud omnes auctoritatem adeptus Gelo; effecit vt Himerenses holtem, quem priùs timuerant, ludibrio deinceps haberent. ita vt Theron portas quas priùs metu holtium obstruxerat, quò maiorem hostis contentum oftenderet, aperiri iuberet. Polt hæc intercepto ex itinere Amilcaris nuntio, per quem ille Selinuntiorum sociorum equites stato die ad se euocabat ; intellectoque hostium consilio , lectissimam suorum equitum turmam pro Selinuntinis mittit. Hi noctu loca vicina circumucai,

144

BRLONIS

de Cartha giniensibns Victoria.

Died. lib. X I.C. X X I

Óxxiı. Qno die

trecenti La

cones duce Leonida ad

Thermopy-Las exerciti

Xerxis exci

Tierunt.

XXIV.

Diod. Sic. *са*р. X X V.

De Pernis

manubia.

GELONIS: uecti, sub diluculum ad castra Pœnorum peruenientes, pro socijs intra A vallum recepti funt:factoq; statim in ipfum ducem impetu, Amilcarem facris intentum ad ipfas aras obtruncant : ab hoc conuerfo in reliquos ferro, raptum ex aris ignem, vti iussi erant, nauibus inijcientes, omnia latè cæde atque incendio inuoluunt. Quod vbi Gelo intellexit è sublato ab exploratoribus, quos in proximis collibus disposuerat, quod conuenerat figno; iple cum reliquis copijs instructis ad castra Pœnorum contendit : illi vicissim agmine raptim, vti tempus ferebat, composito obuiam progressi, poltquam primum Gelonis impetum vtcunque sustinuillent, dum intentis in pugnam animis sunt, subito omnia flammis collucere vident; vulgatoque iam per totum exercitum castra capta, B iplum Amilcarem œlum, Pœni consternati illicò in fugam vertuntur. Instant fugientibus Syraculani, editaque latè dispersorum passim per campos fœda ac miserabili strage, centum quinquaginta Pœnorum millia cæfa funt. Qui cædi fuperfuerant, in locum munitum fe recepêre; fed, quòd aqua deltituerentur, tandem fiti coacti & ipfi Gelonis fe arbitrio permisêre. Naues interea, quæ incendium eualerant & cladem suorum viderat, dum quàm celerrimo poterant cursu Carthaginem petunt, oborta in mari tempeltate omnes ferè perière : pauci scaphis excepti ac Carthaginem perlati, tantæ cladis nuncij, vrbem luctu metuque implepientes per runt : ita vt Carthaginienles versti ne Gelo à tanta ac recenti victoria ad C Ibidem cap. ipfam Carthaginem oppugnandam fe conuerteret, vigilias statim per muros disponerent. Gelo tam illustri victoria potitus; primum equites, qui Amilcarem oppresserant, deinde & reliquos, quorum fortia & egregia co bello facta exititerant, dignis quolque præmijs prolequutus est. Hinc præstantissima ac lectissima quæque spoliorum in ornatum Templorum cum ad Syraculanos, tum ad iplos Himerenfes transmittit:

Diodortus es trectati iplius imperij, motique in eum belli orantes; quibus cùm facile ± x v 1.lib. ignouisset, mox & Carthaginiensium legatio aduenit; quos quum humaх 1.*Bibl*.

nillimé accepillet, pacem suppliciter perentibus, ijs conditionibus dedit; V T abstimerent deinceps Saturno liberos impuberes immolare; duo argenti talento-* Duo facella Parnes rum millia penderent in sumptus eo bello ab ipso factos; naues * insuper duas inexstruere structas mitterent in pacis composita testimonium. Carthaginienses pace præter infife, quibus faderis tabella confectatentur: habet Diod.c. X X V 1. ipem

Digitized by Google

hostium ceteram prædam vnà cum captiuorum turba, in Centuriones ac milites, pro cuiusque dignitate ac merito, distribuit. Captiuorum pars maxima à ciuitatibus Siciliz, quibus sorte obuenerant, ad opera publica & agros colendos deputati sunt. Posthæc Gelo dimissis focijs, D Anaxila verò Rheginenfium Tyranno venia donato, ac pace cum ipfo facta, Syraculas reuertitur. Ed confluunt vndique Siculorum Legati, eorum potissimum, qui Carthaginiensium partes fouerant, veniam de-

I. REGIS SYRACVS. 145 fpem tam facile impetrata, conditiones alacriter suscipiunt: centum insuper auri talenta, Damaratæ Gelonis vxori, quæ potissimùm illis eam pacem confecerat, vltrò muneri offerunt: vnde non multò pòlt nummus proculus, qui # Damarataus appellatus eft. Hunc Siculi Pentecontalitron # Al. Dahoc eft, quinquaginta * librarum dixerunt. Ad hunc modu pace vbique """"""". firmata, Gelo Syraculanorum in le animos expleri volens, fine satellitio "quia deatq; inermis in concionem prodit. V bi postquam vita suam beneficiaque drachmie in Syracufanos ac Siculos accurata oratione recenfuiffet, ab vniuerfa concione Liberator Patrie; & Syraculanorum Siculorumque Rex confalutatur. Ceterùm Gelone nomen regium vt nimis inuidiolum renuente, GELO li-

- B vel hoc ipfo vehementius in ipfius fauorem pertracti ciues, statuam Ge- berator paloni co, quo in concionem prodierat habitu, in templo Iunonis Syracu- falutatur. fis poluerunt:adiecta infcriptione, qua factum eius tam egregium polteritati proderetur. Hinc Gelo ad pietatis ac religionis curam conueríus, staty a Geloni potempla Cereris & Proferpinæ è manubiis construxit : Tripodé quoque jun. aureum sedecim talentorum, artificio in signem Apollini Delphos donum misit: Ioui quoque Olympio loricas linteas tres precio atque arte spectatissimas; tum & Iouis signu admirabili magnitudine conspicuum * in AEtna, haber Diod. dono Elidem misit. Ad hæc & * in Enna templum Cereri exædificare enp.x x v 1. cœperat; sed id, morte præpeditus, imperfectum reliquit. Syraculanos au- qued etiam
- c tem ne desidia marcesserent ad siluas cædendas, tum & ad agtos colen- men susse dos tamquam in expeditionem educere solebat : atque hac potissimum & Catanz datum ab datum ab ratione agros priùs iteriles fertiles reddidit. Septem iam annos summæ Hierone inf. rerum præfuerat, quu morbo correptus mortem instare sentiens, ‡ Hie- pag. 146 di roni fratri natu maiori (quod hærede filio careret) regnum confensu po- Nibil verd puli tradidit: acerrimoq; edicto cauit, vt leges de funerum impensis latæ lympio ibiin le inuiolatæ le ruarentur. Poltquam autem diem claufisset extremum $\frac{dem Siculus}{1 + 0.110}$ luctu maximo ab omnibus tam publicè, quàm priuatim haud secus ac Hieronem fratrem Pater patriæ deploratus, in vxoris * agro (cui à nouem turribus nomen succefforem erat)conditus est: quo loco populus Syracusanus, in ipsius honorem insi-Tribudein-

gne Mausoleum exstrui curauit:quod postea Carthaginienses, quum Sy-D raculas obliderent, euerterunt. Agathocles quoque inuidia ductus, iplas imperium integre conetiam turres, quæ sepulcrum cingebant, solo æquauit. Ceterum neque sernatum hic priuata inuidia, neque illi publico odio efficere vnquam potuere, merita anquin Gelonis nomen apud Siculos Syracusanosque æternist monumen- der Diedetis confectatum per omnem posteritatem celebraretur. CAD. XXIII.

* Ducentis ab wrbe Syrac. ftadijs. Died. Sic. cap. X X X VIII. † Hiftoriarum, puta: ut hic diferte Diedorus predicat, cap. X X VIII. lib. XI. Biblietb. Dignum enim laude virum Mula vetat mori.

Т

IE-

Digitized by Google

conjt**abat**.

ΙΕΡΩΝοΣ

Λ.

HIERO DINOMENIS F. SYRACVSANORVM REX II.

ORTVO post annos septé in regno exactos Gelone, Hiero fra-trum post illum natu maximus imperium excepit : qui plari-

mùm à fratris humanitate degenerans crudelitate & auaritia infitis à natura vitiis suos afflixit : hinc se haud immerito o-

HIBRO Geloni fra-tri fuccedit.

Diod.Sicul. ÓLXVII.

Simonides, conflictu caderetur XLVIII. Diod.Sic. *lib.*x1.c.48.

Lib.x1.Bibl. mnibus inuifum fuspicatus, quū Polyzelū fratrem, qui Damaratam The-^{x x y x 11} ronis Agrigentinoru Tyranni filiam, Gelonis viduam in vxorem duxerat, maximo ab omnibus amore & studio coli videret; veritus ne ab illo lubnixo fauore ciuiŭ, regno aliquando priuaretur, pretextu auxilij Syba- B ritis ferendi, qui à Crotoniatis grani oblidione premebantur, Polyzelum in Italiam cũ exercitu mittit; sperans illum ab hostibus occisum iri. Sed postquam hostibus à Polyzelo profligatis, contrà ac Hiero sperauerat euenisset;nec aliud haberet, quò saluté fratris iustè impeteret, varias exinde infidias eidem moliri non destitit. Eo intellecto Theron Polyzeli focer, indignatus ad bellü Hieroni inferendum fe comparat; quod tamen poetà Lyri- intercedente Simonide Poëta, ac desponsa Hieroni Theronis sorore soen. Polyzelum pitum elt. Alij aliter tradunt; nempe * Polyzelum, quum se non tam ad expeditione auxilium Sybaritis ferendum, quàm vt ab hostibus interficeretur, mitti sufficientem suspicaretur, expeditioné recusasse; quumq; Hieronem ob cam tergiuer- C ne à Croto-niatio în fationem grauiter indignatum videret, peiora veritu ad Theroné Agrigentinorum Tyrannú confugisse: Hieroné intellecta fratris ad Theroait Diod. c. nem fuga, se ad illum insequendum, simul ad bellu Theroni inferendum accinxiffe: Himerços audita fratrum diffensione, quum Thrafydzi Theronis filij Tyrannide premerentur; nec tamen illum apud patrem accufare auderent; ad Hieronem Theronis inimicum confugifie; imperium vrbis, fimul belli aduersum Theronem societatem offerentes, si se Thra-🔹 fydæi Tyrannide liberare, & vrbem in fuam iutelā recipere vellet. Hieronem accepta occasione, sperantem hoc modo se pristinam Theronis beneuolentiam recuperaturum, Himerzorum confilia ipfi prodidiste: D Theronem intellecta rei veritate primùm fe ac Polyzelum fratrem Hieroni reconciliasse; deinde in defectores crudeliter animaduertisse. Defunctus ad hunc modum bello Hieron, quum in morbum grauissimum incidisset, ocium à rebus gerendis, quod aduersa corporis valetudo con-* Pindari cedebat, in audiendis doctifismorum virorum sententiis impendit: hinc exstant in iam firmior factus, quũ affiduam vti prius in audiédo*Pindaro, Simoni-Hieronis landem, in de, & Bacchylide grauissimis Poëtis opera daret, breui illoru confuetuor vis, Ode 1. dine alius efficitur: ita vt quos prius auaritia & crudelitate afflixerat, eol**notationes dem humanitate** munificétia fibit conciliare ftuderet; ac cum fratribus BOBTATO. † AElianus lib. 1 v. Varia Hist. cap. 15. & lib. 1 x. cap. 1. & x 11. cap. 25. fumma

146

II. REGIS SYRACVS.

A fumma deinceps concordia vixerit. Quum itaq; in fumma iam tranquillitate regnaret, animum ad conftituendam ornandamque Siciliam adiiciens, Naxios & Catanzos, quòd illis minus fideret, in Leontinorum dutte. Diodor. ciuitatem transcripfit, In Catanam autem quinque Peloponnensium & ibidem cap. totidem Syracusanoru millia colonos deduxit: vrbique Doricas Leges, quz erant przstantissimz, dedit: eandemq; mutato nomine AEtnam appellauit: cuius non Tyrannus, sed conditor celebrari, seq, deinceps A Etneum ciuem appellari voluit. A Cumanis deinde, qui graui ab Etruscis cap. 11. bello vexabantur, in auxiliu follicitatus, classem illis substitio mittit: quo auctus Cumanus prius hosti impar, manu conferere ausus, Etruscis in-

147

B figni clade affectis, superior euasit: liberatis, ad eum modum Cumanis, classis Syraculana non sine magna Hieronis gloria domum reuertitur. Confecutus hanc expeditionem Theronis Agrigentinorum Tyranni Died. like obitus, res in Sicilia tranquillas turbauit. Thrasydæus namq; Theronis en 22222 filius patri in Tyrannide succedens, sæuitiam & libidiné, qua viuo etiam patre occulte flagrauerat, iam veluti frenis remotis libere in omnes exercens, breui se omnibus inuisum exosumá; reddidit; adeò vt quú nemini fideret, inter omnes veluti hostes circums anxius versaretur. Itaque su instigatibus eum furiis, seu desperatione amentiaá; impulsus bellum Hieroni mouet; & quú domestico odio vix par essentia foris

 c hoftem in fe concitat. Hiero intellecto Thrafidzi in fe apparatu, vigin- HIEROti namque tam Himerzorú quàm Agrigentinorú millia in armis habebat, coacto vndique è regno suo haud impari exercitu, Thrafydęo occurrit.Prœliú itaque inter hoftes vti viribus, ita & virtute pares committitur, Grzcus vtrinq; miles, Grzcaque ars zquabat pugnam: quû tandem victus Syracusanorum pertinacia Agrigentinus terga vertit; desideratis fuorum quattuor millibus, victores ad duo millia amisêre. Thrafydeue desperatis rebus, Tyrannide sponte deserta ad Megarenses confugit: vbi tandem prz animi dolore mortem ipse sibi consciuit. Agrigentini hoc modo Tyrannide liberati, sub populari deinceps statu rempublica administrauerunt; missifu e ad Hieronem Legatis, pacem impetrarunt.

Sunt qui tanta nominis existimatione Hieronem floruisse referant; vt Anaxilaum Rheginensium Tyrannum, ad perdendos delendosque Locros Zephyrios incitatum, sola interminatione cohibuerit. Posthæc, incertum qua de causa, infestissimum suorum odium Hiero incurrit: hinc clandestinam in se conspirationem veritus, certos homines occulte instituit sibi fidissimos, qui si quos alicubi e Sy racusanis congregatos viderent, illorum se cœtibus & circulis immiscentes eorundem seriones & consilia, ad se referrent : metumque ciuibus hoc modo tantum incusfit, vt non solum noui aliquid moliri, sed nec verbis animi sui sententiam T 2 proferre aufi nutibus gestibusq; quid vellent sibi inuicem significarent. A Quin etiam quosdam ex amicis, quos suspectos habebat, publice in foro interfici iuffit. Haud multo autem ante obitum fuum tempore, Anaxilai Rheginenfium Tyranni liberos ad se accersiri iussi: commemoratisquo tam Gelonis fratris, qu'àm fuis tum in Anaxilaum patrem, tum in illos beneficijs, adolescentes admonuit, vt à Micytho tutore rationem regni administrati exposeentes, imperium i pli capesserent. Domu itaque reuerfi, vti moniti erant, rationem à tutore exigunt. Quam poltqua Micythus ea fide & integritate reddidiflet, yt omnes circumstantes admiratio cas peret:traditoque regno, Tegeam Arcadiz sponte secessifist; adolescentes regni administrationem capessentes, quum libidine & crudelitate ciues B vexarent, Mellana ac Rhegio per conspirationem pelluntur.

NIS in Hiero palmas Olympicas plures adeptus est: semel enim quadrigis, bis Olympionici vittoria celete vicit: & post alteram victoriam celete partam Syracusas regressius, Olympiade TXXIII. inde Catanam (quam vti diximus AEtnam appellari iuflerat) petijt: vbi vicit xixyli, id eft, equiægritudine correptus, postquam vnde¢im annos & menses octo regnasi cellario.Pinset, vitam morte commutauit; voto prius loui ob victorias Olympicas darus, Ó eius Schofacto:ac Thrafybulo * fratre(quamuis filium Dinomenem haberet)fuccefliaftes. * q**u**i v**u** 🚧 fore defignato ab AEtnæis omnibus tum diuinis, tum humanis honoriannum bus, non aliter ac Vrbis conditor affectus, sepulcro insuper insigni ipsi dumtaxat regnauit publice exstructo, honoratus est. Id postea Catanzi, qui ab Hierone in C crudeliter. Diodor.cap. Leontinos transcripti fuerant, à Syracusanis in patriam reducti disseces LXVII. xviii. runt, abolitoque AEtne nomine pristinum Catane nomen vrbi restitue. Locros pe- runt. Mortuo patre Hierone Dinomenes filius, quæ ille Ioui Olympio* vo+ ^{yijt.} Meminit uerat, eius nomine dedicauit; inscripto hoc Épigrammater

Ран(ап. ін Eliacis po Heriorib.

Sildo-

Iupiter Eleo redÿt qui à puluere victor | Vouerat hac Hieron:natus monimenta parentis Quadrigag, femel,iniuge bis & equo; | Dinomenes pofuit clara Syracufy.

ΔΙοΝΥΣΙοΫ.

DIONYSIVS HERMOCRATIS F. SYRACVSANORVM TYRANNVS. † sie dieto folijsolez, m mildan, guibus fuf-fragia Sy-pro libidine quilque fua in Republica dominantes; contempto menio infultantes optivacufis tum paucie an-prætectorum imperio, ijldemque in fumma licentia infultantes opti-nie lata, ut mum quemque ciuium Petalismo + expellunt, libertaté suam breuisuis zestulie Athemis winde ipfi manibus euerterunt, ac tandem in # DIONYSII Tyrannidem recide-Oftracismus punt. Hic Dionyfius patre Hermocrate, auo Hermone honestis ciuibus Sydecom annie racusanis ortus fuerat:etsi sint qui plebeis parentibus * natum prodant. potentia al-Varia huius Tyrannidé præsagia præcesserunt: inter cetera mater ipsius legabat: bie

segnont: mc verd quinquenne tantum exfilium irrogabatur. Pluribus differit Diedorus Siculus lib.x1. Bibl.cap.xxcv1. De Oftracilmo vere Plut.in Themiftocle, Alcibiade & Arisiide: Suidas & Andocides contra Alcibiadems. ‡DIONYSII tyranni natales. * Efcriba, & infima conditionis homine, vrbis inter Gracas cinitates maxima dominatum confecutus. Died.Sis.lib.x111.c.xCv1.

TYRANNI PRIORIS.

prægnans Satyriscum sibi inter quietem peperisse vila est. consultique val. Max. I. de somno aruspices responderunt, filium eam parituram, qui inter Græ- 1. cap. vi 11. de somnijs cos potentissimus & clarissimus futurus esset. Mulier quoque Syra-Himeream culana * Himera nomine, clarissimis orta natalibus, ante Tyrannidem Himeresem. ab illo occupatam, in fomnis vifa fibi cælum conscendere, & ducem fibi Refert idems, adatum, cum quo cæli regiones peruagaretur, ab quo ad louem intro- pud M. Ant. Muretum ducta, sub pedibus eius iuuenem flaui coloris cathanis vinctum ferreis lib. x1v. vidisse, ducemque suum, quisnam is esset, percunctata, responsum acce- Var. lett. c.

pisse; dirum Siciliz atque Italiz fatum este, & vinculis aliquando solu- apud Lamtum, multis vrbibus exitio futurum. Elapío inde aliquot annorum ípa- in Probum țio, quum Dionysius iam Tyrannide potitus Syracusas ingrederetur; ac gibm. Vide ₽ ciues honoris caussa obuiam illi prodirent, Himera Dionysium intuita & Part. subito exclamauit; illum eundem esse inuenem, cuius species sibi inter lib.v111.Eguierem oftensa effet. Dionysias re intellecta, mulierem interfici jussit. & simile in eode Valerio Hoc quoque oftenti loco, ac pro faulto omine ab Dionyfig acceptum 116. v 1. meauctores produnt; quod equus ipsius, quem cœno immersum relique-morabilium rat, exiliens, inhærente iubæ ipfius apū examine, domini sui vestigia se- syracusana quutus esser: atque hoc ipso confirmatum, maiori ad inuadendam Ty- sium ditto. rannidem animo processifie. Quibus autem artibus Præturam primo,

inde Tyrannidem occupauerit, paullo altius repetemus, Quum Cartha- Sieulus lib. © ginienles Agrigento iam potiti essent, (vti in descriptione Syracularym x111.6 10-retulimus,) duces qui ei bello præfuerant, magna apud populum inµidia 11em Coini Nebos fen laborabant, tamquam illorum perfidia ressociorum proditæ essent. Id aemilius Dionyfius animaduertens, fimul occasionem arripiens, duces apud con-Puebus in Dionyfius animaduertens, fimul occasionem arripiens, duces apud con-Dionis vicionem proditionis accusat, quam ob accusationem, sicuti summum ta, o cap. De Regiapud principes ciuitatis odium incurrit; ita plebs vicissim, tanquam sui bus. studiosum haud mediocri fauore prosecuta est. Hinc cum aliis aliquot pront-Prætor creatus, Gelam cum exercitu mittitur, populum Gelensem cum sivs prator SYTACH (A-Optimatibus diffidentem pacaturus: vbi Optimatibus aliquot supplicio nu creatus. affectis, & fortunis corum in publicum redactis, plebem fibi plurimum 1005. Diede

D deninxit. Hinc plebeiorum opera & studio, simul & militum, quos do- 116. XIII. nis & spe maioris in posterum liberalitatis sibi conciliauerat, commen-xciii.Imdationibus effectum eft, vt Syracufani eum vnjcum Imperatorem con-Dux bell tra hoftes crearent. Imperium adeptus, edixit yt quisquis Syracusano. Diodorus rum arma ferre posset, socum ad Leontinos properarent. Tenebatur ea Siculus lib. vrbs Syraculanorum prælidio; confertaque erat colluuje mortalium vn• xc1v. & dique eò confugientium : quam multitudinem iple se facilè in partes suas allecturum sperabat. Vbi igitur iam ad Leontinos peruentum, & ca-Itra lub vrbe communita essent; noctu quàm potest tumultuosissime ad arma conclamat; infidiari fipi inimicos fimulans. deinde quafi nec in

T 3

caltris

biodor. 116 fidillimos norat. Descippi etiam Lacedæmonij virtutem ac fortitudinem xcvi.

¥ 50

bioNY-SIVS tyrannidem occupat. * Confules nominat Diodorus *lib.* x 111. Ambufus. vxerie fra- libus prœlio, in tantam consternationem adductus est, vt Gelenses stalib. x 111. CAP. X CVI.

3111.

caltris fe fatis tutum crederet, raptim in arcem Leontinorum confugit: A ibiq; orta iam luce, Przfectos & przcipuos quolque è militibus ad le vocat, postea conuocata & Leontinoru multitudine, obtestari cœpit, vt sexcentorum militum fatellitium fibi ad corporis custodiam concederetur, quod poltquam concessium fuisser, quot quot obæratos, aut scelere aliquo pollutos nouerat, ad se vocat : coactaq; ad mille capita istiusmodi hominum manu, eandem armis instruit. Mox aduocata & mercenariorũ concione, humaniter illos allocutus, illorum quo que fauorem fibi conciliat. Ordines inde militares pro suo arbitrio mutare aggressus, quorum fidem fulpectam habebat, ordine mouet; in illorum locum fubititutis, quos fibi

x111. 49. susses fusetam habens, veritulque ne eo auctore Syraculani aliquando contra fe rebellarent, eundem in patriam remittit. Rebus itaq; fuis ad hunc modum constitutis comparatifque, mercenariorum, qui Gelam præsidio tenebant, quos in partes suas traduxerat, simul exsulú facinosorumque agmine stipatus, Syraculas profectus, annos tum natus vigintiquinque tyrannidem occupatianno tertio Olympiadis nonagefimæ tertiæ, Vrbis verò Romæ *conditæ CCCXLVII.Prætore seu archonte Athenis Calliade tyrannide potitus, quorũ opera ad eam occupandam adiutus fuerat, præmijs afficit; quos autem incremétis suis obstitisse compertu habebat, Bisl.cap. præmijs anten; quos auten, metersener autem, qui postea historiam C, Cn. Pompe- cius temporis scripsit, cuius fidem '& operam in adipiscenda tyrannide ium : sed in FARTIN Capi- lenlerat, primùm arci præfecerat: sed eundem postea, quòd cum matre rolinie Trib. ipfius consueuisse rumor esset, exfilio multauit. Posthæc, quò tyranni-Julari potest. dem suam magis stabiliret; Hermocratis, eius qui Syracusanorum contra corn. Coffus Athenienses dux fuerat, filiam in vxore ducit. Tescham autem sororem L. Valer. Po-titue II fuam Polyxeno + Hermocratis fratri in matrimonium dat. Firmataque N. Fabine ita dominatione, expeditionem in Carthaginienles, qui tum Gelam ob-† Qui Her- fidebat, edicit; verùm tentato infeliciter apud Gelam cum Carthaginien-

ter erat: sie tim vrbem deserere, ac Syracusas commigrare iuberet; Gelamque Car- D thaginiensibus diripiendam relinqueret. Inde Camarina protectus, Camarinzos quoque idem facere compulit: Id equites Syraculani, qui in eius exercitu erant, conspicati, indignatique victoriam & duarum insignium Siciliz vrbiú occupationem tam facile hofti concessam, occasio-Died. cop. nem exinde, qua patriam liberare, & Tyrannu de medio tollere possent, obseruabant: Sed postquam stipantibus arctissime Dionysiu mercenarijs, le nihil efficere posse vident, Syracusas profecti, custodes domus Tyrannice ex improuiso occupantes, cosdem obtruncant: mox domű iplam omnium preciolarum reru copia confertam inuadentes diripiunt : Vxorem autem

PRIORIS TYRANNI

autem Tyranni omni contumeliarum genere vexantes, effecêre, vt ipla fibi præ dolore manus inferret. Dionysius intellecto equitum discessus, racusanis in id quod acciderat futurum suspicatus, delectis è toto exercitu quos sibi injurgunt. fidissimos sciebat, quàm potuit celerrime Syraculas properat, portaque incensa primo diluculo inscijs aduersarijs vrbem intrat. Equites vbi Dionysium Syracusas intrasse intellexere, conatus atque impetum ipsius repressuri occurrunt, sed equitibus mercenarioru, qui cum illo erant, multitudine oppreis, Dionyfius totam peruagatus vrbem, quolcumq; sparfim equitibus auxilium ferre videt, ferro cedit. Inde illorum quos fibi infensissimos norat domos & fortunas inuadens, interficit deprehésos, aut

Recuperata hoc modo Tyrannide, pacem cum Carthagi- Carthagi-**B** yrbe pellit. niensibus his conditionibus facit; V T prisci Carthaginiensium coloni & Sica-niensibus. ni, sub Carthaginienfium ditione manerent : Selimuntijs, Agrigentinis, & Himeræis CXIV. libu orbes suas incolere liceret, modo nullus manibus munirentur, & Carthaginiensium vectigales effent. Sub ijs dem conditionibus Gelenses & Camarinei, comprehensi sunt. Leontinis autem Messanensibus, & cæteris Siculis, Ot sus legibus institutifáz vinerent, permissum est : Syracusant vero Dionyfij imperio regerentur. Pace in has conditiones facta, Carthaginienses domum discedunt, maxima copia- DIONY-Dionyfius autem pace domi forisque parta, in di liberi. rum parte pëste amissa. locum vxoris amissæ, duas alias duxit, ex Locris vnam, cui Doridi no-Vide Died. c men erat; alteram Hipparini filiam, Dionis fororem nomine Aristoma- Bibl.com chem. Ex Doride filios tres sustuit; quorum natu maximus Dionyfus pa- miliä, Protri in imperio successit, ex Aristomache filios duos Nyseum & Hippari- bum seuNenum, & filias totidem Aretam & Sophrofynen procreauit: è quibus Sophrofy-Dionis. nen Dionysio filio; Aretam autem primum Thæaridi fratri, deinde eo lib.xxir:

mortuo, Dioni in matrimonium dedit. Cumque firmata, vii iam diximus, cum Carthaginien sibus pace, & standard guera di fitanetam aduersarijs domi oppressis, nihil sibi Dionysius ampliùs timendum pu- Aristomataret, exercitum in Siculos educit, nulla quidem ab illis iniuria lacessi- Diodorus tus, sed sola dominandi libidine impulsus. Ea in expeditione dum * Her- Sie lib.x1v. D bessur vrbem obsidet, Syraculani qui in ipsius exercitu erant, rursus in- * Herbesins surgunt; Præfectilque, qui seditionem comprimere studebant, interfectis, stracy-ses invicem ad libertatem recuperandam cohomosi seste inuicem ad libertatem recuperandam cohortati, equites, qui ex supe- Dionyfinms riore clade elapsi AEtnam confugerant, in societatem assumint: & Dio- insurgumin nysium deserto exercitu Syracusas confugientem, postquam per tempus aliquod in Infula arctiffime obsedifsent, eo desperationis adegerunt, vt an Tyrannidem relinqueret, & ad Carthaginienses confugeret, diu in- + Helorie certus fuerit : sed amicorum + hortationibus confirmatus, qui nullum micorum Tyrannide præclarius sepulcrum effe inculcabant, eandem quoad vita fue mont peresset retinere constituit. Tandem postquam Campanorum equitum † Diod. Siculus lib. XIV. cap. v 111. Ifocrates in Archid. & fimile Plut. in Apophth. auxilia Tyrannide.

X L V.AE

Var. Hiff. c. o. fed Ari-

ornatú effe

Digitized by Google

141

-14-

tyranuu

Diodoro

*lib.*14.

DIONYSII

auxilia, quæ præmiorum spe ad se exciuerat, cæsis qui obstabant Syracu- A fanis, ad iplum in Infulam peruasissent; in nouam spem erectus, eruptione facta, Syraculanos, qui iplum hactenus obsederant, prælio victos in fugam vertit. Ceterùm ea victoria clementer vsus, neminem fugientium interfici passus est. Ita recuperata iam secundo Tyrannide, animum rursus ad ampliandum imperium adiecit. Primum itaque exercitu contra AEtnam ducto Castellum, quo exsules Syraculani confugerant, ARTNA *Acimnesta in deditionem recepit : dumque apud AEtnenses moratur, * Limneftum eius vrbis ciuem Tyrannidem patriæ inuadere hortatur : qui conworker Dio- filium Dionysij sequutus, principatum quidem apud suos occupauit; libri xIV. ceterùm Dionyfium deinceps ab ingreffu vrbis prohibuit : hinc indigna- B CATANA, tus Tyrannus Limnestum AEtnensium auxilio interfecit; vrbem verd Naxus & Leontini in populari statu gubernandam reliquit. Ducto inde contra Catanam potestatem exercitu oppidoque per proditionem potitus, ciues sub corona vendidit. Similiter & Naxo, prodente vrbem Procle Prætore, in potestatem *lib.* x1 v . redacta, Naxios quoque pari modo diuendidit. Leontinos inde obsi-FAP.XIV. XV.XVI. dere aggressus, metuentes ne & ipsieadem quæ Naxij & Catanenses paterentur, terrore ad deditionem compulit; ac in fidem receptos patria relicta Syraculas tralmigrare coëgit, agrumque eorum militibus suis Rebus autem ad hunc modum prosperè fluentibus, bellum Diod.sicul. diuisit. cap. XIX. lib.xIV. Carthaginienfibus inferre statuit : sed quòd adhuc imparatus esset, C rem ad tempus aliquod diffimulauit; totumque se ad eius belli apparatum conferens, vrbem quoque Syraculanam, qua parte munimentis carebat, muro & turribus communiuit. Hac in cogitatione versantem, Diod. cap. XI.I. Bibl. rebulque ad bellum necessariis comparandis intentum, Rhegini bello adorti sunt; nam quum Dionysium vicinas trans fretum vrbes in seruitutem redegisse viderent; verebantur ne viribus auctus ipsorum quoque libertatem euerteret. Adiunctis itaque sibi Syracusanorum exsulibus, in Siciliam traiiciunt: appulsique Messanam, ducibus Messanen sium perfuadent, vt societatem secum contra Tyrannum ineant: quos postquam haud difficulter in partes suas pertraxissent, eorum auxiliis aucti Syra- D culas versus proficiscuntur : sed quu orta in itinere inter milites seditione, Messanenses domum reuerterentur; Rhegini à sociis deserti, quòd bello per se gerendo impares essent, & ipsi dimisso milite domum redennt.Dionyfius qui ad hoftes excipiendos, iam fuos in armis habebat, vbi illos domum digressos cognouit; dilata in aliud tempus vltione, Syracufas repetit. Vbi mox Rheginorum & Messanensium Legati affuerunt, pacem ab illo veniamque moti in illum belli orantes: qua facile concessa, quòd fibi aduerfus Carthaginienfes bellaturo amicos illos, quàm iuimicos maller; rursus ad bellum Carthaginien sibus inferendus se comparat: conuo-

PRIORIS. TYRANNI

- À conuocatilque vndique magna mercede opificibus artificibulque naues Diodorne Sic lib. xiv. ducentas breui ædificauit, vetultas centum & decem refecit: armis quo- 649-42+43que fabricandis incumbens, centum & triginta clypeorum & quatuor thoracum millia, telorum quoque innumerabilem prope multitudinem confecit. Quumque se iam omnibus rebus instructum viderer, millo Carthaginem caduceatore, bellum indicit. Ad eam belli famam, omnes Diony fio penè Græcorum in Sicilia vrbes ad Dionysium defecerunt: quorum au- caribagictus auxilijs, iam ad octoginta peditum, & tria equitum millia sub signis inditum. habebat. Cum his igitur copijs Motyam Phænicum coloniam terra ma-Diodorme lib. x1V ei rique adortus, Himilconem Pœnorum ducem auxilium obsessis feren- x1 v11. tem repulit : & oppidanos sociorum auxilio destitutos, quamuis fortis-
- fimè resistentes, non sine magna tamen suorum iactura expugnat. Si- rapta. culis autem in Pœnos ob præteritarum cladium memoriam atrocissime siculus emp. LI.Ó LII. seventibus, Moryenses penè omnes concisi sunt; exceptis ijs, qui in in in in templa confugerant : quos Dionyfius vita donatos sub corona vendidit. Interim dum Dionyfius Motyam expugnat, AEgestani, Dionyfianorum qui ipso solfidebant castra incendunt; quo incendio maxima militum pars perijt : reliqui semiustulati vix euaserunt. Dionysius tamen nihil ca clade fegnior redditus, Carthaginienfium ditionem cum exercitu peruagatus, Alycenfes metu ad focietatem fecum ineundam compulit.
- c Carthaginienses interea intellecto rerum Sicularum statu, Himilconem Diedor.cap. Imperatorem cum regia potestate creant : militem ex Libya, Hispania, Bibliot. & & Italia mercenarium conducunt : auxilia quoque à socijs accersunt: 191. quibus vndique Carthaginem conuenientibus, peditum trecenta, equitum verò quatuor millia breui coëgerunt. Himilco postquam omnes copiæ conuenissent, dato cuique nauium Præfecto + libello, quo cunctos latori cui-Panormum petere iubebat; ipse codem cum tota triremium classe breui quam quid incolumis peruectus est. Leptines Dionysij frater classis Præfectus one- rediscultat rarias Carthaginiensium in alto adortus, quisiquaginta ex ijs vnà cum dor. su vi. quinque militum millibus & curribus ducentis, depressit; reliquis fuga
- D fibi consulentibus. Ceterùm Himilco Panormum appulsus, expositis Dionyfius autem qui per MOTTA in terram copijs, Motyam aggreffus recipit. id tempus AEgestam iterum obsidebat, intellecto Carthaginiensium come receaduentu fimal & Motyæ expugnatione territus, Syraculas repetere sta- syraculis tnit; Siculis vndique ex vrbibus suis codem commigrare iussis; agrisque adiacest vit illorum palsim, quà ipsi iter erat, deuastatis. Hac tam subita Dionysij me proxima desperatione factum est, ve plurimisociorum ab illo ad Carthaginienses IIPARA deficerent. Himilco verd rebus ad votum succedentibus, Messam pe- ma, capte. tit; captaque ex itinere Lipara vrbe & insula, Messam magna vi ador-cap. LVII. tus expugnat : recreatifque ibi militibus, vrbem funditus delet. Siculi ivii.ld. audita XIV. Bibl.

153

Digitized by GOOGLE

DIONYISII

Dieder.cop. audita Messanconfium calamitate, omnes exceptis Aslarinis, certatim ad A Carthaginienses deficient. Dionysius tot simul cladibus attonitus, castella, que in Leontinorum agro crant, communiuit: Campanos, qui Catanæ habitabant, AEtnam commigrare iubet, rebulque pro prælenti neceflitate compolitis, cum triginta peditum & quattuor equitum millibus profectus, castra sub Tauro colle locat. Occupauerant eum locum Siculi à Dionysio patria pulsi, Pœnorum fauore freti, & in vrbis formam communierant. Hîc dum Dionysius moratur, nuneius affertur, diuisas Carthaginienfium copias; partem duce Himilcone terrestri itinere Catanam petere; partem duce Magone mari eò prouehi. Sperans itaque nauales copias se facile oppressurem, Leptinem fratrem cum vniuersa B classe Magoni occurrere iubet. sed Leptines à Pœnis prælio victus, maxi. ma clade afficitur, amillis ad centú nauibus & viginti millibus militum. Quo intellecto, Dionyfius percullus, fimul veritus ne vrbem præfidio vacua hostis cum victrice classe occuparet, Syraculas proficilcitur. Inde missin Græciam & Italiam legatis, auxilium contra Carthaginienses petit. Himilco autem poltquam Dionylium Syraculas fe recepifie cognouit; iple vicisiim omnes tum pedestres tum nauales copias ad vrbem *ALAchra- Syracufanorum ducit; & occupatis * Acradinæ fuburbijs, tentorium fibi in ipfo Iouis Olympij templo figit, reliquis quæ in fuburbijs erant tem-Diodor. em plis despoliatis. Inde agros Syracusanos peruagatus, omnia latè incendio 🤉 C

LXIII. & vastitate complet. Polyxenus interim, † qui Dionysij sororem in ma-LXIV † Polyxenä trimonio habebat, triginta naues à socijs in auxilium missas adduxit; cetum vocat quibus Pharacides Laced & monius præerat. Dionyfius receptis auxilijs, Aus inter- postquam cum omnibus quas habebat longis nauibus ad commeatus pres Rodma mu lit.xiv. in vrbem conuchendos enauigasset, Syracusani per eius absentiam de ^{cap. 1XIV.} tuenda vrbe folliciti, fimul in omnem occasionem intenti, conspecta aifini. forte naui frumentaria Carthaginienlium, eductis subito quas habebant

nauibus, impetum in cam faciunt, & è quadraginta Pœnorum triremibus, quæ auxilio veniebant, depressis quattuor & captis viginti, profli-

* Eius beni gant. Qua victoria exfultantes de libertate cogitare cœperunt, idque D loma exflat Theodori cuiusdam ciuis Syracusani * hortatu; qui indignum esse dictioratio in tans, populum victorem Tyranno toties victo parere; Syraculanos ad Diodori Bibl.Lx1v. libertatem recuperandam concitabat, sed obstitere mercenarij, vtpote fpe præmiorum Dionysio addicti; simul & Pharacides Lacedæmonius, vfqне ad LXXI. quò minus res effectum fortiretur : atque ita Syraculani voto & exfpe-Carthaginiensium interea, qui vrbem obfidectatione frustratisunt. bant, castra graui * pestilentia infestari cœpta : qua occasione vsus Dio-* De qua 1me de cane ny fius, Carthaginienses terra marique inuadens ed desperationis adegit; cap.1xx1. vt Himilco Carthaginiensium dux noctu cum paucis Carthaginem aufugeret;

Diodor.c. IXI.LXIV Dibliot.

dine.

iır.

154

TYRANNI PRIORIS.

aufugeret; vbi præ dolore animi mortem fibi postea manu propria con-Himileo fe ip/e necat. sciuit. Exercitus autem Pœnorum duce destitutus partim in Syracusanorum & Dionysij potestatem deuenit, partim fuga per Siciliam alijalio Dionysius pulsis Sicilia Carthaginiensibus, Meßanam, quæ GINIENdilapli lunt. ab illis deleta fuerat, initaurat. Inde Tauromenium, quod Siculi mu- sus sici-nierant aggraffing formit al angli il nierant, aggressus, fortiter ab oppidanis repulsus, maxima militum par- MESSANA mHaurata. te amissa, vix ipse vinus enasit. Mago interim Pœnorum in Sicilia dux Diodor. lib. focios comiter tractabat; tum cos; quos Dionyfius diuexabat, in tutelam ixtxviir. suam suscipiebat : hinc conciliatis sibi omnium animis, breui vires in tantum auxit, vt exercitum non contemnendum iam sub signis haberet.

B Ducto itaque primum in Mellanenles exercitu, agros eorum deualta- Diodor.com uit: partaque non mediocri præda, Abacænos quoque Dionysij socios obfidere aggreditur : quo cognito Dionyfius ad opem focijs ferendam excitus, cum exercitu in Carthaginicnses profectus, occisis Pœnorum octingentis Magonem prælio superauit. Inde reuersus recreatisque militibus, contra Rheginos cum centum triremium classe soluit: & noctu Rhegium ex improvilo adortus, incensis portis etiam scalas muris admouit : Rheginis tamen fortiter propugnantibus, Dionysius irrito incæpto defiltere coactus elt: Hæc eum tum conantem perlatus de ingenti Carthaginienfium apparatu nuncius in Siciliam reuocauit. Diodorus

c Carthaginienses enim reparatis viribus iam ad octoginta millia militum collegerant : eumque exercitum, duce Magone, in Siciliam mile- x cv11. rant. Sed antequam res ad proclium deueniret, pax inter cos his condi-Diomy für cotionibus conuenit. VT quos quisque subegerat, bos sub sua ditione teneret: Magonem. neutri alteros lacessernt : Dionypo saluis pacis legibus Tauromenium occupare liceret. Pace composita, Dionysius Tauromenium rursus magna vi aggresfus, oppido post diuturnam oppugnationem potitus, Siculos, qui ibi sedes fixerant, eiecit: & coloniam ex mercenarijs suis eò deduxit. Deinde ne milites defidia torpescerent, coactis ad viginti peditum & tribus equitum millibus, in Italiam traiecit; Græcos, qui ibi iam olim confederant,

D fubacturus.Græci intellecta Dionyfij traiectione & concilio, Crotonem, prong quò commune gentis concilium indixerant, omnes conueniunt: consti- Gracos in tutoque hostem communibus viribus propulsare, copias vndique quàm Italia res possunt maximas cogunt : his Elorim Syraculanum exfulem præficiunt : & aduersus Dionysium, qui tum Cauloniam obsidebat, pron- civ.cv. cisci iubent. Dionyfius cognito Græcorum aduentu, relicta Cauloniæ cvi. oblidione, quamprimùm luo cum exercitu occurrit: ac poltero quàm discellerat die,-primo diluculo in Græcos incomposito agmine iter facientes iple improuisus instructa acie irruit: occifisque vnà cum duce fortillimis quibulque ex ipsis, reliquos in tumulum quendam refugientes obsedit:

PAX inter

155

156

DIONY'SIT

obsedit : vbi eum aquis destituerentur, tandem siti ad deditionem coa- A ctos, præter omnium spem clementissime habuit, & liberos sine vllo Idem Sicu-Ius Diodor. redemtionis pretio dimisit. Victoria tam illustri potitus, in Rheginos (quos implacabili ob negatas fibi nuptias odio profequebatur) exercitum ducit, illique, quod sociis destituti bello per se sufficiendo impares essent, coacti pacem cum Dionyfio iniquillimis conditionibus fecêre : traditis videlicet sexaginta triremibus & trecentis talentis; & insuper loco obsi-CAVIO-NIA capta dum centum ex ciuium nobilissimis. Dionysius inde ad Caulonia obé mería lidionem reueríus, vrbe tandem per vim potitus, eam euertit, agrumque *lib.*x1v. c. Cauloniatem*Locrenfibus donauit. Sed quia conceptum femel in Rheginos odium deponere non poterat; nouam ruríus contra illos belli oc- B cix. ginos outum deponere non percent, ser *Et Hippo- casionem quærebat. Quotiescunque enim in Italiam traiiceret (quod nium Diod. er composito & de industria citra necessitatem vel aliam occasione sæeq. cviin ex composito & de industria citra necessitatem vel aliam occasione sæpius faciebat) semper commeatum à Rheginis petebat; vt ca ratione vrbem frumento exhauriret:donec illi,fraude intellecta, frumentum amplius præbere recusarent. Hinc se grauiter indignari simulans, obsides confestim Rheginis reddit. deinde vrbem terra marique oblessam acer-PHYTON rime oppugnat, Illi contrà, Phytone ciue suo, viro clarissimo, duce creadux fortif-fimus, cru- to, fortissime resistentes omnem Dionysij conatum eludunt. Accidit deliter cum autem vt quodam in prælio Dionysius fortillime pugnam ciens, lanfilio mari *jubmerjui*, cea circa pubem ictus penè concideret. Ceterum nihil eo periculo de- c Diod.Lib. x1v.c.cix. territus, arctiori indies obsidione vrbem premebat; donec protracta in • cx111. vndecimum mensem obsidione, obsessi ad extremum inopiæ penuriæque redacti, ita ve medimmus frumenti quinque minis intra Rhegium veniret, equos reliquaque iumenta, deinde coria & pelles etiam scutis detractas in alimentum verterent:Postremò vrbem egressi herbas circa murum nascentes, pecudum modo depascerentur. Dionysius tamen in tanta Rheginoru calamitate nulla commiferatione commotus, quidquid circa vrbem herbidi erat, succidi imperauit:vt herbæ putrefactæ il-***BBGIV**^M lis ad cibum inutiles effent. Rheginitot tantisque malis pressi vrbem Tyranno in potestatem dedunt : qui vt eam ingressus est, præter innu- D mera corum, qui fame perierant, sparsa passim per vrbem cadauera, illos quoque, qui etiamnum supererant, non tam viuentiŭ, quàm mortuorum speciem referentes repperit : collectisque superstitibus tam languidis & infirmis quàm validioribus, captiuorum plusquam sex millia congregauit : è quibus omnes, qui se talento redimere poterant, incolumes dimisit: qui verò eam summam persoluere non valebant, sub corona ven-Dianvlie didit : vijbemque iplam à fundamentis euertit. Post eam victoriam Syraculas regression, quum pace voique parta in ocio ac summa tranquillitate regnaret, animum ad scribenda poëmata adiecit: accitosque vndique

Digitized by Google

lib. x 1 v . Bibl.cap. EVII,

Diodorus C V I I.Ó

deditum. Diod. cap. · CXII. 46. XIV.

à Diony fio captum. enertitur.

157 A vndique Poëtarum celeberrimos scriptorum suorum correctores elle prontvolebat : adulationibulque amicorum dementatus haud secus istiusmo- rices sudi poëmatibus gloriabatur, ac fi præclarum aliquid in bello gestisser. Divdomes * Philoxemum Poëtam præstantissimum ob liberiorem carminum suorum sieulus liberiorem carminum suorum xiv. Bibl. censuram, in lapicidinas detrudi iusser. Is enim poëma quoddam Dio- cap. cx. 6-lib.xv. cap. nyfij emendare iuflus, totum lituris deleuerat : deprecantibus tamen pro vi.vii. o eo amicis, placatus Philoxenum liberauit, & rursus conuiuio adhibuit: LXXIV.de vbi Dionysio poëmata quædam sua recitante, & Philoxenum rogante dia. quid de illis sentiret, nihil ille quidem respondit; sed vocatis Dionysij ser- xE NI poë uis, duci le in lapicidinas iullit: verum Dionylius tum neutiqua offensus rambici rifu eam vrbanitatem excepit. Haud dissimilem fere fortunam & Plato Diony fium Philosophus, quem Dionysius in Siciliam accersierat, expertus est. Nam tyrananto. quum primò Tyrannus Philolophum magno in honore habuillet, pòit xy. cap. y 1. liberiore eius dicto offensus, etiam occidere constituerat, sed deprecanti- sieiliam bus eius mortem amicis, Pollidi Lacedæmonio, vt illum in AEgina ven-Dionyfio deret, tradidit. vbi Plato triginta minis ab Anicerio Philosopho Cyrenai-Diodor. lib. co redemtus & Athenas remiffus eft. Porrò Dionyfius, nihil de ftudio vit. Plat. fuo erga poëmata †remittens, cantores quoque in Olympiam ad scripta de Cor. Nofua ibi decantanda misit, qui primò ob vocis præstantiam à Græcis ma- nie vita, or gna admiratione auditi, postea poëmatum vanitate & vitijs intellectis, ri-Quomodo c su excepti, & demum explosi sunt. Quod vbi resciuit Dionysius, vehe- amicum ab menti furore ob contemta carmina sua percitus, cum in alios non posset, discernas. Plato in Ein amicos bilem fuam effudit; quorũ præcipuos quolque aut occidit, aut *tif.Laertius* n Platone. in exfilium eiecit: inter quos Leptines frater ipfius, & Philistus * hiftoricus + Died. lie. fuêre. Leptinem tamé non multo post ei reconciliatus reuocauit. * Post- # 19.1. et la conceliatus reuocauit. * Postquàm autem in crudelitatis ipfius mentionem incidimus, pauca quedam vii. alia, quæ hoc in genere apud scriptores de illo leguntur, hic per occasio- su crude litas. Died. Mar (yam quendam quamuis fibi amiciflimum non *L*xv.e.v.11. nem referemus. aliam ob causam interfecit, quàm quốd ille in somnis sibi Dionysium "Non tam Tyranno a 'Non tam iugulare vifus erat : arbitratus ex diurna cogitatione tale infomnium illi micus quàm D Leptmes quoque trater ipsius Siciliæ formam Plutare. inter quietem accidiffe. in terra descripturus, à stipatore qui forte adstabat lanceam acceperat, & Corn. Nepot in Dione, co illâ humi in puluere quod volebat descripsit, Quod vbi resciuit Diony- suid. Diod. Sic.'lib.xv. fius, quod omnibus, præterquam stipatoribus suis, armorum vsum seue- Thereis ex-Aliquando pila lusurus, ait. ^{ait.} torem verò, qui lanceam præbuerat, occidit. adolescentulo, quem in delicijs habebat, gladium & vestem custodien- lia einapiui dam tradiderat: quod quidam ex eius familiaribus observans, mon tam lixy.c.vii. serio quàm per iocum : Huicne, inquit, vitam tuam committis ? Hoc audito Dionisvita. quum arritifiet adolescentulus, Dionysius quamprimum ambos interfici Cuero v. iu fit: Tufenl.qu. 13

TYRANNI

PRIORIS.

158

Carmin.

DIONYSII

AGATHOCLIS. 174 Messanensibus se iunxerant, vrbem fortiter defendentibus, oppugnatio- A nem relinquere coactus elt. Carthaginienses interea sociorum querelis incenti, qui le ab Amilcare proditos; ab Agathocle depopulatos Dindir. si- conquerebantur, missis in Siciliam legatis Agathoclem arcem Mellaenine lib. nenfibus reltituere compellunt. Agrigentini quoque quum incrementa xix.c. **1**XXXX & Agathoclis supecta haberent, initigantibus Syracusanorum exsulibus, quorum pars maxima Sofistrato duce eò confugerant, bello Tyrannum impetere ltatuunt, fed quia propriis ducibus minùs fidebant, externum accire placuit. Spartam itaque profecti exfulum præcipui; Acrotatum Cleomenis regis filium ad suspiciendum Agrigentinorum imperium inducunt. Qui paucis cum nauibus Lacedæmone foluens, Tarentum "B appulit. Persuasisque Tarentinis, vi societatem secum contra Agathoclem inirent, triremes viginti ab illis in auxilium accepit. Atque hac cum classe Agrigentum perueniens, magna ciuium lætitia exceptus, plurimaque & splendida de se pollicitus, ounctos spe futurorum impleuit, sed facta dictis haud quaquam responderunt. In luxuriam enim fegniciemque prolapsus, suis pariter ac hostibus despectui erat. Volens itaque se uitia se à contemptu vindicare Sossiftratum ad cenam vocatum inter epulas obtruncat. Haceius perfidia irritati Agrigentini, imperio illi abrogato, eum lapidibus obruere conabantur: sed ille vulgi furorem metuens, noctu conscensa naui Spartam profugit: atque ita C Agrigentini duce destituti pacé cum Agathocle, arbitro fœderis Amilcare, faciunt. Agathocles autem postquam intellexit. Amilcarem acculantibus sociis ob pacem secum factam damnatum à Carthaginiensibus, coldem bellum in le moliri : præuenire illos statuens, conferipto decemmillium peditum, & trium millium equitum exercitu, in Mef-Cumque devastatis corum fanenies omnem belli tempeltatem vertit. xeathor agtis, i Syraculanorum exfules expellerent, spem pacis illis secisitet: Messan Messanenses voluntati ipsius obsequuti, pulsis exsulibus ipsum cum name riss- exercitu ini vrbem recipiunt. Agathocles collaudatis ciuium in se anien cris, primo benigne & humaniter illos habait: post autem ad perfidiam D suam renersus, vocatos ad se Messanensium & Tauromenitanorum præcipuos, tanquam opera & confilio ipforum víurus cunctos ingulari præcipit. Ad hunc modum in Messanches graslatus, Agrigentum versus caftra mouer, sperans fe & hang in potestatem redacturum. Verum voi lexaginta Carthaginiensium triremes eò appulisse cognouit, incœpto deltitit. Ceterùm Carthaginien fium ditionem latè populando peruagatus, aliquot corum oppidula partim vi, partim terrore'in potestalis.xix.en tem redegit. Quumque Dinocrates exfulum Syraculanorum dux, 10cziv. Cictate & viribus Carthaginiensium fretus, Galeriam vrbem inopinato adortus

Diodor. c.

LXXXI.

źxiII.

AGATHOCLIS.

A adortus, prodentibus cam ciuibus occupaliet, Agathoeles re intellecta. exercitum duce Paliphilo ad eius conatus reprimendos ed mittit. Paliphilus collaris cum Dinocrate fignis, Cafo Philonide vno ex ducibue, prælio superior, receptaq; haud magno cum labore * Galeria, in defecto- * Al. Galires animaduertit. A gathocles ea victoria crectus, exercitum in Car- capitat thaginienses, qui † Ecnomum præruptum in agro Gelensi tumulum ca- diamicellin; stris occupaucrant, ducit. Ceterum Carthaginiensibus pugnam detre- 1. neferice, 3. Ctantibus, cum hiems instarct, exercitum in hyberna Syraculas redukit. Indenne Carthaginienses co rerum successi intellecto, nouum contra Agatho- 6 c.113. clem exercitum duce Amilcare Gisconis filio mittunt. Sed is maxima ziz. and B copiarum parte naufragio amilla, zgrè cum reliquiis exercitus se data exet. tempestate Siciliam tenuit. Agathocles nunciato hostium aduentu, Syraculis egressus, Gelam versus, in cuius agro Pœnos caltrametatos intellexerat, copias ducit. Vbi ad hostes peruenit, castra ante Gelam communit, superuacuum ratus vrbem per se satis firmam cum exercità Ceterum postquam intellexisset plerasque è Gelensibus clanintrare. destina cum hostibus de dedicione consilia inire, assumtis secum forcisfimis quibulque è luis, ac cum illdem Gelam ingreflus, quattuor ciuium millia iugulari imperauit: tum quidquid auri argentique intra vrbem erar, edicto publico sub pœna capitis ad se deferri subet: atque ita vrbem C despoliatam ac cædibus exhaustam præsidio munit. Post hæc cum Diederne

- copiis egreffus, tumulum præruptum, cui Phalario nomen erat, castris 2 Phalaride insedit : hostibus ex aduerso Ecnomum tenentibus : ita vt castrorum interestioner. frontes sibi inuicem responderent; medio inter vtraque castra fluuio; Perilli anest quem neutri transgredi audebant, oraculo deterriti, quod maximam inifer. ibi hominum stragem aliquando futuram præmonuerat. Agathoeles tandem Garthaginienfium populationibus irritatus, prior pugnæ copiam facit : Martem ylque adeo fauentem primo congrefia expertus, vt Carthaginienses in castra propria compulsos oppugnauerit: verum fubitus casus vti victos erexit, ita victores afflixit. Alter enim Cartha-
- D ginienfium exercitus, inter iplant pugnam supercieniens, Syraculanos repente à tergo aggressus, in orbem pugnare coactos magna strage fu-Plurimum infuper ad Syraculanorum calamitatem Himera flux dit. uius contulit, Nam quum plurimi contracta ex zstu pet dies caniculates ac defatigatione fiti, aquam è flumine, quod falfum erat, ad fitim reftinguendam auidiùs arque inconfultiùs haurirent, adefis salsedine vitalibus expirarunt. Agathocles amissis ca pugna septem suorum millibus Tinit mining tra Gelam le recipit; vri hostem cius oppidi obsidione distinerer, quò mi- quingeniu, nus Syraculas recta peteret : fimul vii Syraculanis otium interea sele no ampliae. communiendi, frumentumque ex agris in vrbem comportandi suppe- exizio tcict.

175

176

AGATHOCLIS

teret. Amileat primo Gelamobsidere conatus, vbi vrbem cunctis ad 'A colerandam obfidionem necessariis egregie instructam cognouit; foluta obsidione bellum per agros Siculorum, qui Agathoclis partes seque-Quumque illos qui se sponte dederent benigne bantur circumtulit. acceptos tractaret humaniter; hac potissimum ratione consequutus est, vt Messanenses, Tauromenitæ, Catanenses, Camarinæi atque alij aliquot ab Agathoclis societate ad eum deficerent. Agathocles sociolä in Afri- rum defectionibus vndique nudatus, Syraculas le recipit : nequaquam jert. Died. tamen post tot clades animo fractus, bellum in Africam transferre sta-lib. xx. Biblioth. c. tuit: & quod victorem vix aliquis ausurum putasset, id victus aggredi-Ceterum veritus ne si cui consilium sum aperuisset, à pluribus B iv.y. , tur.

cognitum ad hostes emanaret; rem silentio dissimulauit : id solum coram populo profession, inuenisse se victoriæ viam: animos illi tantum in breuem oblidionis moram firmarent, si cui præsens reipublicæ status displiceret, dare se illis abeundi potestatem. Quum mille & sexcenti discesfissent, ceteros ad obsidionis necessitatem frumento & stipendio in-Habito inde delectu, sexaginta naues milite impletit : quum? strait. Aue Carthaginienses valida cum classe portus exitum obsiderent; militem aliquot diebus intra naues continuit: tandem iam penè de exitu diffidentem fortuna insperato adiunit. Conspecta namque à Carthaginiensium stationariis onerariarum classis, que commeatum Syracula- C nis aduchebat, omnes relicta statione ad se intercipiendam auertit. Quo vilo Agathocles quanta maxima potuit celeritate fauces portus cuadens cursum in Africam dirigit. Carthaginienses conspecta hostili classe, quæ in altum tendebat, rati illam onerariis suis auxilio venire, suam quoque ad pugnam instruunt; verum vbi Syracufanos rectà preteruchi, & iam multum spacij processifie vident, progressos raptim persequitur. Interim onerariz tuto Syraculas peruectz, vrbem omniu rerum copia Agathocles verò superuenientis noctis beneficio ex oimpleuerunt. culis hostium ereptus, postquam iam sex diebus totidemque noctibus nauigaffet; rur lus Carthaginien fium classem magna vi vt se affequeretur D contendentem eminus videt. lam Africa in conspectu erat, quum magno ytrimq; studio certatur; illis hostem antequam litore potiretur asse-

#AGATRO traÿcit. Diod.c.vii. libri x x . fe claffis exponit.

qui conantibus : his solam salutis spem in co sitam credentibus, si hostem præuenientes in terram euaderent. Inuehebantur iam in extrecias in mas Syraculanorum Pœnorum antesignani; quum illi magna contentione rejectis Pœnis (pauci enim assequuti manus confernerant) ad locum, cui Latumiz nomen est, classem appellunt: & in terram egressi ca-' Bibl. confi- stra communiunt:nauelq; in terra subductas, ipso hortante* Agathocke ac primam facem in prætoriam conijciente, exurunt. Carthaginienses ncquic-

AGATHOCLIS.

- nequicquam Agathoclis in Africam traiectum impedire conati postquam proprias iplum naues exullille viderunt, rati id desperatione factum, primo contemtuiillum habebant. Verum vbi eundem agros Died.lib. passim populari, & vrbem Magnam expugnasse acceperunt, tanta 6 1x. Agathoclis audacia consternati, nuncios Carthaginem, vnà cum nauium exultarum ferramentis, qui rem lignificent, mittunt:led iam perceperant etiam in maius (vt ferè fit)rerum modò memoratarum famam Carthaginienses ex his, qui cladem effugerant: ita vt deletu prorsus suorum in Sicilia exercitum existimantes, magno in timore essent. Verum poltquam exactiùs rem vii erat ex nunciis intellexissent, animis receptis copias conscribunt: issque Hannonem & Bomilcarem, mutuis pridem discordiis inter se dissidentes, duces præficiunt : rati id è, republica forè, illosque ex mutua æmulatione rem melius gesturos : sed vana cam spem fuisse eventus docuit. Bomilcar namque Tyrannidem affectans, quo facilius fractis aduersà pugnà ciuium animis voto potiretur, victoriam hostibus prodere statuerat. Ceterùm vbi eductis Carthagine copiis duces Carthaginienfium in confpectũ hoftium venissent aciem instruunt, dextrum cornu Hanno cum facra cohorte, in qua erant ciuium longè fortissini;læuum Bomilcar cum Afris auxiliariis tenebat:equitatus cum curribus ante aciem vt holtium ordines turbaret constiterat. Agatho- clis in c cles perspecta hostium acie, ipse quoque suos instruir, & in dextro cornu Africa con
- Archagathum filium cum mille quingentis auxiliariis locat; medios au- res gefa, tem Syraculanos, qui tria millia erant, constituit: ipse cum delectis con- Diod.lib.xx; tem Syraculanos, qui tria millia erant, contituit: ipie cuin deiecte con-tra facram* Carthaginienfium cohortem confiftir. Vbi ad manus ven- x1. x11. tum est, summa verimque vi concurritur, primoque impressione fun- * sacra le hors Can ditur Pœnorum equitatus. Hanno vbi contra quàm sperauerat hostem thaginien-fortiter refistere, fusumque ab illis equitatum suum conspexit; cum saera cohorte in medios holtes impetum facit; pugnam iple ante alios fortiflime ciens: fed dum fe audaciùs in confertos ingerit, telorum multitudine obrutus cadit. Carthaginienses amisso duce fortissimo, quam-
- quam animis fracti aliquando tamen adhuc restitêre : donec Bomilcar cum integra ferè sua aciem fugam se dedit, suosque in dextro cornu fortillime pugnantes destituit : qui postquam se proditos desertosque à duce suo viderunt, fuga precipiti ad castra feruntur: hærent fugientium tergis Syraculani, &vnà cum fugientibus in caltra irrumpunt: Pœni caltris captis continuata per campos fuga disperguntur. Cecidêre ea pugna è † ampliai Carthaginienfibus mille, vt alij prodiderunt, + tria millia:victores tre-Diodor. centos defiderauêre. Agathocles tam insperata victoria potitus, ducto mani cap. versus Tunetem exercitu vrbem occupat. Adrumetom inde progressus, x111.44. eum oppidum prima impressione capere non potuisse, obsidione cingit. Diedotue Simili-

ele capta.

178

Diod.lib. XX.CAP.X 👉 X V I.

tes in vrbem compulsos obsident. Id vbi Agathoeli renunciatum est, parte copiarum Adrumeti relicta, collem vnde tam ab illis qui Tunetem obfidebant, quàm ab Adrumetanis conspici poterat, cum paucis noctu occupat, ignelque qu'am latissime fieri imperat. Ita vno codemque stratagemate Carthaginienses, qui Tunetem obsidebant, simul & Adrumetanos, qui ab ipfius exercitu obsidebantur, sefellit. Illi enim Agathoto The apfiles clem cum totis viribus ad foluendam obfidionem venire rati, relictis etiam impedimentis in fugam le conijciunt : Adrumetani autem nouum effe exercitum putantes, qui Agathocli in auxilium veniret, vrbem dedunt. Ad hunc modum Agathocles Adrumeto potitus, Thapfum quo-B que expugnat; vrbelque alias partim per vim capit, partim promillis ad focietatem allicit. Fracti tot cladibus Carthaginienfes, legatos in Sieiliam ad Amilcarem mittunt; qui eum de præsenti rerum statu certiorem reddant, moneant que vt subsidium afflictæ tot calamitatibus patriæ quàm primum mittat. Amilcar legatos vt acceptam cladem diffimulent hortatus, rumorem iple in exercitu contrarium spargit i deletum videlicet in Africa cum iplo Agathocle Syraculanorum exercitum. Legatos deinde Syraculas mittit, ciuibus, vti vrbem dedant, suadet. si quam hactenus in Agathocle eiusque copijs spem habuissent, vti eam deponant, hortatur: deletum namque occidione cum illo vniuerfum ex- C ercitum : naues omnes incensas idque oftensis exustarum nauium ferramentis confirmant. Credidêre id è plebe plurimi non intellecta fraude : magnoque ob eam calamitatem mœrore angebantur. Duces autem, quibus perspecta suspecta que erat Pœnorum calliditas, famam verbis eleuabant : & dum metuunt ne qua hinc in vrbe feditio oriretur, omnes quos erga Tyrannidem minus affectos nouerant, ex vrbe emigrare compellunt : qui patria pulsi ad Amilcarem confugiunt. Ille exsulibus benigné exceptis, cum vniuersis copijs Syracusas contendit: præmissaque legatione Antandro fratri Agathoclis, reliquisque ducibus, si vrbem dedant, impunitatem pollicetur. Coacto fuperea re ducum ac prima- D tum concilio, Antander, qui magnitudine animi à fratre plurimum degenerabat, yrbem dedendam cenfebat. Contra Eurymnon AEtolus, qui Antandro fratri ab Agathocle confiliorum ac rerum geren darum comes datus fuerat, exspectandum censuit; donec quid de Agathocle factum ellet certò feiri poller, in quam sententiam ab omnibus discessum est. Id postquam Amilcar cognouit, machinas omne genus ad vrbem vi. expugnandam comparat. Interim qui ab Agathocle ad victoriam nunciandam Syraculas milli fuerant; elulis holtibus, qui magna contentione illos infequebantur, in portum Syracufanum cuaferunt: Syraculanolque

AGATHOCLIS: Similiter & Carthaginienfes relictos apud Tunetem Agathoclis mili- A

AGATHOCLIS.

A culanolque nunciata victoria, relumtis animis in spem meliorem erexerunt. Amilcar poltquam ob tam secundos in Africa successus Syracusanos ferocire, se autem contemtui este vidit, ne tempus frustra tereret, exercitum ab vrbe deducit: & quinque militum millia in Africam Carthaginienfibus auxilio mittit. Agathocles interea, Elymam Afrorum re- xv11 e gem, qui à se ad Carthaginienses desciuerat, prœlio victum interficit: si- xx. militer & Carthaginiéles, quòd auxilijs ab Amilcare millis aucti ellent, congredi aufos fuperat. Sub idem ferè tempus Amilcar, fubactis cuntis ferè Siciliz vrbibus, rurfus in Syraculanos mouet, † Iomnio, quo fi- † عنها تنا bi Syracufis cœnare vifus fuerat, confirmatus. Syracufani intellecto A - exterinitio milcarem aduersus seiter habere, noctu tria peditum millia & equites syracusis B quingentos vrbe emittunt : cosdemque Euryclum tumulum vrbi vici- canatie num præruptum vndique & præcipitem, ad transitum hostis impedien- Died.lib. dum occupare iubent. Vix occuparant locum Syraculani, quam Amil- & xx. car confilium luum holtes latere exiltimans, ad vrbem cum copijs mo- aprili viuet; vbi ad tumuli angustias peruenit, impediente semet in transitu mul- ""due isur. titudine, clamor & tumultus in exercitu exoritur.

Syracufani intellecto è clamore hoftium aduentu, notis fibi itineri. bus decurrentes; impetum vndique in holtes faciunt; plurimolque inopinata impressione turbatos in fugam auertunt. Pars tamen exhor-

c tante Amilcare, fortiter aliquamdiu Syraculanos in se irruentes suftinuerunt : sed postquam Amilcar ipse itinerum peritia ab hoste circumuentus captus est, tum demum omnes simul se in sugam conijeiunt : plurimi in tenebris ex mutua ignorantia à proprio equitatu obtriti interierunt. Ita Syraculani tenebrarum beneficio, exigua cum manu centum vigintiquinque millia holtium, vt quidam scriptum reliquêre, fuderunt. Tanta victoria exultantes, Amilcarem vinctum fecum in vrbem addu- AMILCAN cunt : eumque cognatis eorum, qui in bello ceciderant, tradunt : qui va- à syracufarijs prius ludibrijs inde & tormentis vexatum excruciatumque tandem capite truninterfecerunt : caput eius in Africam Agathoch missum. Agrigen-

D tini, qui id tempeltatis inter Siculas Græcorum vrbes, opibus potentiaque florebant; dum Syracusanorum Pœnorumque vires mutuis conflictationibus affectas vident; ca occasione ad Siculas vrbes in libertatem vindicandas vii constituunt. Xenodicum igitur ducem creant:eumque 🗚 📲

validifilmis cum copijs emittunt : Ille haud segniter imperio vsus, pri- Duce Xemò Gelam expulso Agathoclis præsidio in libertatem asserit. Ducto las vrbas liinde Herbitam exercitu, vrbem vi expugnatam necatis præsidiarijs in brant. Ex Diod. lib.xx. populi potestate relinquit. Mox & in Leontinorum agro castrameta- Bibliosh tus, expugnato castello, ex quo Agathoclis præsidiarij decurrentes agros Leontinorum valtabant, illos quoque ab hac molestia liberatos in

pradixi∬et.

170

Z 2

focie-

180

£34.

±xıx. ć

IL.

traxit. Syraculani tam felici Agrigentinorum successu consternati, quum Carthaginien sibus mare infestu tenentibus, A grigentinis verd à terra instantibus, tame insuper premerentur, necessitate adacti, instructis t vigini + triginta triremibus ad commeatus in vrbem conuchendos enauigant. bis Diedor. Verum à Carthaginiensium classe in alto conspecti, incursioneque ab Gariba- illis facta, amissis decem triremibus, reliqui vix suga periculum vitaginiensis, runt. Agathocles postquam, qui Amilcaris caput adferebant, ad ipsum riginia at-ritoris, peruenissent, equo ad Perportum of the second sec peruenissent, equo ad Pœnorum castra peruectus eminus quidem, sed Died. cap. vnde & illud confpici, & ipfius dicta audiri poterant, id illis often-xxx111.lib dit. Pœni tanti viri morte & clade exercitus adeò confternati fuêre vt B nusquam ex vallo prodire auderent. Ceterùm fortuna, quæ benigna hactenus Agathocli affulserat, conuerti paullatim in deterius coepiti parumque abfuit quin Agathocles à militibus tumultuantibus occideretur ; idque ea occasione quam iam referemus. Erat inter duces Lycifcus vir bello egregius; hunc conuicia in Agathoclem patrem iacientem ægrè passus Archagathus, dum in tentorium se recipit, interfecerat: hoc facto incensi milites ad arma conuolant : Agathoclem, ni filium ad supplicium dedat, intersecturos se minantur. Ille abiecto paludamento fordidatus in medium progressus, milites vt filij adolescentiz ignoscant, precatur : militibus autem magis magisque tumultuantibus, d Agathocles ensem stringit quasi manus sibi illaturus : quo viso milites ne id faciat conclamant: ignoscere se filio. Ille collaudata militum beneuolentia, imperatoriam vestem resumit; mox in Carthaginienses, qui audita feditione ad vallum progressi milites ad deficiendum pelliciebant;e-Disadicanje. ruptionem facit, & pauentes multa cum cæde in castra compellit. Agathoeles preter spem ab hoc periculo liberatus, relicto apud Tunetem Archagatho filio, delectis fortiffimis quibusque ex toto exercitu; vestigijs Carthaginienfium, qui in Numidiam properabant vt defectores ad officiom reducerent, infilititicolque apud Numidas, qui Zuphones nominabantur, allequitur. Carthaginienses vbi hostem conspexere, in tumulo quodam vndique aspero & præcipiti, cuius radices flumine alluebantur, castra communiunt; hine Numidarum equitatum, qui hostes iter facientes infestet, emittunt. Agathocles instructa acie, oppositisque aducrías Numidarum equites sagittarijs & funditoribus, ad Pœnorum eastra contendir. Pœni ex aduerso relictis castris in prœlium egressi Syraculanos in traiectu fluminis occupatos inuadunt ; Syraculanis autem tortiter relittentibus, neutrisque primò congrellu cedentibus, æquo dia Marte pugnatum eft : donee victus tandem Syracufanorum virtute Pœnus in fugam verticar : fusos Syraeulani inlequuntur atque in castra confu-

A G A T H O C L I S.

societatem accipit. Pari beneficio & Camarinzos affectos in partes suas 🔥

AGATHOCLIS

A confugientes oppugnant. Numidarum interca equites, qui le hactenus spectatores pugnæ præbuerant, quum Agathoclem oppugnandis Pænorum castris intentum, sua sine præsidio reliquisse viderent, Syracufanorum impedimenta diripiunt. Id postquam resciuit Agathoeles, relictis Pœnis Numidas raptim perfequutus, partem prædæ recuperat, & quo milites, qui fua amiferant, folaretur, fpolia hoftium ipfis diftribuir. Legatos inde ad Ophellam Cyrenarum regem, qui inter commilitones CLIS cam Alexandri Magni fuerat, & regnum fua fibi virtute pepererat, mittit; of - renarum ferens illi, fi Carthaginienses ei 1s auxilio vicisset je Africa imperio ipfi Rege sociecessure quippe quod non cupiditate, sed necessitate ductus inualerit: ceditur. Diodorne ^B contentum le, si in Sicilia tranquille regnare posset; Sin augendi imperij Bibl. 1. sz.c. cupiditate teneretur, vicinam fibi Italiam effe , vbi virtutem fuam expe- x1111. riri, quam Africam tanto maris spatio à Sicilia dissuctam tentare, facilius fibi effet. His inflatus promiffis Ophellas primùm focietatem cum Agathocle iungit:tum peditum decem millia & equites fexcentos è regno fuo cogit: quibus accessere extra ordinem auxiliariorum decem mik-

lia. Maximilque itinerum difficultatibus diu multumq; fatigatus, ad Agathoclem tandem cum his; quas díximus; copiis peruenit. Agathocles Ophellæ obuiam profectus, eundem humanissime excepit; suppeditatis abunde omnibus quæcunque attlictis aduerío itinere copiis necessaria C crant; verùm neutiquam diuturna hzc beneuolentia fuit. Agathocles

- namq; qui infidias Ophellæ molicbatur, observato tempore, quo maxima eius militum pars lignatum aut pabulatum le contulerat; acculare cum repente vii proditorem apud exercitum cœpit : ita irritatis in eum omnium animis exercitum confestim contra Cyrenzos educit. Turbatus tam subita inopinataque conucrsione Ophellas, cum frustra se defendere niteretur, in prœlio cadit. Agathocles Ophellæ milites, qui prælio superfuerant, promissi conciliatos suis copiis adjungit. In- some terea temporis dum proclium inter Agathoclem & Ophellam commit- CAR regna titur, Bomilcar Pœnorum dux Tyrannidem apud suos intiadit: sed à affectatio in D Carthaginienfibus libertatem fortiter tuentibus captus, in crucem agi- adm. Diod. Agathocles verò auctus Ophellæ copiis Veicam per vim exputurs gnat: & carde promiseua vsque ad innoxiam ætatem, ne illis quidem qui ab Agention ad templa aralque confugerant parcens, desault. Multis præterea Died.s. 1 vi cùm maritimis tum mediterraneis oppidis potitus, rebus in Africa prosperè succedentibus anxius de Siciliæ statu in candem traiicere sta
 - tuit : & relicto in Africa Archagatho filio cum reliquis copijs, duo militum millia in naues imponit, atque in Siciliam nauigat. * Xenodicus * Xenodicus interim Agrigentinorum dux, qui compluribus Siciliz vrbibus in li- doro lib.xx. bertatem affertis spem ceteris secerat, fore ve tota breni Sicilia libera-

Z 3

tetur;

Digitized by Google

181

AGATHOCLIS. retur exercitum decem millium peditum & mille equitum contra Le- A ptinem & Demophilum Agathoclis præfectos educit. Leptines & Demophilus cum octo millibus peditum & ducentis, equitibus vero mille ducentis obuiam tendunt. Prœlio commisso vincitur Xenodi-**À** G АТНОcus, desideratis haud amplius mille quingentis è suis. Hac tantilla clade Agrigentini perterriti à pulcherrimo liberandæ Siciliæ incepto reditus, ge-fag Died. destitêre. A gathocles qui iam in Siciliam appulerat; victoria fuorum erectus; Heracleam, quæ iugum excusserat, rursus ad officium reducit.

Inde Thermenses, qui Pœnorum imperio parebant, in deditionem accipit : Apolloniam vi expugnat : eodem modo & Cephalædio potitur. Conatus prætererea Centoripam occupare, à ciuibus magna B cum fuorum eæde reiicitur. Dinocrates interim exfulum imperator, quum libertatem recuperare volentibus, se ducem fore profiteretur; Dux. Diod. affluentibus vndique ad eum militibus, validas breui copias coegit : & Agathoclem, quòd hoftibus impar esset, cedendo eludentem, vestigijs

eius insistens consectatur. In Africam Archagathus post patris difcessum, cupiens egregij aliquid per se præstare, Eumachum cum parte exercitus ad vlteriora Africæ subigenda dimittit. Is prospera fortuna Africa res vius, expugnata Tocas vrbe, Numidas finitimos imperata facere coë-geste. Diod. git : ducto inde ad Phellinas oppidum energianti git : ducto inde ad Phellinas oppidum exercitu, idem deditione in pote-

Affbodelo-Affbodelo-des populi, mox & Meschelam vrbem, quæ à Græcis, qui Troiam expugnauerant, des populi, mox & Meschelam vrbem, quæ à Græcis, qui Troiam expugnauerant, des mascher-originem repetebat, capit, atq; ita cum exercitu spoliis onusto ad Archa-19.1 VIII. gathum revertitur. Cognita viri virtute Archagathus, aliò rursus Eu-

machum cum copiis emittit : qui in Pithecularum gentem (qui, quòd † v AEg- fimias vice Deorum venerabantur, id nominis à Gręcis acceperút)proprij canes pro Dijs ba- fectus primariam illorum vrbem per vim expugnat, mox gentem vnibuerunt. Vide Diodo- uersam sponte in deditionem venientem in societatem accipit. Carrum lib.xx. thaginienses * intellectis tam secundis Syracusanorum successibus, exer-Bibl.c. LIX. Disdorm citum trifariam divisum contra illos emittunt. Archagathus audito e. 1 x. lib. hostium confilio, suum similiter exercitum in tres partes dinidit. E D HANNO. quibus vnam duce AEschrione in mediterranea aduersus Hannonem Poe-Disdor. lib. O The ducem mittit : alteram maritima tueri iubet ; reliquos ipfe, relixxx. Lx1. cto Tuneti valido præsidio, ducit. Tribus igitur hinc inde exercitibus per Africam vagantibus, arrecte erant omnium mentes quà in spem, quà in metum futurorum. Primus inter alios Hanno AEschrionem sibi oppositum per insidias adortus, quatuor militum millia cum ipso duce interfecit. Alter Pœnorum dux Himilco Eumachum, qui exercitum prædâ onultum trahebat, fimulata fuga ad infidias pertractum cum omnibus copiis cecidit. triginta tantum ex octo millibus ad Archagathum fuga elapfis.

Ì

Digitized by Google

6AP.L V 11:

CLIS in

Siciliam

DINO-CRATES exulum Sy-TACH AMOT. *C.*LVIII.

AR CHÁ-

- λαλτΗσειτς
- A elapsis. Accessit ad hanc calamitatem, quod omnes pæne socij relictis Agathoclis partibus ad Pœnos transierant, Archagathus collectis ins, qui cladem euaserant, militibus, Tunetem se recipit: & misso in Siciliam nuncio, Agathoclem, quo in periculo res sit, edocet, oratque vt rebus afflictis quàm primùm subsidio properet. Agathocles, vbi fuorum cladem resciuit, septem & decem triremes milite complet: ac Leptine toti Siciliz przfecto, iple omnibus ad nauigationem necellariis iam przparatis, tempus ad enauigandum idoneum exspectat : triginta Carthagi- Diodoria niensium triremibus eius egressum oblaruantibus. Inde noctu duode- 14. xx. c.f. viginti fociorum ex Etruria triremes, infciis Carthaginienfibus, ad Aga-
- thoclem venerunt: qua ille occasione letatus, iubet socios, quam primum iple pugná cum Pœnis iniislet, illos à tergo inuadere, atque ita in altum euchitur: cumque insequerentur Garthaginienses, Agathocles conuerfis repente proris hostes à fronte inuadit: instantibus à tergo (vti iusserat Agathocles) sociis, Carthaginienses ancipiti malo circumuenti in fugam vertuntur. çadit în prælio Pœnorum dux; idque sua manu ne viuus in hostis potestatem veniret. Ita fugatis Carthaginiensibus, liberum deinceps mare Syracusani ad commeatus in vrbem conuchendos habuêre Agathocles nauali victoria lætus, Leptinem ad deuastandos Agrigentinorum agros mittit: qui imperata strennuè exsequutus, quum ad vrbis
- C víque muros terrorem intulisset, * Xenodicum Agrigentinorum impera- * Al. Xeno-docum Diotorem ad manus lecum conferendas prouocabat. Quo certamen detre- dor cop. Atante ciues indignati, ignauiam illi exprobrabant. Hinc cum non tam spe victoriæ, quàm pudore coactus copias in aciem eduxisser, amisfis peditibus quingentis, & equitibus sexaginta prœlio superatur.Quam ob cladem quum ciues sibi infensos eorumque oculis se notari viderer, relicta vrbe Gelam profugit. Agathocles superatis terra mariq; hostibus Diodor. 118! conuocatis amicis & Syraculanoru optimatibus lacrificia celebrat: mox m.1x1v. ad epulas & hilaritaté conuersus, cunctis in quemcumé, volebat dicteria iaciendi liberă potestatem concedit: ita vt ne fibi quidé parci vellet. Sed
- D funestæ quàm plurimis hæ epulæ fuere: Nam dum vino animos faciente liberius in Tyranni vitam dicteriis ludunt, exitium lubimet crearunt. Agathocles namque, nemine sinistri aliquid suspicante aut metuente omnes repente mercenario milite cinctos ad vnum interfecit. Hac ciuium laniena perpetrata rursus in Africam nauigat; quò vbi peruenit, cùm AGATROfummam omnium rerum in caftris inopiam, tum ipfos militesfrequenti- ra in Afribus cladibus animo deiectos inuenit. Hinc cum in solo felicis prœlij e- ditio. Diot. uentu omnem fibi spem reliquam intelligeret, quàm primùm manus me u va cum holte conferere optabat. Id quum Carthaginienses minime lateret, ne vel inuiti cum hominibus desperatis & qui in solis dextris spem haberent

Digitized by Google

183

AGATHOCLIS.

berent dimicare cogerentur, in locum munitum, vbi vel pauci multos arcere potuissent, lese receperant. Agathocles itaque postquam nullam ab hoste pugnandi copiam fieri vider, sumta ex desperatione audacia, castra Pœnorum oppugnare aggreditur. Ceterùm milite frustra fatigato ac tribus de exercitu suo millibus amissis, loci potius iniquitate, qu'am virtute holtium superatus. Nocte que hane pugnam insequuta est vterque exercitus casu mirabili detrimentum accepit. E sacrificio Cum namque Carthaginienses captiuos ex more Saturno immolarent, frie incen-flamma repente inualescens proximum aræ tabernaculum, mox & diam. Dio-dor. lib. xx. Prætorium corripuit : inde totis se passim castris (quod tentoria ex aen rundine confecta idoneum igni nutrimentum præbebant) incendium B

diffudit. Ingens igitur consternatio milites subitò inuasit : plurimis ex his dum sua eripere & ignem restinguere conantur, flamma interceptis : alijs autem, qui vt incendij violentiam effugerent ex castris prord-Afri namque víque ad perant, in discrimen priori maius prolapsis. quinque millia, qui sub Agathoclis auspicijs militauerant, vt ad Pœnos transirent, veniebant : hos Poenorum vigiles recta ad castra sua tendere conspicati, suspicatique hostes esle, ad arma conclamant. quo fato confternati qui in caltris erant, in fugam se subito effundunt: multique in tenebris pro hostibus à suis habiti cæduntur : nec ante pauoris aut fugæ finis fuit, quàm Carthaginem peruentum effet. Ciues fu- c gam suorum è mœnibus conspicientes, portas sugientibus raptim aperiunt : vixque orto demùm die , quum neminem hoftium confequi vi-Dieder cap derent, animos receperunt. Simili pænè modo & Agathoclis exercitus cladem sensit. Afri enim transfugæ, quos iam diximus, quum incendium ac tumultum in Pœnorum castris vidissent, non ausi viterius progredi, retro vnde venerant gradum retulêre. Quos postquam Siculorum quidam conspexissent, hostem venire suis nunciant, hinc orto tumultu ad arma Syracufani discurrunt, ac nullo ordine ex castris prorumpentes, palatique per tenebras incerti quos peterent, in suos arma vertunt : atque exorta demum luce errore intellecto in caftra reuertuntur. Hac tam inani confternatione, Pœni quinque millia suorum, Siculi quatuor defiderarunt. Agathocles cognita Afrorum à se desectione, quum hac infuper clade vires fuas affectas, seque imparem deinceps ad fortunam prælij cum Pœnis tentandam non ignoraret, Africam relinquere statuit : sed quia naues ad exercitum traijciendum deerant, consilium suum milites celauit : assumptoque clam noctu iuniore filio Hera-Disdor. lib. clide (Archagathi enim ferociam suspectam habebat; verebaturque ne postquam in Siciliam peruenisset, res nouas contra se moliretur) ad mare contendit. Non latuit eius fuga Archagathum : qui indignitate

rei

184

XX.G.LXIX.

AGATHOCLIS 185 A rei commons, quod folus inter infeltos ad cædem à patre prodereturs militibus rem aperuit. illi re intellecta fugientem perfequuti, compre-Diodor. lib. hensum cum Heraclide filio in castra reduxerunt. Ceterum quum ru- Diodor. 4 mor in exercitu ortus effet, aduentare hoftes, Panicus terror eaftra inua- "1222" hig omnelque incerti quem ducem lequerentur, armis raptim lumptis, extra vallum procellerunt. vbi qui Agathoclem vinctum habebanr, quum illum, vti crat, compeditum produxissent, moti ad miserationem co spectaculo milites, liberari eum vinculis iusterunt. Ille statim vi li- a carnoberatus fuit, nulla filiorum ratione habita, clam se proripuit : & con- africa in scensa cum paucis scapha in Siciliam nauigauit. Id vbi in castris cogni-scens B tum, haud secus quàm si ab hoste capti fuissent, omnes trepidauere: bis institute falutem suam à Rege suo proditam, seque medijs in hostibus delertos Maximilie eonclamantes, qui ne cæssi quidem, in terra holtili insepulti relinquen- viti en et di tuerant : & interfectis prius Agathoclis filijs ad holtes deficiunt. Carthaginienles polt Agathoelis fugam, omnibus quas ille occupauerat vrbibus, partim vi, partim deditione potiuntur. Agathocles autem vbi in Siciliam peruenit; allumta copiarum parte ad A Egeltam vrbem, fociam proficifcitur: & quod exhaulto bellis fuperioribus zrario re pecuniaria destitueretur, ditissimos quosque AEgestanorum, maxi- AEgestanorum, maximam fortunarum partem sibi tradere coëgit. Quod vbi plurimos in- exbaurir. C digne ferre atque hinc contra se tumultuari vidit, cunctos ciues defectionis infimulat : eductolque extra vrbem inopes quidem ad vnum omnes iugulat: ditiores vero ad indicandam quæ ipfis reliqua erat pecuniam varijs tormentis prius exeruciatos, similiter interficit. Nec à feminarum quoque locupletum cruciatibus abstinens, quorundam calcanea forcipibus dilaniat alijs voera præcidit. denique nullum sæuitiæ aut crudelitatis exemplum in mileros ciues prætermittit. Nee his fatiatus, pueros ac virgines A Egeltanorum in Italiam miflas vendidit : vrbemque iplam nomine pristino spoliatam, pro AEgesta Dicepsiim-ap- às de son pellauit, camque transfugis incolendam tradidit. Cognita deinde filio- againete D rum in Africa exde, Syraculas ad Antandrum fratrem mittit; iubet- "bidem cap. que, vt omnium qui in Africa sint necessarios, obtruncet. Paruit ille 12211 Ein frairis mandam, ità crudeliter eius justa exfequetus, ve non feminis, frica cas non senibus decrepitis, ind ne innoxiz quidem ztati pepercerit, tantulque fuit occilorum numerus ; vt quum necatorum corpora in mare Dielerse projectentur, mate per dies aliquot exfortim fanguine purpurasceret.

Quodque grauissimum erat, occisos, nec affinis, nec amicus sepelire, ind ne deflete quidem cam calamitatem audebat; veritus ne si aliquam cum interfectis necessitudinem habere deprehensus suisset, vnà necatetur. Dum hæc Syracuss aguntur, Paliphilus vnus ex Agathoclis

præfectis,

-186

xc.

AGATHOCLIS.

:

Died. Ixx. præfectis, intellecta eius quàm in Africa acceperat calamitate, cum ex- A ercitu & ciuitatibus suz fidei commissad Dinocratem exsulum ducem O LXXX. Consternatus hac defectione Agathocles; miss ad Distocradeficit. 2. tem legatis, offert le Tyrannidem depositurum, si Therma tantum & Cephalœdium sibi cum agro suo relinquerentur. Reiecit tamen has conditiones Dinocrates : quumque identidem cum ijsdem mandatis legati ad ipfum reuerterentur, rem in aliud semper tempus differendo extrahebat. Quod vbi vidit Agathoeles, millis ad exfules Legatis, Dipocratem accufat, per illum stare quo minùs illi libertate & patria KEATHO- potirentur. Inde pacem cum Carthaginiensibus his conditionibus facit; VT ILLI cunctas vrbes que illorum ditionis ante hoc bellum fuissent, B Catthagi- reciperent : ip/e vicissim pro earundem vrbium redemtione, trecenta talenta; i Dieder cap. tritici ducenta millia medimmum à Pœnis acciperet. Ceterùm quum ab LIII. O exfulibus pacem nullis conditionibus impetrare posset, prœlio cùm ijsdem congredi, quamquam copijs longè inferior, constituit. Peditum quinque millia in armis habebat; equites non plures octingentis : cum his copijs ad Gorgium, quo loco Dinocrates castra habebat, profectus; eundem ad prœlium prouocauit. Nec detrectauit pugnam Dinocrates, contemta copiarum eius paucitate : & cum vigintiquinque peditum & tribus equitum millibus, in aciem ex aduerío proceífit. Pugnatum vtrinque acerrime; his virtute, illis multitudine superantibus:tan- C dem Dinocratiani, poltquam duo millia ex ipforum acie ad Agathoclem transfugifient, rati plures transifie, territi in fugam le conijeiunt. Agathocles inhibitis à perfecutione militibus, legatos ad exfules mittit hortatur vt relicta discordia, armisque depositis pacem secum faciant, & in patriam ad vxores & liberos reuertantur. His verbis decepti mul? ti exfulum relicto tumulo in quo tuto confederant, in plana ad Agathoclem descenderunt : quos quum ille armis priùs nudatos armatis zufalanne cinxisset; omnes ad septem vsque millia interfecit. Hac exsulum cæde vum cedes. perpetrata, pacem cum Dinograte facit; eumque parti copiarum præ-Diedor.c. ficit: & inulolatam exinde amiciriam cum codem vsque ad mortem D XCI. conferuauit. Dinocrates in amicitiam ab Agathocle receptus; focias omnes vrbes Tyranno prodidit: & Pafiphilum Gelz comprehensum concr- interfecit; Gelamque iplam in Agathoelis potestatem redegir. Agashadhen thocles compositis Siciliæ tumultibus, cum classe in Corcyram insu-Died.l.xxr. lam traijeit, camque subactam cum Lanassa filia Pyrrho Épirotarum in Excerptie dotis nomine regi tradit. In Italiam inde contra Bruttios copias transs.2:3.4.8. uexit, qui postquam fama atque opinione potentiæ eius territi, legatos pro pace ad eum misissent; ille tam diu legatos apud se detinuit, donee vniversum ex Sicilia, exercitum traiecisset. Ceterum haud diu ea fraude

5

HIERONÍS.

A fraude lætatus paućis polt diebus grauissimo morbo correptus, in Siciliam redire coactus elt. Accellit ad hoc mali & alia calamitas: bellum eniminter filium & nepotemipfius ortum, regnum in duas partes distraxit; his filio, illis nepoti eius fauentibus; occifo tandem filio regnum nepos occupat. Agathocles itaque super inualescentis morbi vim, tanto domestico vulnere afflictus, desperata salute Theogenam vxorem, & duos paruulos ex ea genitos ad se vocat; cosque statim cum vxore in nauim, in quam & preci ofiffimam omnem fuppellectilem comportari fecerat, impofitos in AEgyptum mittit; nec multo post coniugis liberorumque discession, annos tum natus + nona, † Diod. lis. B ginta quinque; naturæ concessit. Habeo auctores qui interitum eius annor vialiter referant : nempe illum, quum templum Vulcani apud Liparen- ex Timeto les donarijs spoliasset, amissa per naufragium classe, ægre cum paucis allerit, Re-euasisse tuspicatumque Deorum ira id sibi euenisse, sponte se in ignem annos duo-derrigimen. præcipitalle.

AGATHO-

187

ΙΕΡΩΝοΣ.

.HIERO II. HIEROCLIS F. SYRACVSARVM REX.

С

A R I I S post mortem Agathoclis belli cladibus Sicilia lace+ D rata eft: hinc Pœnis, inde Syraculanis Infulæ imperium ad 😰 se trahentibus. His tertij accessêre Mamertini dubia inter vtrosque fide nutantes. Syracusani crebris prœlijs à Carthaginienfibus superati, Pyrrhum Epiri regem, qui per id tempus prenni cum Tarentinis adueríus Romanos bellum gerebat, in auxilium euo- Reguin sicauêre. Is statimex Italia in Sieiliam transgressus, Syraculanos Pœ-mmm. Erycem Carthaginiensium ditionis opnorum obfidione liberauit.

D pidum, natura munitifimum per vim cepit : ac Pœnos tota pænè Sicilia expulit. Ceterum quum ob frequentes victorias superbia elatus grauior indies Siciliæ immineret: Theonemque, qui tradendarum Syracularum auctor fuerat, ex lola suspicione occidisset, ciuitates Sieiliæ certatim ab illo deficientes , partim Pœnis, partim Mamertinis fesc adungunt. Turbatis itaque sociorum desectionibus Pyrrhus, Sicilia decedere statuit : vrque id honestiùs facere posser, litteras se accepisse simulauit, quibus à Tarentinis in auxilium aduocaretur. Amiffa itaque æquè facile quàm candem antea acquifierat, Sicilia, in Italiam reuertitur, & Mamertinos ex itinere se infestantes prœlio su-Aa 2

perat.

HIERONIS.

HIERO Hieroslie F. Perat.

188

Post Pyrrhi ex Sicilia profectionem Hiero Prztor creaturi A prator sy- cuius hoc-in magistratu tanta humanitas & moderatio fuit, vt consenlu omnium primo dux aduerlos Mamertinos, inde rex crearetur. Futuræ in illo maiestatis eius educatio prænuncia fuir. Patre namque Hierocle (qui originem suam à Gelone primo Syraculanorum rege repetebat) & matre ancilla genitus, ne materni generis fordes notam tam claræ familiæ inurcrent, à patre expositus fuerat : sed paruulum & humanæ opis indigentem, apes, congesto circa iacentem melle, per dies aliquot aluisse traduntur. Quo de prodigio consultis aruspicibus, acceptoque responso regnum filio portendi; pater infantem recolligit; & in fpem future potentie diligenter ali precipit. Eidem in ludo inter B æquales discenti, lupus tabellam, in turba puerorum repente conspeetus eripuit. Adolelcenti quoque prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta consedit : Quod ostentum consilio prouidum, manu strennuum, & regem quandoque suturum præsignificabat. Sæpius fingulari certamine congressus, semper victor discessit: à Pyrrho etiam donis militatibus ob virtutem sepius ornatus, forma quoque corporis infignis; & vires infuper miraculo fuêre. In colloquio facilis, in negotio iultus, in imperio clemens erat : prorlulque nihil illi regium præter regnum deelle videbatur. Hiero itaque vbi primùm imperator creatus elt, quò opes suas firmaret, cum Leptine viro opi- C bus & potentia inter Syraculanos præcipuo, ducta in matrimonium eius filia, affinitatem contrahit. Et quum videret veteranos Syracufanorum milites ad seditionem & res nouandas admodum prochues, quò Rempublicam ab hac molestia liberaret, expeditionem in Mamertinos (qui Mellanam partim electis, partim necatis ciulbus occupaue-. rant) edicit : eductifque ex vrbe Syracufana copijs, ad Centuripam, quo in loco hoftes erant, caftrametatur. Facta inde hofti pugnandi copia, ac veteranis in prima acie collocatis , ipfe à tergo cum Syracufanis lento gradu subsequitur : idque eo consilio ve interuallo in medio relieto veterani facilius ab hoftibus circumuenirentur, nec aliter quàm spe- D rauerat, euenit. Mamertini namque feroci impetu in aciei frontem illati, poltquam neminem loco cedere, fed obnixè contra ab illis relifti viderunt; finuata paulisper in medio acie, veteranos à tergo clauserunt, & in orbem coactos telis vndique obruerunt. Hiero interim alio cum Syracufanis itinere profectus, omnes incolumes in vrbem reduxit. Et quum videret Mamertinos stolide hac victoria exultantes; Syracusanos tanquam victos contemtui & ludibrio habere; eductis ex vrbe Syracusanorum lectissimis quos ipse in militari disciplina exercuerat, ad Longanum fluuium manus cum Mamertinis conferit; eolque post grauilli-

Hier

HIERONIS.

A grauissimam hincinde cædem superat : & præcipuos illorum duces in HIRRO Rex falmprœlio capit. Qua victoria quum Mamertinorum infolentiam retu- inter. disser, Syraculas reuersus communi ciuium suffragio Rex salutatur; Olympiadis centelimæ & vigelimæ tertiæ anno secundo. Mamertini rebus fuis afflictis auxilium à Carthaginienfibus petiuêre; atque arcem illorum fidei feruandam commisêre. Ceterùm haud multò poft tem4 pore quum Pœnorum potentiam & perfidiam luspectam haberent, auxilium per legatos supplices à Romanis rogarunt : quod vbi se impetrasse intellexere, Carthaginienfium præfectum dolo circumuentum vrbe fimul & arce eiiciunt : vrbemque in populi Romani potestatem dedunt.

- B Carthaginienses præsecto præsidij, quòd eius ignauia arcem amissam causarentur, in crucem sublato, Messanan terra marique obsidione clau- MESSANA dunt. Hiero autem vbi Carthaginienses in Mamertinorum excidium de Carthaginiense animatos cognouit, occasionem venisse ratus, qua gentem barbaram & sur indomitam, penitus delere, aut Sicilia eiicere pollet, fœdus cum Cartha-. giniensibus percutit: ductoque ad Messanam vrbem exercitu,, ad Chalcidicum montem castrametatur. Interim Ap. Claudius Consul Romanus elusis Pœnorum nauibus, qui eius traiectum obseruabant; Mesfanam noctu peruenit & missis postero die ad Hieronem pariter & ad Pœnos legatos, tentauit num æquis conditionibus pacé inter ipfos com-
- c ponere posses. Ceterum quum vtrosque obstinatius in sententia persistere, & auerlos à pace corum animos conspiceret, eductis & vrbe copiis, Hieronemscorsim inuadit : nec detrectauit ille certamen, pugnatum vtrinque acriter : sed tandem superior virtute militum Romanus, cæfa maxima regiarum copiarum parte, regem iplum ad caftra vlque fugientem insectatus elt. Hiero eo prælio Romanorum virtutem expertus. proxima noste defertis caltris, Syraculas plenus pauoris ac metus rediit. Ap. Claudius cognita regis fuga, fugientem infequitur, deuastatoque pallim holtili quà fibi iter erat, agro; Syraculas oblidione cin- sraced

git. Romani cognitis prosperis suorum in Sicilia successibus, nouos consules M. Valerium & C. Otacilium; in Siciliam cum quatuor legio-feffa. Hiero autem vbi Romanorum vires in Sicilia inuanibus mittunt. lescere, & fractos aduerso prœlio suorum animos vidit; miss ad Consules legatis, pacem petit. Exhilarati eo nuncio Consules, quòd magni exiltimarent Hieronem ex holte Populo Romano amicum redde- Rom re, pacem cum illo ijs conditionibus componunt : VT REX captinos Hieronem. Romanos, quos in vinculis halebat, absque pretio dimitteret : argenti talenta centum penderet. Firmata ad hunc modum cum Romanis pace, candem Hiero per quinquaginta quibus regnauit annos inuiolatam conferuauit, Romanique tutillimum in rebus aduersis subsidium, & amicus fidilli-Aa 3

Digitized by Google

189

HIERONIS.

fidiffimus fuit. Finito demùm primo bello punico, cum Pœni Roma- At norum armis fracti, tota illis Sicilia cellillent; & domi grauillimo mercenariorum bello, quo Respublica Carthaginien sium ad extrema pænè deuenit, premerentur; Hiero cum è re sua elle putaret, si Carthaginiensium potentia non penitus exscinderetur, ne Romani illorum metu in totum fublato immodestius se erga socios gererent, classem commeatu & armatis instructam, Carthaginiensibus subsidio misst. Ceterum cum pace per Siciliam parta, regni cius opes florerent ad ornandum Rempublicam Syraculanam conuerlus, humanum le erga omnes & affabilem exhibuit, nihilque à priuatis habitu differens, fine vllo fatellite in publicum prodibat:controuersias ciui magna cura;nec minori iustitia finiebat. Quum- B que artificiosis sumptuosisque nauium constructionibus haud mediocriter delectaretur; vnam præ ceteris construxit, cuius cum magnitudo, RAVIS at tum artificium cunctis miraculo fuit. Proditur in huius ædificatione infumplifie materiam, quæ fexaginta triremibus fuffectura fuerat, quæ à trecentis artificibus præter reliquam ministrorum & operarum turbam, duodecim demùm mensium spatio absoluta est. Tantam nauigij molem frumento onultam, quòd magnam in AEgypto annonæ caritatem effe intellexifiet, Alexandriam Ptolomæo Regi tranfmifit. Tripodem inde aureum ex auro illaborato Apollini Delphis muneri mifit. Auctores tradunt, Hieronem Pyrrho Epirotaru regi primum hospitio, de- C Pyrho affi- inde & affinitate iunctum fuisserac Gelonem Hieronis filium Nereida Pyrrhi filiam in vxorem duxisse. Ceter um quum post diu infidam inter Pœnos ac Romanos pacem, bellum rurfus longè grauissimum inter eos exarfiflet : quo Italia vniuerfa per quindecim annorum spacium, duce Hannibale crudelillime à Pœnis lacerata, & valtata, & res Romana in extremum pæné excidij periculum prolapla est, fidelissime se erga Romanos Hiero, vti deinceps prolequemur, gessit. Post prælium ad Trebiam commissum, Carthaginienses classem, cum ad deuastandam Italię oram, tum ad Siciliam inuadendam instruxerant. Verùm tempestate inter nauigandum exorta, nauibus fluctuum & ventorum vi à se inuicem di- D nulfis, nouem ex illis Liparas, octo Vulcani infulam tenuêre, tres xítus in fretu auertit. Has duodecim triremes ab Hierone, qui tum forte Melfanæ Sempronium Confulem operiebatur, immisse nullo repugnante captas in Messanensium port um pertraxêre. Cognitum ex captiuis, præter viginti naujum classem è qua ipsi essent, quæque ad depopulandam Italiz oram, missa fuerat, quinque & triginta alias quinqueremes ad follicitandos veteres focios Sicilia petere: Lilybeique occupandi præcipuam illis curam esse. Hæc statim vt cognita erant, Hiero AEmylio Prætori, cuius tum prouincia Sicilia erat, præscribit, monetque vt hrmo prælidio

Hierone adificata.

Í.Linij ver balib.xx1. **s.8**8. Anno Vrbis cond. DIXXII

HIERONIS.

A præsidio Lilybæum tueatur, hanc namque vrbem præcipuè Pænos petere. Id poltquam AEmilo renunciatum est, intentiorem vbique custodiam adhiberi, & Lilybæum firmo præsidio muniri curauit. Prælio ^{Linime lið,} inde nauali ad Lilybæum inter Pænos Romanosque commisso, supperior Romanus fuit:captæseptem naues Punicæ, & in his milites mille septingenti. Necdum hoc cognitum Messar erat, quum Ti, Sempronius Consul Messar venit:fretum intranti rex Hiero cum classe ornata obniss in peuiam processi : transgressus gratulatur. statum inde insulæ & Carmum benefocentia. thaginiensium conatus exponit: pollicitus que se quo animo bello priore

- populum Romanum iuuenis adiuuisset, eo le senem adiuurum, frumentum in naues, vestimenta militibus & sociis naualibus gratis præbiturum; grande periculum Lilybæo, maritimisque ciuitatibus esse oftendit, & quibusset periculum Lilybæo, maritimisque ciuitatibus esse oftendit, & quibusset periculum Lilybæo, maritimisque ciuitatibus esse oftendit, & quibusset periculum Lilybæo, maritimisque ciuitatibus esse oftendit, & quibusset periculum Lilybæo, occasionem non desururam. Sempronio itaque minime cunctandum visum esse non desururam. Semteretur : Consul igitur & Rex cum classe regia simul prosecti ; cum inter nauigandum pugnatum ad Lilybæum sulas fue captas hostium naues intellexissent, Consul Melitam insulam, Hiero Siciliam cum clasfe sua repetiit. Postea quum Hiero Romanos grauissimam rursus ⁴⁶ v.c.s - C commeatu & mille fagittariis fimul & victoriam auream pondo trecentorum viginti Romanis in fubfidium milit. Legati regij in Senatum ^{poff} a. c. introducti retulerunt, cladem exercitus + Romani Hieroni allatam, adeo sum Threeum affecisfe; vt nulla regni sui clade magis indolere potuerit : itaque ^{sum Thre-} quanquam probè sciat rem Romanam admirabiliorem rebus aduer sui ^{v1.poff} a. c. quàm secundis effe:missa tamen à rege omnia; quibus à bonis fidelibus - x ^{v1.poff} a. c. fuinte fociis bella iuuari soleant: que ne abnuant magnopere se Patres consecundis effe:missa ta gratix, & à senatu responsium est, virum bonum fidumque socium Hieronem est at que vno tenore quo in amicitiam populi Romani peruenerat; fidem semper servasse; ac rem Romanam in + T. Oraei-
- Domni tempore munifice ab illo adiutam. Ceterùm quum post præ-lue Crasse lium ad Cannas commissum, rursus noua classis à Pœnis in Siciliam v.c. Daar ad deuastandum Hieronis regnum missa esser ; Senatus Romanus per an Propras. T. Otacilium Prætorem † de regis periculo certior factus, quamuis ^{T. Linime} lib. x x 111. affectissimis tum ob cladem Cannensem Reipublicæ viribus, classem ta- & xxv. Val. Maxi. men Hieroni subsidio mist. cui in se beneuolentiæ vti gratiam referret lib. v 11. c. Hieron T. Otacilium proprætorem frumento & stipendio in sex mensteps. Pifes iuuit. Gelonem *quoque filium, qui audita Romanorum ad Canmal. Rom. to. nas clade, contemta patris senectute ad Pœnorum partes se contulerat: 2. pag. 163. Linime L

iamque * Linim l.

HIERONIS.

iamque vrbes aduerlus Romanos armare cœperat; ne fœdus eius teme- 'A ritate violaretur, per infidias sultulisse creditur. Non multo post filij mortem;iam nonagenario+ maior;anno regni quinquagelimo, Hie-NIS Regis ronymo ex Gelone filio nepote, quindecim annorum puero fuccessore regni relicto moritur. Traditur ante mortem in animo habuille Sy*lib.* x x 1 v . rap. 13: Val. raculas liberas relinquere; ne sub dominatu puerili, regnum bonis arti-Max lib.8. bus firmatum euerteretur. Sed huic confilio obstitere filiz, ratz nomen Lutian. in quidem regium penes puerum fore; regni autem administrationem & Macrobijs. Ann. V. C. imperium penès se virolque suos Andronodorum & Zoilum: hos enim T. Lini. lib. tutorum primos Rex teltamento dederat. Victus itaque affiduis filiarum XXI V. C.I.2. precibus Hiero, incorptum mutauit. Tutores enim quindecim puero B reliquit: quos precatus est moriens, ve fidem erga populum Romanum à se per annos quinquaginta cultam, inuiolatam conferuarent: puerumque suis potifimum vettigiis infistere assuefacerent. Hzc vbi mandal-

let exspirauit Funus eius à ciuibus magna cura & pietate celebratum, fuis pænd neglectui fuit. Populo quoque Romano memoria ipfius ita grata fuit, ve captis poltmodum à Marcello Syracufis, nihil æquè Syra-

culanis ad meliores pacis condiciones à Senatt Romano impetrandas profuerit; qu'am Hieronis memoria ac fidei erga Pop. Rom integritas. bor, qui Hieronem folus omnium auctorum Paulanias infidiis Dinomenis Syraculani occilum scribit : quod tamen verum non esse, vel hinc animad- c uda cu uerti potest, quod nulla cius rei mentio apud Latinos Scriptores exstet: Hirronic. neque enim illi(Liuius przesertim) rem tanti monenti in Rege socio poforse affinipuli Romani prætermissuri fuisse videntur. r confu ويعفطه

 $I E P \Omega$.



192

nbitm. t Lini

CAP. 13.

DXXXVI

\$31 14.

ΙΕΡΩΝΥΜοΥ.

A

HIERONYMVS GELONIS

F. SYRACVSARVM REX.

ORTVO Hierone, tutores Hieronymum quindecim anno-Ex Linio lib.xx1v. Frum puerum in concionem producunt : recitatum inde Hie- cap. 14. 15. Fronis testamentum; paucis, qui ad excitandos clamores in 23. Polybine concione dispositi erant, id approbantibus : ceteris animo pa- in Excerption rum læto excipientibus; qui conspecta immatura Hieronymi ætate, ve- initio. rebantur ne animus iuuenilis regno per se gubernando impar ad deteriora inclinaret. Ceterùm Andronodorus reliquis statim tutoribus remotis, Hieronymum iam iuuenem & regni potentem esse dictitans, ac proinde tutela, quæ fibi cum pluribus communis erat, deposita, cunctorum in se solum potentiam conuertit. vix vlli etiam bono moderatoque. regi, in tanta ciuium erga Hieronem beneuolentia & charitate succedenti, facilis ad fauorem apud Syraculanos via futura erat. Verùm

- C Hieronymus quasi vitijs suis aui desiderium etiam magis excitare vellet; HIEROprimo statim initio quantum abeius humanitate differret, ostendit. Rex. Nam qui per tot annos Hieronem eiusque filium Gelonem, non veste aut alio quouis infigni à ceteris ciuibus differre vidifient; purpuram, repente, diadema, & fatellites armatos conspexere : quadrigitque albis, vti Dionysius Tyrannus antea solebat, Hieronymum è regia procedentem. Hunc tam superbum apparatum, habitumque consimiles sequebantur mores : contemtus omnium hominum, iuperbæ aures, contumeliosa dicta, aditus non modo alienis, sed & tutoribus difficihs. Hinc factum est vt multi tutorum metum supplicij morte aut vo-
- D luntario exfilio præuerterent. Sunt & auctores qui referant, eum primò assentationibus Osis parasiti corruptum ad imitationem Dionyfij Tyranni diadema & purpuram affumfifle. Nec his contentus vnam ex ancillis, cui Pitho nomen erat, in matrimonium duxit : camque diademate ac reliquo vestitu regio ornatam, Reginam salutari voluit. Crescente itaque indies fastu & superbia societatem Romanam abrumpere, seque ad Pœnorum partes conferre cogitabat : fed distrahebatut in diuerla animus trium potissimum contentionibus. Andronodorus enim & Zoilus eum ad Pœnorum societatem inclinare; Thrafo verò his contrarius in Romanorum fide atque amicitia, retinere Bb cona-

in Hieron

HIERONYMI.

conabatur. Indicatur interim per Calonem quendam conjuratio in A Hieronymi caput facta: Calo enim à prima pueritia Hieronymo inti-Coninvatio mus fuerat. Is vnum tantummodo ex coniuratis Theodorum, à quo ad mű detecta. facinoris societatem se sollicitatum fatebatur; indicare potuit: qui comprehensus statim, atque Andronodoro ad torturam traditus, de se haud cunctanter fassus conscios celabat. Postremò quum omnibus, supra quàm humana patientia tolerare posset, tormentis laniaretur, victum fe malis fimulans, à conscijs ad innoxios indicium vertit, Thrasonem eius confilij auctorem mentitus : nec enim aliter quàm tanto socio confisos vnquam rem aggredi ausos fuisse. Nominat deinde & alios ex Tyranni amicis, quorum nomina inter tormenta doloreíque occurrêre: B Maximam indicio fidem Thrasonis nomen apud Hieronymum fecit. Itaque extemplò ad supplicium traditur: additi pænè & alij iuxtà infontes. Conjuratorum nemo, dum torqueretur Theodorus, aut latebras quæfiuit aut fugit ; tantum illis fidei in Theodori constantia fuit, tantaque eius in conscijs celandis fortitudo. Thrasone itaque iam sublato, qui folus femper obstiterat, quò minus Hieronymus Pœnis fe adiungeret, haud dubiè iam res ad Pœnos inclinabant. Missi statim ad Hannibalem legati ! ac remissi ab eo cum Hannibale nobili adolescente, & Hippocrate & Epicide, qui Pœni materno genere, nati Carthagine, fed Syracufis oriundi erant, auo scilicet exsule Syraculano. Per hos iuncta socie- & tas inter Hannibalem & Hieronymum: nec inuito Hannibale cum Hieronymo manserunt. Ap. Claudius, cuius tum Provincia Sieilia erat, vbi hæc intellexisset, Legatos quamprimùm ad Hieronymum misit:qui cum le ad renouandam locietatem, quæ inter Romanos & eius auum intercessifiet, venisse dicerent, per ludibrium auditi sunt, percunctante per iocum Hieronymo; quis euentus proclij ad Cannas fulffet, vix credenda enim Hannibalis Legatos referre; velle le quid veri fit intelligere! vt inde mature rebus fuis confilium caperet. Romani contrà, cùm ferio Legati audirentur se redituros dicentes; admonito potius quàm rogato Hieronymo, ne fœdus cum Romanis ab auo Hierone percussum viola- D re veller, discedunt. Post Romanorum discessum, statim Legari à Hieronymo Carthaginem milli, ad fædus cum illis ex Hannibalis focietate meundum. Pacto itaque inter cos conuenit, vt quum Poeni Romanos Sicilia pepulissent (quod breui futurum sperabant) Himera amnis, qui mediam ferme infulă diuidit; Punici Syracufanique imperij limes effet. Sed inflatus adulatorum assentationibus Hieronymus, qui cum non Hieronis tantum, fed & Pyrrhi materni aui (natus enim ex Nereide Pyrthi filia fuerat)meminisse iubebant : aliam rursus legationem Carthaginem mittit, qua petebat, vt, deuictis Romanis Italiz imperiŭ Pœnis; fibi autem

HIERONYMI.

A autem Sicilia vniuerfa cederet. Conceffum & hoc à Carthaginienfibus est: nihil recusantibus, quò illum à societate Romana auerterent. Ceterùm post hæc omnia in eius exitium præcipitia suêre. nam postquam præmiss Hippocrate & Epicide cum duobus armatorum millibus ad tentandas Romani imperij vrbes, ipfe cum reliquo exercitu, qui quindecim milliü erat, in Leontinos protectus ellet: coniurati, qui omnes tum forte militabant, a des via angulta imminentes, qua Hieronymo ad forum cunti transcundum erat, occupauerant. Ibi quum reliqui instructi armatique transitum ipsius exspectantes starent; vni ex satellitibus, cui Indigemini nomen erat, hæ partes datæ funt ; vt cum vicinus huiusædis B ianux rex effer, per fimulationem aliquam subsequentem à tergo turbam in angustiis moraretur. Vti conuenerat ab Indigemine factum est:tanquam astricto nodo laxaret pedem, turbam moratus tantum interualli fecit; yt in prætereuntem fine armatis regem impetus fieret : confodereturque prius aliquot vulneribus quàm succurri posset. Orto hinc clamore ac tumultu, in Indigeminem obstantem tela à satellitibus coniecta; ita tamen, vt duobus duntaxat vulneribus acceptis euaferit. Hic exitus Hieronymi polt decimum quintum regni sui mensem suit. Satellites HIEROcæde regis conspecta alij aliò diffugiunt : percussores verò partim in fo- 400 rum ad multitudinem parta iam libertate exultantem, partim Syracufas

c ad præueniendum Andronodorum properant. Sed iam perceperat Andronodorus rei gestæ famam, atque Insularn firmo statim præsidio muniuerat. Ceterùm poltquam multitudinis in recuperanda libertate confensum cognouit, non ausus obsistere, simulato se quoque libertati fauere, collaudatisque percussoribus; claues + insulæ in populi potestatem + 100 matradit: pro quo beneficio, Prætor cum Themistio (qui Harmoniam Ge-lonis filiam in matrimonio habebat) & aliis aliquot creatur, verùm in zinio haud diu in fide permansit: instigante namque Damarata vxore, Hiero-665.66, nis filia, atque assume in societatem Themistio, Tyrannidem occupa-Linius lib. re tentauit. sed prodito per Aristonem (nam & huic rem omnem com- 73.74.75.

nunicatierat)Andronodori confilio, prætentus vnà cum Themistio occiditur. Nec contentieorum czde Syraculani, vxores fimiliter vtriulque Damaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filias immissis percussoribus interfecêre. Erat & altera Hieronis filia Heraclia Sofippi yxor;qui voluntario exfilio Tyrannidem Hieronymi vitauerat. Ea quum ad fe quoque percuffores venire præscisset; in sacrarium ad penates cum duabus filiabus virginibus confugit: diuque per Hieronis patris, & Gelonis fratris Manes, percussores obtestata, ne se innoxiam Hieronymi inuidia conflagrare finerent, excuius regno nihil præter exfilium viri habereta Bb 2 Poltquam

19**5**

HIERONYMI.

Postquam in vanum se preces effundere vidit, vt saltent puellis parceretur orare institit, à qua ætate etiam hostes irati abstinerent, néue Tyrannos vleiscendo, scelera quæ odissent ipsi imitarentur. Ceterùm cum nihil proficeret, Heracliam à penetralibus abstractam iugulant: cædique matris etiam filiarum cædem addunt. Hic exitus Hieronymi Tyrannorum vltimi cum tota familia fuit, quæ post eius interitum acta sunt; & quomodo Syracusæ in Romanorum potestatem peruenerint, in Syracusarum descriptione prosecuti sunus.



HISTO.

Digitized by Google

196 D-A-

HISTORIAE VRBIVM ET POPVLORVM MAGNAE GRAECIAE ΕT ITALIAE.

PARS TERTIA



QVIDЕм, benigne lector, quum ca Græcorum Numismata, quorum populi sedes in Italia habuerunt, in ordinem aliquem digerere constituissem, putabam me haud omnino abfurde facturum, fi quidquid vrbium aut populorum pecuniam Græcorum elementis fignasset, aut etiam Græcæ in Italia originis effet, sub MAGNAE GRAECIAE GRAECIAE nomine complecterer. Neque enim eam ad tam

angultam nominis rationem, atque Magna Gracia à priscis inclusa fuit, coarctandam putauimus; sed eius vocis vsum, ob rei argumentum latissimè per totam Italiam diffusum, largius nobis esse vsurpandum: idque vti

- c non fine æqui Lectoris viilitate & commoditate, ita haudquaquá contra nobilissimorum scriptorum auctoritatem; quando Strabo ipse non Italiæ folum MAGNAM GRAECIAM inclusit; sed & in Siciliam vique extensam strabo lib. fuille prodidit. Ad hæc obsertto ITALIAM non vno tantúm loco, sed varijs regionibus & vrbibus à Græcis cultam & frequentatam fuisse. Adde, quồd quemadmodum ITALIA, vti nunc, ita & olim nobilifima totius Europæ regio, non vniuerfa ab initio Italiæ nomine donabatur; fed hi tantum qui llthmum inter Laum flumen, finum Hipponiatem, fiue Napitinum; ac Scyllaticum incolerent, Itali (qui ijdem & OEnotrij olim) vocabantur. ita æquiorem nobis fore Lectorem putauimus, fi nunc
- D MAGNA E quoque GRAECIA E nomine paullo largiùs ob caussas prædietas víuri sumus. Quare vt ITALIAB non vna * totius appellatio olim † sed vatuit; fic nec vnam quoque communem omnium fuisse possessionem fa- indita, vr cillime observari potest. nam Hesperia, Ausonia, Saturnia, & demum quor Hadr. Inque, vt iam diximus, ITALIA partium tunc, non totius appellationes fuetunt: quas partes, vt in monumentis rerum gestarū traditum est, alij alias urser. ab initio tenucrunt; Siculi, Tyrrheni, Vmbri, Ligures, OEnotrij, Peucetij, Aborigines, Pelasgi. Quorum alij iteru huius regionis indigenæ fuisle; alij aliunde, & ex Græcia plerique in hanc terram, omnium iam tum rerum copia affluentem, traiecisse scribuntur. Verùm vt eorum quisque venerit, vt bella Bb3

MAGNAE GRAECIAE ET

bella pacemque cum finitimis fecerit, nobis hoc loco non est confilium A scribere: id vbi opportunitatis ex numismatibus occasio sele offeret, non omifluri: nam vti corum temporum non latis explorata memoria eft, ita quæ de ijs antiqui prodiderunt, fabulis quàm historiis similiora vi-Adde quòd parum consentanea, atque adeo pugnantia inter se dentur. fæpe tradant; vt vix probabile quidem, quod in tam discrepantibus rebus adferas, quidquam inuenias. Ceterùm ex officio nobis facturi videbamur, si primùm ITALIAM paucis, vt à natura; & à populorum iure diltincta describeremus. Natura enimintra mare & Alpes eam in trianguli formam (fi bono in primis auctori Polybio credimus) vt eius apex Massiliam quoque perstringat, inclusit. Verùm & hoc addamus, ÍTALIA. Italiam à Populo Ro.propriè vocatam fuille, quidquid ad superum mare Rubicone; ad inferum Arno fluminibus claudebatur : vti ex tradentium auctoritate constat. Ligures, Gallos, Venetos, Carnos obream caussam, quòd in Prouinciæ formam inclusi erant, ab co nomine excludebant. fed ipfum Polybium, qui Scipioni AEmiliano, & deletæ Carthagini sivs ex. æqualiscripsit, audiamus. Tota, inquit, Italia in trianguli speciem est formacellens feri-ptor Hifto- ta; eius latus vnum quod ad orientem folem spectat, Ionio, ac deinceps Hadriatico ria. Polyb.lit.x. mari terminatur: alterum verò quod ad meridiem, Siculo, & Tyrrheno esc quibus inter se coeuntibus, apex trianguli efficitur. In meridiem proiectum promontorium, quod panca ini-Cocinthus appellatur, Ionnum à Siculo mari distinguit : tertium verò latus quod Se- C stralo prin- ptemtrionem & medsterranea regionem intuetur, deinceps Alpium crepidine circumcipio lib. v zimin lib. (cribitur: que à Massilia & ijs que supra Massiliam sunt locis instium ducit. & consimilie po- tinenter »/que ad intimum Hadrie finum extenditur. Apud iplam autem, de qua tins anerso dixi, crepidinem Alpium (quam etiam quasi basem trianguli appellare Pliniue. Triagularis licebit) à meridie ad leptemtrionem subjecti sunt campi totius Italiæ vitiverò ficura mi, qui bonitate & magnitudine omnibus, qui in Europa funt, antecelpropria: vn- lunt. Vniuersa verò ea linea, qua hi campi definiuntur, sectem trianguli de Trina- formar · cuius aper ab A lairen er A format : cuius apex ab Alpium & Apennini montis concursu non longe cria dista, & Trique- à Sardonio mari supra Massiliam figuratur. Laterum autem vnum à Septemtrione, vt supra dixi, Alpes sunt; quæ ad ducenta septuaginta quinque passum millia porriguntur, alterum verò à meridie Apenninus, qui ad quadringenta quinquaginta. Basim autem totius figura litus Hadriatici finus affingit: cuius magnitudo est à Sena oppido in intimum fere finum, vitra cccx11. millia: adcò vt horum camporum ambitus, non multum à mille ducentis quinquaginta millibus passum differat. Quocirca, fi Italia terminos fecundum naturam propagatos fequemur; hos Italiæ populos numerabimus : Ligures, Gallos, Venetos, Carnos, Etruscos, Latinos, Campanos, Lucanos, Gracos, Apulos, Frentanos, Picentes, Vmbros, Sabinos, Vestinos, Marsos, Marrucinos, Pelignos, & Samnites. Quod fi ex iure

198

POLY-

Historia

- ITALIAE DESCRIPTIO. 199 A iure, quo Italiz populi cum Romanis vel fœdere vel amicitia fociati; vel legibus quoque donati lunt, Italos diftinguemus; futurum eft, vt cos in tres tantum populos diftributos fuisfe observemus, in Latinos, Italicos, & Prouinciam Galliam. Atque vt ius illud omne à fœdere manabat, erantque fœdera alia aliis æquiora; ita non eadem omnes populi conditione funt vfi: fed alij aliis, meliore vel deteriore. Quæ fi per præmiorum gradus diftinguantur, optima erat ciunum Romanorum, fiue Iuris Quiritium conattivationalitio: aliquanto incommodior Latinorü: infra Latinos Italicorum : duriffima verò Prouinciarú. Latinitatis fiue Latij iuris præcipuæ partes erant vt ius suffragij Romæ non in tribu certa, fed ex magistratuum arbitrio
- haberent: quod fummum erat, qui ius Latij habebat, is fi apud Latinos magistratum, Quzsturam, aut AEdilitatem gessifiset, lus ciuitatis Romana assequebatur. Populi quoque qui uus Latij habebant, suis à Prztoribus non à Romano magistratu administrabantur. atque hoc ius populi Latini fuit, vsq, ad annum ab vrbe condita DCXCIV. quo ex Lege Iulia ius ciuitatis vniuerso Latio datum est. Italicum sus neque suffragij lationem com resultationem assesses habebat, neque per Magistratus administrationem ciuitatem assesses at ur. Ceterum Italici magistratus su legibus, non Prztori Romano, ve Prouinciz, parebant.

Prouncia ius præcipuè in co versabatur, quod iis leges domesticæ adi- revinmebatur & pro iis aliæ à Romanis dabantur regebanturq; à Prætore, qui 1981

- ^C ius de rebus priuatis dieebat; caussas verd publicas cum concilio cognofcebat, & imperium cum belli gerendi potestate habebat. Hæc de iure populorum Italiæ paucis hîc à nobis adscripta sunt, & per compendium vt quoties de iure Latij, Italico aut Provinciarum in libris antiquorum oceurret, intelligi quid scriberetur possit. Ceterùm vt Namismata nostra variè per Italiam eiusque regiones sparsa populos quos nuncupauimus contingant, operæprecium me facturum arbitratus sun, si ca occasione vsus paucis vniuersam Italiam per populos & limites suos (veluti si eam per Itinerarium obirem) distinctam, fimul etiam agros corum &
- b vrbes, quantum ad rem propositam opus effet, complecterer; confidens co confilio me tum priscorum monumentis magnam lucem, tum luculentum rebus nostris compendium esse allacurum. Atque à Latinis, quorum agris etiam Roma cis Tiberim imposita erat, exorsi, observamus duplex fuisse Latami, petus & nomm.

Vetus LATIVM ab occasii Tiberi & Erruscis : à Septembrione Aniene LATIVE & Sabinis: Vsente flumine & Volscis ab oriente; Tusco mari a meridie terminatur. atque in co fuisse populos, Albanos, Ruoulos, Volscos, & AEquos, quos & AEquicolas vocabant.

Volfa quidem terè verlus mare, citra & vitra Viencen flumen oppida

MAGNAE GRAECIAE ET

da x v111.tenuerunt: inter quæ præcipui nominis & maritima Ancium, & A Anxur fiue Tarracina & Sue Ja Pometia.

LATIVM nouum ad Septemtrionem Anio, Sabini & Marsi; ad ortum Samnites & Campani; ad meridiem mare à Circeiis ad Lirim continebat: cuius populi Ofci, Aufones, & Hernici.

Ausones proprie dicti fuerunt Aurunci inter Volscos & Campaniam fiti:quorum oppida Minturnx, Velcia & Aulonia fuerunt. è quibus Minturnas ad Lirim fitas Stephanus Samnitibus adscribit.

Latio Campania est adjuncta.

CAMP NIA me tres Wif4.

Campaniam à Liri amne ad Vulturnum ; à Vulturno ad Sarnum; à 🗉 regiones di- Sarno ad Silarim antiqui produxerunt. Quare tres Campaniæ partes à 🖪 veteribus inftitutz; vna, quam Aufones, Aurunci, Sidicini, & Capuani tenuerunt: altera, quam Cumani & Opici: tertia, quam Nucerinf.

1.Prima ad mare Sinuessa (quæ & Synope ante dicebatur) & Vulturno. oppidis frequentata erat, intus autem Gauro, Massico & Falerno montibus, campo Stellate, Suessa Aurunca, Calibus, Cassino, Teiano Sidicino, Venafro, Calatia, Callicula, Trebula, Cafilino, cum filua Gallinaria, & capite ipfo regionis Capua.

11.Secunda ad mare Linternum oppidum cum fluuio; Cumas, quas Dionyfius Halicarn.in Opicis collocat; Misenum, Baias, sinu Lucrinum & Auernum habebat:tum Puteolos, Neapolim & Heracleam, omnes in c eo linu, qui Crarer dicitur: intus verò Atellas, Abellam, Suessulam, Acerras, Veluuium montem, Nolam, & Pompeios.

111. Tertia ad mare oppida habuit, Stabias, Surentum & Mineruæ promontorium:intus Salernum, Nuceriam, & Picentiam. **Obleruo ctiam** agrum à Surrento ad Silarim flumen, Picentinis huc ex aduerso Adriatici litore traductis, fuisse per x x x. P.M. attributum.

IVCANIA

Lucani à Silari fluuio ad Laum víque tenuerunt: ad mare quidem Pzftum fiue Pollidoniam, Ralinurum promontorium, Veliam, Buxentum; intus Thebas Lucanas interiisse Cato auctor est. & Pandosiam Theopompus apud Plinium. Ceterúm Lucaniæ caput Petiliam fuisse obseruo, D Lucaniam attingit ca regio quam Græci magna ex parte incoluerunt. Eadem in tres partes diuifa fuit, Bruttios, Messapios, & Salentinos.

BRVITII.

Bruttij (vt suo loco dicemus) genus hominum agreste, & fugitiuum, expulsis Græcis occuparunt eam partem quæ quondam OEnotria & Italia dicta inter duos finus Hipponiatem, in Tusco mari & Scyllaticum in Ionio erat: Ilthmumque illum à Lao flumine ad Metapontum víque tenuerunt : sicuti ex Antiochi auctoritate Strabo prodit. Deinceps occurrit regio quæ Isthmo est inclusa à Tarento ad Brunditium, quam Meffapiam, Iapygiam, Calabriam: & Salentmam variis mominibus

appella-

Digitized by Google

nokum.

200

ITALIAE DESCRIPTIO.

A appellarunt: quanquam alij eandem in duas partes, Strabone attestante, distribuant. Vnam in qua Tarentum, quam Calabriam & Messam; alteram in qua Brundissum, quam Salentinos, siue voltimam Iapygiam nominarunt.

Ceterùm quod ad MAGNAM GRAECIAM attinet, eius limites nonnulli multò angustiores, Prolemæum Pliniumque secuti, constituunt. 🚥 Ab Alece enim flumine in Rheginorum agro, quidquid agrorum aur opidorum à Locrorum linu itidem Scyllatio víque ad Tarentum circa Ionij maris oram continebatur, Magna Gracie solum adscribunt. Si ve- sinde lig ra est Antiochisententia quam Strabo profert, Græcorum limites à vi. Grout ^B Lai fluminis in finu Hippomate oftio víque ad Alecem flumen fecundum Tyrrheni maris oram multo longius Italiz spatium, quam secundùm Ionij maris litora occuparunt. Sin etiam ex cadem ratione veros Bruttiorum fines assignauerimus, necessum est maritima corum fuisse Templam , Terinam, Metaurum fluuium , Scyllxum promontorium, Rhegium, Leucopetram, Herculeum promontorium, Alecem flumen Rheginorum agrum dirimens à Locrensi, Bruttium, & Zephyrium promontoria, & supra Locros cognomento Epizephyrios Mamertinum castrum : vnde Mamertini qui Messanam fraude occuparunt nomen fortiti sunt, vt nonnullorum est opinio. Item Caulloniam, Scyllatium,

- C Lacinium promontorium, Crotonem, Sybarim, Thurios; quorum opidum deductâ Coloniâ Copia appellationem adcepit: tum & Lagariam vrbem, Acirim & Sirim flumina, ac postremò Metapontum, Intus verò Numistrum, Consentiam, Hipponem, Heracleam, quæ & Siris vocata est; &, vt Straboni placuit, Pandoliam. In altera huius regionis pare te à Tarento Brundissum terrestri itinere xxx11. P.M. opida per continentem sunt à Tarento, Vria, Messana, Aletium 1 in ora verò Galesus flumen, & Tarentum, Senonum Gallipolis, Iapygium sur Salentinum promontorium, in quo Leuca: mox, vnde breuissimus est in Græciam traiectus, ab Hydrunte in vltimam Iapygiam secundum Adriatici maris
 D oram Brundissum, vtrumque à Ptolomæo Calabriæ inxta mare Ionium
 - adscriptum, Hydruntem Plinius à Brundisio quinquaginta M. F. disungit. Post Salentinos Apule à Brundisio ad amnem Fiternum ysque agros Apveis tenuerunt. Observo Apulorum duo suisse genera: Vnum quos Pencetios, duples. itidem Iapygas & Pediculos vocarunt; quorum oppida secundum mare, Barium, Egnatia, Rhutlia: amnes Pactius, & ex Hirpinis montibus defluens Aufidus; mediterranea autem Venusia & Cœlia.

Alterum Apulorum genus, quos Daunos & Messapygas cognominabant, in qua oppida secundum oram Sałapia, Sipus, Apeneste, Gargahus mons, Hyriŭ, inde Fiternus flumen. Mediterranea Teanum cogno-

Ce

mento

201

MAGNAE GRAECIAE ET

mento Apulum, Luceria Colonia, Arpi, Canufium oppida. Addit Stra- A bo, cos qui finum iuxta Garganum montem incolunt, Apulos proprie fuille appellatos.

Post flumen Fiternum quod Apuliam terminare diximus, sequebantur ad mare Frentani, víque ad Aternum flumen;à quo deinceps Picentes suntita ve inter Apulos & Picentes nulli alij populi quàm Frentani fuerint interiecti. In ora flumen Trinium portuolum: oppida Istonium, Buca, Ortona, Aternus amnis.intus verò Anxanum & Larinum.

ŤR 5.

FRENTA

NI.

Vltimi vt diximus Italiæ, si à populorum iure distinguantur, circa Adriatici maris oram Picentes erant.qui ab Aterno amne ad AEsin maritima tenebant in quibus opida maritima veterum scriptorum testi- B monio celebrata, Caltrum, Cupra maritima, Truentum, Nomana, Ancona, intus Cupra montana, Firmum & Alculum vtrumque cognométo Picenum: Hadria colonia, & ager Prætutianus. Deducti ex his agris Picentes, in aduerso Tyrrheni maris litore inter Sarnum & Silarin flumina, vt suo loco meminimus, consederunt. Ceterùm deinceps oram Italiæ maritimam, eiufque fines & limites fecundum fitum paucis profequemur. Vltra AEfim flumen Galli Senones víque ad Rubiconem habitarunt. Hanc regionem primùm Liburni coluerunt; cos expulerunt Siculi; Siculos Vmbri; Vmbros, vt ex Catone Plinius reltatur, Etrusci. Plin.lib.111 Post Senones ex transalpina Gallia prosecti Tuscis exactis regionem C occuparunt, & Senogallix nomine ab iifdem appellata elt : in qua hxc opida præcipuè floruerunt, Sena, Fanum Fortunę, Pilaurum, Ariminum. Sed postquam Romani & hanc partem dejectis aut debellatis Gallis in potestatem redegissent; placuit vt Italia, quæ eò vique AEfi flumine interclusa fuerat, ad Rubiconem vsque produceretur. Postea vero extincto omni Gallorum nomine, Vmbriæ propter affinitatem strab.lib.6. Val. Max. 1. hæc pars attributa est.quod ex Strabone, Valerio Maximo, atque aliis patet.

2.cap.6.

Sequebatur vltra Rubiconem Gallia citerior, quæ & Togata appellata Togata fine est: quæ quidquid montium camporumque & agrorum mari Liguítico D flumine Arno ad mare inferum, Adriatico fiuu; Rubicone, & Formione fluuiis, ad fuperum mare terminabatur & conuexa prope Alpium crepidine inclusum erat, continebat. Mare hanc, vt diximus, à Meridie claudebat. Alpes à Massilia in orbem prope per vada Sabatia, Taurinos, Salaslos, Rhætos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Aquileiam & Tergeste vsque in finum Adriaticum ductz, Septemtrionem & Occidentem claudebant. finus ipfe & hinc Rubicon, illinc Formio duo flumina Orientis partem definiebant-

> Ceterùm quidquid agri ab-occidente Athefi, ab Oriente Adriatico, à Septem-

ITALIAE DESCRIPTIO. 203 A à Septemtrione, vt ait Strabo, Natisone flumine; à Meridie Pado comprehensum est, id totum Venetorum fuit: eaque regio vniuersa Venetia est.

A Natisone vsque ad Formionem Carni erant; quorum opida Aqui- CARNI. leia, Concordia, Tergeste.

Galliam vero Citeriorem Apenninus ferè mediam diferiminabat, & flumen magnum Padus, qui ex montis Vefuli fonte in Alpibus ortus ex Apennino eclebrati nominis octo, alia ex Alpibus vndecim recipit; pluribulque in finum Adriaticum oftijs erumpit.

Ligurum, vt ait * Dionysius, natio antiquissima & regio latissima fuit, LIGVELS partemque non modicam Galliæ vlterioris & Italiæ insedit. Qui ei- #Diomysius tra Apenninum habitarunt in Montanos & Maritimos distincti fue- rieges. runt.

Montani à Nicza, vnde A penninus attollitur, víque ad fontes Macræ pertinuerunt; à Maera verò víque ad Arnum Ligures A puani.

Maritimi à Massilia vsque ad Pisas, vt Polybius ait, consederant. quæ ora opida habuit Herculis fanum, Lucum Feroniæ, Lunam. & post Macræ fluminis ostium Genuam, vada Sabatia, Albingaunium, Albium, Monæci portum, Herculis portum & Italiæ finem, Varum. Intus opida pauca, castella plurima: in iis Luca; quæ ante Etruscorum ait fuisse Licomas. Cuius, & postea Ligurum.

Etruíci lequuntur post Ligures à Pisis oppido Romam víque; qui aravaca quidquid agrorum inter Arnum & Tiberim flumen erat, insidebant. Etruriæ verò opida eirca maritimam oram celebrari obseruo, Alsium, Pyrgos, Tarquinios, Grauiscas, Cosam, Volcas, Thelamonem promontorium, Populoniam, Volaterras & Pisas. Interius populi erant, Veientes, Falerij siue Falisci, Capenates, Vulsinienses aliique multi apud veteres celebrati.

Hactenus itaque cos profecuti fumus populos, qui Italiæ oram infederant, ac fiue Tufcum, fiue Siculum, fiue Ionicum, fiue Adriaticum ma-D re attingebant: reliquum est vt paucis, quantum ad nostrum pertinet inftitutum, cos, qui mediterranea tenebant, referamus.

Vmbros(vt inde exordiamus) Sempronius à frontibus Tiberis víque vasai, ad Narem flumen perducit; fecutus, vt opinor antiquorum temporum rationem. Strabo à mari ferè ab Arimino víque ad Ocriculos; recentiorem, postquam ager Gallicus (vt scripfimus) V mbris est attributus; descriptionem fecit. Opida Nequinum (quod deducta colonia à Naparia. re fluuio Narnia dictum fuit) Meuaniam Propertij Poëtæ patriam. Nuceriam, aliaque aliquot non ignobilia V mbri tenuerunt:

Sabini inter vmbros ab Occidente, & Latinos ab Oriente siti erant.

MAGNAE GRAECIAE ET

& quidquid agrorum inter Narem & Anienem Humina contineretur, A id totum Sabinorum fuille, veteribus placuille video.

Sequentur inde populi quattuor, vt non admodum latis, ita nec fatis certis finibus ab antiquitate conscripti.

V B STINI. Vestini; vt opinor, Sabinis proximi Aternum flumen ab Oriente, ab Occidente Sabinos, à Septemtrione Picentes habebant.

Cis Aternum Vestinos sequebantur Marrucini Frentanis subiecti.

CINI. PELOGNI. Sub Marrucinis Peligni; quorum oppida Corfinium, & Sulmo Ouidij Onidij pa-tria Snimo. Poëtæ patria.

Marsi supra se Veltinos à Septemtrione, ab occasi Sabinos, ab oriente Pelignos, à meridie lacum Fucinum & AEquos fiue AEquiculos attin-B gehant.

SA MNI-TES.

HIRPINI.

MARRV

MARSI.

Reltant Samnites populi, quorum regio Samnium appellata in longitudinem longe plus quàmin latitudinem patebat. Habuit à septemtrione Frentanos & Apulos; à meridie Campanos & Lucanos, ab occafu Aufones cum Pelignis; ab oriente itidem Apulos cum Lucanis. Populi in his claruerunt rerum gestarum memoria nobilitati; Pentri, Caraceni, & omnium vltimi Hirpini.

Hirpinorum vrbes Plinius recitat Beneuentű, Cofam, & Herculaneium. Populorum itaq; sedes loca que suis limitibus vtcunque ex antiquitate obleruare potuimus, bona fide adlcripfimus. Ceterùm vt nihil quod in 🥫 hoc noltro argumenti genere deliderari, aut diligentia noltra præstari pollit, omittamus; lequitur vt quemadmodum paucis oftendimus quo iure populi inter se secundum Italiæ regiones discriminati erant; ita etiam ciuitatum iura inter se admodum diuersa fuisse doceamus.

Ciuitates itaq; Italiz co iure inter se differebat, vt aut Colonia, aut Municipia Prafectura, aut foederata oppida; Fora, aut conciliabula fuerint appellate.

COLONIAS vocabant Romani oppida, in quæ populus Romanus ci-

COLO-Antiquit.

in Iulio Caf. & in Angrafto.

vide Card- ücs suos ad incolendum deduxisset; idque sex potissimum de caussis oblum sigo-mium; onn- feruatum fuisse priscorum anctoritate traditur. Vnam, ad vicinos popuphrin Pan-minim de los coercendos: alteram, ad hoftium incurfiones reprimendas; tertiam, D colonijo, & stirpis augendæ: quartam, plebis Vrbanæexhauriendæ; quinctam seguinn in ditionis sedandæ caussa; Sextam, vt præmiis veteranos afficerent.Qua-Dialogie comone autem de coussa de data a la co cumque autem de caussa deducendæ erant Coloniæ, lege Agraria opus erat, & Coloniæ curatoribus: qui vel Triumuiri, aut plures (nam lego agris diuidundis, aut Coloniz deducendz etiam xx. viros fimul datos

in fuifle) deductis fub vexillo in agros Colonis, aratro vrbem & agrum tau-Fastie Con- 10 & vacca iunctis ; auspieio primùm facto, circumarabant, ac designabant, quod vii etiam in numismatibus tam consularibus quàm imperatorijs olim à nobis in lucem datis frequenter videre licer; ita Ciceronis quoque,

ITALIAE DESCRIPTIO. 205 A quoque, Frontini, Varronis, & Græcorum auctoritate confirmatum eft. Ius vero Coloniarum duplex fuiffe colligo. Vnum earum quæ ciuitate Romana; alterum, illarum quæ Latinitate aut iure Latij donatę eranti Quæ ius ciuium habebant, iure Quiritium priuato tantùm, non publico vtebantur.Qui Latinitatis, ij iure Latij, quod iam expoluimus, fruebantur. Respublica Coloniarŭ in legibus & legum curatoribus posita erati Legum curatores, aut Magistratus aŭt sacerdotes erant; hi diuinarum, illi humanarum legesà Coloniæ deducendæ curatoribus, quum primum conderentur, dabantur. Adhæc in coloniis confilium erat & Senatus & populi. Senatores in coloniis, vt & in municipiis, Decuriones vocabantur. In Decurione legendo, vt & in Senatore Romano, census, vt ex Pli-

nio fecundo conftat, obferuabatur, atque ætas. Magiftratus coloniarum præcipui erant aut Duumviri aut 111viri, aut i vviri Iuris dicundi(totidem namque inuenio) qui Confulibus vel Prætoribus Romanorū comparari poterant. Prærerea Goloniæ Cenfores, AEdiles, Quæftores habebant; & fuos in Vrbe patronos. fic Bononia in Antoniorum clientela; Patroni or-Puteoli in Iuniorum patrocinio erant: Atque huiufmodi patronorum frequens tum in antiquis marmorum inferiptionibus atque aliis monumentis, tum prifeorum feriptis haud infrequens mentio eft.

MVNICIPIA opida erant iure ciuium Ro.donata.Nomen iis factum MVNICIà muneribus capiendis. Munera enim Reipublicæ publica cum auctori-^{PIA.}

c tate curationes erant, Municipiorum duo genera fuerunt; Vnum quibus Ciuitas cum iure fuffragiorum; alterum fine fuffragio data erat. Illis dare Quiritibus honores & capere poteftas fuerat; iftis non erat : fed in legionibus vt ciues, non in auxiliis vt focij, adferibebătur. Refpublica eorum fi ordines quæramus Decuriones, Equites & plebé habebat: fi confilium publicum, Senatum, & Populum : fi magiftratus & Sacerdotes; 11viros & 111viros Iuridicundo, Cenfores, AEdiles, Quæftores & Flamines Municipiorű obfetuabimus, & qui ex Decurionum ordine lege- Decembantur, Decemprimos, qui tributorum exactioni præerant. Decurionum primi.
 b tur. Populi verò fummum ius fuiffe video in legibus ferendis, & magi-ftratibus municipalibus creandis.

Sequitur vt de Przfecturis pauca quzdam adferamus. PRAEFE-CTVRAE vocabantur opida in quibus & ius dicebatur, & nundinz agebantur!& erat earundem Relpublica quzdam, ita tamen vt magistratus suos non haberent:sed Przfecti quotannis in eas mittebantur; qui ius dicerent: Przfectorum duo genera erant, vt & Przfecturarum : Vnum Quattuorvirorum aut sevirorum qui populi Ro. suffragio creabantur, & in Przfecturis ius dicebant. Alterum earum, quz à przfectis administra-

Cc 3

bantur:

Sexprimi.

206

bantur: quos Prztor vrbanus in quzlibet loca legibus mittebat. Iús In A Przfecturis priuatum ex edictis Przfectorum Romanorum conftituebatur: publicum autem vniuerfum à Senatu Romano petebatur: nempe cenfus tributorum, vectigalium, & militiz: vfque adeo vt non meliori conditione effent Przfecturz quàm Prouinciz. Fuerunt tamen in Przfecturis Confilia publica, fummulque ordo, qui conuentus vocabatur. Frat & equeftris ordo & plebeius. Magistratus autem alij eò Roma mittebantur, qui ius dicturi esfent; quos Przfectos appellabant cosque à numero (vt iam diximus) Quattuorviros aut Seviros dicebant. Sunt tamen qui eosdem Sexprimos quoque vocatos opinantur aliis placet Sexprimos in przfecturis Decemprimis Municipalibus respondisse. Verùm magistratus ex Przfecturz corpore creatos AE dilem & Quzstorem observo. Nam quod Liuius & Feitus produnt Przfecturis fuisse magistratibus interdictum, eos non de quibusse loqui opinor, sed solum de iis, qui iuris dicundi potestatem haberent.

MAGNAE GRAECIAE ET

Ceterùm opida quæ neque Colonie, neque Municipia, neque Praféciure erant, Fæderata vocabantur; quæ aliud ius nullum, quàm fæderis& focietatis cum Po.Ro. habebant. Fæderata verò quæ in in Italia fuerunt opida, aut Latij fædere obstricta erant; vt Tibur & Præneste : aut Italico; vt Neapolis, Velia, & Heraclia: aut Gallico; vt Rauenna. Habebant ea opida & suam rempublicam, Leges, & magistratus. Hinc ciuibus Ro. in c ciuitates sæderatas exsulatum ire, teste Polybio, permissu erat : tanquam in eas quæ Rempublicam suam propria in potestate haberent; neque Romanis obnoxiam. Observo in opidis sæderatis omnes ferè magistratus fuisse, qui Romæerant, Dictatorem, Consulem, Prætorem, AEdilem, Quæstorem.

Reliquum est de Foris & conciliabulis. FORVM hic accipimus pro loco in quo ius dicitur. Hinc not apud Ciceronem atq; alios scriptores phrasforum agere, & forum indicere; qua forma dicendi vtebantur magistratus, quando locum iurisdicundi, qui conventus appellabatur, designabant. Altera fignificatio Fori, locum nundinationis, aut in quo nundina agetentur, denotabat: quem Prætores quoque (Seruio teste) in provinciis soliti etant indicere. Quod ius etiam ad privata prædia aliquando translatum fuisse & Suctonius in Claudio auctores sunt. Verùm ca loca proprio vocabulo non Fora; sed distinctionis gratia conci-LIABVLA fuisse dicta inuenio.

Ceterùm hæc omnia ita sesse in ITALIA habuisse ex Antiquitate constat quoussi, bello Italico siue sociali, anno ab vrbe condita DCLXIII. ea lege quam L.Iulius Cæsar Consul tulit, ciuitas populis Italicis data est. Atque vt nullis coloniis ante cam legem Iuliam ius suffragij patuit; sic post

FORA. Connentus CONCI-

- DESCRIPTIOL ITALIAE 207 A post eam latam omnibus esse permissum constat : mis is forte pauce aliquot scelere aut calamitate id ius amissilient. Itidem & Præfecturis suftragij ius efle conceffum ex Sullana Ciceronis orat. & Pædiani commentariis apertum est. Postquam autem Italia à Philippo & Perperna Cenforibus in tribus triginta quinq; cenfa erat, cauffa facile patet, cur post légem Iuliam multa opida & Municipiorum & coloniarum nomine fimul donata fint:multa itidem Prafectura & Municipia appellata. Quia quatenus colonos haberent, colonia; quatenus Præfectos, Præfecturæ nomen tulerunt. Vt auté suffragij sure donata sunt, eatenus Municipia sunt nominata. Et quia ius luffragij vnà cum tribu obtinuertit, factum est vt veteres scri-B ptores fæpe Tribuum appellatione populos Italiæ ciuitate donatos indi-
- casse videantur: vti Suetonius in Testamento Augusti, & Martialis non femel:qui quum populum à tribubus distinguant, populi nomine plebem Romanam intellexisse videntur; Tribuum vero Italiam.

Illud addo, omnia quæ hactenus de Coloniis ceterisque opidis dicta funt, intelligenda esse de iis Coloniis , quæ iuslu Senatus deducta sunt; nam militares Coloniz à L. Sulla Dictatore primùm per vim deductz corofunt; qui vt veteranos præmiis emeritæ militiæ donaret, inimicorum suo-Militaret. rum agros parta ciuili victoria, militibus, per quos vicerat, diuisit. Quod postea Casar Dictator, M.Antonius; M.Lepidus; & C.Casar Octavianus 11 1 viri Respublica constituenda, & iplemet Augustus imitatus est : Legionel-

C que vniuerías vnà cum Tribunis & Centurionibus, & suis cuiusque ordinis manipulis fuisse deductas, bonus imprimis auctor Corn. Tacıtus scriptum reliquit.

ΝΕοΠοΛΙΤΩΝ.

NEAPOLIS *Cumanorum Colonia*.

AMPANIAM, ve regionem totius Italiz à fecunditate & cante prouentuum felicitate commendatiffimam, ita latiffimè fecundum Tyrrheni maris oram sese obliquante aut infinuantem, aut interiùs cumfortissimis Italiæ gentibus coniunctam, atque adeò plures sub se populos complectentem, veterum auctoritate celebratam fuille observamus; idque tanto scribentium consensu, vt vel hinc nonnulli cam non modò Italiz, sed totius terrarum orbis pulcherrimam plagam appellare non dubitarint. Nihil enim mollius cælo Campano aut clementius; nam bis floribus vernat : nihil folo vberius; itavt hine certaminis fiue contentionis inter Liberum & Cererem, imò & iplam Palladem (propter olei Campani præcipuè autem Vena-

NEAPOLIS.

Venafrani præstantiam)de regionis dominatu nata sit sabula: nihil mari A hospitalius.Hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus, & tepentes fontibus Baia, fon- Baiæ, Lucrinus, & Auernus. Hîc amicti virium nobili ilimarum gloria montes Gaurus, Falernus; Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuuius; Vrbes ad mare Sinuessa, Cumæ, Puteoli, Neapolis: intus Capua, quondam tertia inter duas maximas, potentissimasque Romam & Carthaginem annumerata: præterea Atella, Suessa Aurunca, Teanum Sidicinum, Cales siue Calenum, Nola, Nuceria, Picentia. Ceterùm vt Campania in tres partes diuisa sit, & quibus terminata fluminibus iam ab initio in præfatione nostra diximus.illud addam, quantum equidem in Romanorum historia observare potui; à Sidicinis armis Samnitium oppressis, & ad B Capuanorum auxilia sele conferentibus, occasionem fuisse oblatam, qua Romani iusta pro Campanis, vtpote sociis, arma induere coacti sunt.nam Capuani à Samnitibus acie fusi, abijsdem, quia armis plus poterant, feruitutem metuentes, le, vrbem atque agros anno ab vrbe condita CDX. in fidem populi Ro.dediderunt, atque is belli motus reliquam per partes traxit Campaniam; vt ius Italicum ex populi Ro, iuslu accipere coacta fuerit.

Inuenio tres in Campania agros à veteribus celebratos : Campum Stellatem, Falernum, & Leborinum. sunt qui opinentur à Leborino agro vniuerfam hanc regionem hoc sæculo terram Leborinam, siuc, vt nunc Italia pro- C nunciat, Terram di Lauoro nominatam. Ceterùm vt iis quarum exhibemus in Campania numismata civitatibus ius Italicum primo obuenerit; inde etiam lege Iulia aut ciuitate Romana donatæ, aut suæ libertati permissa sunt, singulis adscribemus. & paucis quoque (siquidem earum rerum memoria, quæ sanè vel incuria hominum vel iniurla temporum etiam à prisci sæculi soriptoribus ante Romanorum res geftas defideratur, exftat) quæ ipfarum ciuitatum origo; qui maiores, refpublica, res gesta, fortuna, incrementa aut interitus fuerint; singulis adiuei, Numilmatum lymbolis adleripturi, aut coniecturis verlimilibus pro-Aggressurus itaque eiuitatum Campaniæ tam mari- D polituri litmus, timatum quàm interiorum aliquot, quorum ad manus nostras numifmata peruenerunt, historiam, exordium à Neapolitanis sumere placuitr non quidem quòd id ordo Geographiæ ita postulet : sed sicuti tradente Linio Neapolitani antiquissimis temporibus Gracorum in Italia primi fædere eum P.Ro.coniuncti fuêre; quod illi vno & perpetuo iuris & fidei renore semper seruarunt : ita nunc Neapolis totius facile regionis caput est nobilissimorum præclatissimorumque virorum, vti & olim cùm ajumna tum sedes celeberrima, Neapolitani primùm absque controuersia in ordine locum mereri videbantur. NEAPOLIS itaque à Cumanis ÌП

pentes.

CAPVA urbs maxiina)

Lebotin terra.

- NEAPOLIS:
- 200 A in finu qui ob fimilitudinem fitus crater dictus erat, condita est. Cumaniverò è Chalcide Euboiæ originem trahunt; qui classe qua domo aduccti erant, plurimum in ora eius maris quod accolunt potuêre; primo in infulas AEnariam & Pitheculam egretti, deinde in continentem sedes transferre aufi Cumas, (vt in Cumarum descriptione oftendemus) inde Palæpolim, haud procul ab co loco vbi postea ad litus Neapolim, condiderunt. Hanc à prima origine Parthenopen fuisse dictam, ob Partheno- Geograph. pes, (quæ trium Sirenarum vna celebratur) sepulcrum ibidem dum vrbs conderetur inuentum, ab antiquitate memoriæ proditum elt. Ceterùm poltquam Cumani qui Cumis remanserant vereri cœperunt, ne exhau-B sti colonis, qui ob loci situm & agri fertilitatem magna frequentia Palzpolin sedes transfulerant, ipsi quoque tandem patriam deserere cogerentur; confilium vrbis nouz demoliendz capiunt : eaque magno impetu euería, quum pestis Cumanos adorta seuirer, consultus q; Apollo respondillet, saluti ipsis futurum, si Palæpolin quam euertissent instaurarent; oraculum sequuti nouam vrbem condidisse traduntur, quàm Neapolim hinc vocarunt. Obtinuit tamen vsus apud rerum Romanarum scriptores, vr Palapolis nomen & Neapolis ; quòd duabus vrbibus haud procul distantibus idem populus cslet, promiscuum fueritidonee fœdere in populi Romani amicitiam recepta, obsoleto priore nomine, Neapolis tan- * virgilian tùm diceretur; nomenq; Parthenopes poëtis * relinqueretur. A Græcis ex in fine o C Chalcide & aliquot Atheniensibus ab iuitio frequentată, legibusque & "gie. Græcis institutis coaluisse obseruo. Additur ab eisdem; quum antea Parthenope vocaretur, quasi novam ab ipsis conditam vrbem Neapolin fuisse dictam- Solinus tamen, ni mendum fit, eandem ab Augusto in-solinus Pon stauratam, & ab eo primum tempore Neapolin vocari cœpisse scripsit: upistore led Solinum scriptorum & temporu auctoritas erroris coarguit; quum Lycophron Prolemzo Philadelpho zqualis Neapolus mentionem faciat; itidem toties bello Punico fecundo + Liuius, nec rarò aliquot in lo-1, T.Linino cis iple etiam Cicero; potissimum in Balbi & Archiæ defensionibus, vt & 35. cetera omittam. Gymnicum certamen & Musicum Quinquennale V. Googr. D Neapoli magna Græcarum vrbium frequentia, & contientu celeberrimo, idque fingulo quoque lustro ex oraculo fuisse celebratum, veterum auctoritate teltatum est. Hinc forsitan in Neapolitanorum numisma- Ministantud tibus Minotaurus laureo serto à victoria donan dus toties apparet; & Dia-serpel. na in altera numilmatum parte. Spectantur inter cætera duo postrema, nummu. in quibus, vti & in præcedentibus, Minotaurus à Victoria coronatur; Hebon Dent quorum alteram partem facie Dei Hebónisà Neapolitanis pro Baccho elim Neaculti, fignatam opinor. Macrobius enim auctor est, & eiusdem aucto- crob. lib. 1. ritatem etiam lunij Aquilæ, quod exstat de eodem Deo Epigramma xviita Dd confirmat.

NEAPOLIS.

confirmat, videturque Hebon vocari vt Hebe : id est, à prima lanugine & A. molli teneraque ætate. Quamquam nec hæc quoque improbabilis coniectura videri possit, Neapolitanos huiusmodi numismatum suoru Symbolis originem suam ad Theseum maioresque suos Athenienses, quorum coloni Chalcidenses erant, voluisse referre. Induxit me in eam cogitationem idem Macrobius apud quem ex Pherecyde refertur, Thefea quũ in turnal. cap. Cretam ad Minotaurum duceretur, votum pro falute atque reditu fuo, Apollini &λίω, η Apleμιδι &λία concepific; vtrilque vt falutis fue auctoribus. Apollo namque & AIG cognomento & apud Homerum & Menandrum poëtas celebratur: ad hæc & Milesij A pollini & \u00edu w pro salute sua immolabant. Vt autem ad Gymnicum certamen quinquennale reuerta-^B mur, illud à Neapolitanis in honorem Augusti constitutum Suetonius auctor elt: iplumq; Augultū extremis vitæ luæ diebus illud perspectasse: eth auctores habeam qui (vt meminimus) illud ex oraculo diu ante Augusti tempora institutum fuisse referant. Illud certè constat, Neronem Neapoli primùm, vt Musicæ suæ prosectum ostentaret, in theatrum prodijfle;tantoque studio id prosecutum fuisse, vt ne concusso quidem terræ motu theatro, antè cantare destiterit, quàm inchoatum absolueret vouov. Sed ista euenisse quum res Romana vnius dominatione oppressa erat scimus; nunc quæ fortuna Neapolitanorum fuerit dum libera effet Respublica, paucis à Palæpolitanis exorsi prosequemur. Palæpolitani partim infida Samnitium adueríus Romanos focietate freti, partim peftilentia, quæ in vrbe graffari nunciabatur, fidentes, multa hoftilia aduerfus Romanos, qui agrum Campanum Falernumque incolebant, perpetrauerant. L.Cornelio Lentulo itaque, & Q.Publilio Philone iterum Coff. coxxvr. feciales Palæpolin ad res repetendas milli, quum ferox responsium retulissent, bellu Palæpolitanis ex auctoritate Patrum Populi instu indictum eft. Nolani Palæpolitanis fe iunxerant. Confuli igitur Philoni bello Græcos perfeguendi prouincia obuenit. Qui loco opportunè inter Nolam & Palæpolin capto, mutuam auxilij societatem hostibus ademit. Quum diu teneret ca obsidio, imperium Philoni cum Proconsulari potestate, guoad cum Græcis debellatú eslet, prorogatum est. Palæpolitani quum arctiffime obliderentur; & velut à suismet ipsi capti præsidijs indigna se cum liberis ac coniugibus, & quæ captarum vrbium extrema funt, paterentur; & grauiorem infuper feruitutem à nouis Samnitium & Tarentinorum, quæ venire nunciabantur, auxilijs metuerent, principes ciuitatis Charilaus & Nymphius deditionis confilium inter se communicant. Quod vbi placuiflet, Charilaus ad Philonem profectus, tria militum millia ad occupandam eam vrbis partem, quam Samnites infederant, accepit. Nymphius; vti conuencrat, codem tempore Samnitium Prætorem artc

Lib.1. Sa-XVII.

210

Suet.in Nerone c. 20.

CAP.98.

ieton.in Angusto

PALAB POLITA-NI.

Anne pest Ro. C.

NEAPOLIS:

arte aggreffus, perpulit vt præsidin noctu ab vrbe ad höstium agros populandos deduceret: atq; interea Charilaus in vrbem à focijs ex compofito receptus eft. Nolani ex vrbe Palæpoli Nolam fe fuga recipiunt. Sam- NEAPOnites autem exclusi, non externis modò sed & popularibus suis ludibrio faderata. fuêre, spoliatique & egentes domi rediêre. Tandem eo summa rei Græcorum venit, vt Neapolitani fœdere Italico in amicitia populi Ro.recepti, leges suas, Rempublica, & suos magistratus neutiquam Romanis obnoxios retinerent. Cuius rei documentú est quod Polybius prodidit, ciues vi. His. Romanos qui exfilij cauffa folum vertebant; Neapolin * fe vt in liberam "item Praciuitatem contulisse. A dhæc quod quum Romæ Cereris sacerdotes, quæ mester. O

- B Græcæ originis & liberæ erantjad facra facienda legi debebant; aut Nea- ibid. politanas, aut Veliés, vt ex fœderatis ciuitatibus, fuisse delectas Comiter inde à primo fœdere Neapolitanos pop.Romani societaté conservasse obleruo:vlqueadeo vt quum res Romana grauillimo Hannibalis prœlio ad Trebiam & Trasimenum affecta laboratet, legatos miserint, qui quadraginta pateras aureas magni ponderis, in subsidiú belli pop. Romano offerrent. Quibus quidé legatis gratiz à Senatu pro eura & munificentia actæ funt; vnica tantùm patera, quæ minimi ponderis fuit, accepta. Rurfus cùm Romanus multiplici clade ad Canas ferè ad internecionem fractus effet, Neapolitani fidem cum fortuna non mutarunt: Hanniba
 - c lemque victricia figna circumferentem, & per agrum Campanum mare inferum petentem, vt occupata Neapoli vrbem maritimam haberet : & licet turma equitum ipforum cum Hegria præfecto ex infidijs circumuenta ac deleta, pacis tamen conditiones & societatis fœdus offerentem excluserunt. Flexerat inde Hannibal iter in Capuanosjà quibus receptus iterum Neapolitanorum animos partim spe, partim metu nequidquam tentauit. Neapolitani enim quum vim hostis metuerent; intelligerentque Hannibalem, vt maritimo oppido potiretur magna cupiditate teneri, quò curlus nauibus ex Africa tutus ellet, M.Silanum cum prefidio acciuerant, ita vt non folum munitillima vrbis mænia ob holte confpecta, D haudquaquam prompta oppugnationi, fed & przfidium Romanum receptum, ab vrbe oppugnanda Pœnum absterruerint. Quid deinceps Neapolitanis éum Romanis publice negocij fuerit ant gesterint, obscura memoria est. Illud obseruo, Neapolin secessu Romanorum ad otium & voluptatem fuisse frequentatam:camque fuis legibus, republica, & libertate magna vsos, cui rei argumento est; quòd Neapolitani, quum socijs & Latinis lege Iulia ciuitas data effet, iuris fui libertatem ciuitati, vt Cicero in oratione pro Balbo oftendit, antepoluerint. Nec ne mouet quòd Cicero Neapolin, quz ciuitas fœderata erat, vt iam ostendimus, Municipium ibi vocet. respexit enim ad id tempus, quo ipse scribebat; Dd 2 liquidem

211

p. VIR GI-**70**. Virg. IV: Georg. in extreme. Stratim Papinine Neapolita**я**ш. PAV ST-1Y₽V S. ^{*} Hodieqne la Crotta.

NEAPOLIS;

fiquidem tum Neapolis lege Iulia ciuitate acceperat; qua ratione & Mu- A nicipium cum iure suffragij erat. Ceterùm Coloniam fuisse aliquando Neapolin, antiquis quidem marmorum Inscriptionibus, sed nullius scriptoris, quantum equidem obleruare potui, auctoritate testatum est. Inscriptiones enim diserte prdinis et populi et patroni colo-NIAE NEAPOLITANAE meminerunt; neque an ciuium Romanorum, an sociorum Latinoru, an denique militaris fuerit; ad hæc neque à quo, neque quando deducta fit, oftenditur. Verùm Neapolin multis ab Augusto beneficijs affectam, & instauratam, & decreto ornatam fuiffe, quo annua vicena millia Neapolitanis à fisco suo numerari iufferat, Plinius LIVE Mes tradit. P. autem Virgilium Maronem Neapolin, vt commodifimum B Musarum hospitium secessi suo frequentasse, nec longe ab ea circa Pauflypun duobus ab vrbe passuum millibus, vt Seruius metitur, sepultum fuisse, memoriæ proditum est: adhæs L. Papinium Statium qui Thebaida scripsit, Neapoli oriundum esse. Non longe à Neapoli Pausilypus mons & promontorium crat, amœnitate situs, sertilitate, & salubritate commendatus. Itidem perfosso monte cauerna, quam Seneca Cryptam * Neapolitanam vocat. hie Villa Virgilij & Luculli, qui montem maiore

impensa exsciderat quàm villam exstruxerat:ita vt etiam curruum com-Plin.lib.1x. meatui peruius esset. Fuit & Casaris piscina, à Plinio & Columella ob Natur.Hiff. falubritatem piscium & corum viuacitatem commendata. Neapolis ve- c 13. 6 rò fitum ab extremo occidente horam cum besse disiunxit Ptolomæus: Prolem. in Geograph. ab AEquators verò partibus quadraginta femis.

ΠΥΤΕοΛΙΤΩΝ.

PVTEOLI Cumanorum Colonia.

Geogr.

DICAR-AR CHIA. PAMfaniae in Megania-cie & Arca-fuisse, & à Cumanis condită, corumá, fuisse emporium Stra-dicie. Strabe lib. Strabe lib. v. Gengr. fuz vii antiquissimz origine è Grzcia atque Euboia insula à Chalciden-Plin. L.111. fibus; Chalcidenfes ab Athenienfibus repetunt : quo & Puteolanorum Ex Macrob. numifmata spectare credibile est, que A pollinis Ouris (vt paullo ante lib.1. Satur. memorauimus) faciem aduersa, Minotaurum auersa parte exprimunt. eap. 17. fap. pag. 210. 4. Ceterùm quum Diczarchia emporium, tempore belli eius quod Hanni-pyr B 0 11. bal cum Romanis in Italia gerebat, frequentari cœptum estet, Q. Fabius Pade fac ex Senatus auctoritate illud communijt; & presidium ei impoluit: muta-Strabe lik.y. toque nomine, Puteoli deinceps vocari incœpit : idque siue à puteorum,

quibus

PVTEOLI.

Digitized by Google

A quibus ager eius abundabat, frequentia: siue, vt nonnullorum est opinio, pvraoit à putore aquarum & aëris, sulphureo semper vapore grauis. Atqui quum Festus Puteolos inter ea Przefecturarum genera recenseat, in quas Przefecti irent à populo Romano creati, suspirational substitute eam Przefecturz nomine & iure tandiu administratam fuisse (annis videlicet vndeviginti Lipsine ad donec P. Cornelio Scipione Africano 11. Ti. Sempronio Longo Coss. ad Tacità xiv. dana-Colonia ciuium Romanorum trecentorum hominum lege Acilia Tribunicia eò deducta est: habuitque ea Colonia priuata quidem aliqua cibunicia iura, vt & ceterz Coloniz; nulla tamen publica: ita vt nomine ciues Romani, re verò Coloni tantùm essent Puteolani. Argumento est;

- B quòd Liuius prodat Colonos, qui Puteolos, Salernum, & Buxentum adicripti nomina dederant, quum ob id fe pro ciuibus ferrent, Senatum iudicaffe non effe ciues Romanos. Argumento etiam eft, quòd P. Scipio Africanus & P. AElius Pxtus * Cenfores, portoria rerum venalium Caux ac Puteolis fruenda locarunt. Feftus enim-Capuam fub eodem Præn.c. infrä fecturæ genere cum Puteolis recenfet. Addit Liuius ab iifdem Cenforixiv.
- C Fufidio & M.Pullio Duumuiris; quum Romæ Confulatum gererent P. Rutilius Rufus & Cn. Manlius Maximus, quæ numerorum ratio eum ipfis quoque Faftis congruit. A fecundo namérie A fricani maioris Confulatu víque ad P.Rutilij Rufi & Cn.Manlij⁺Confulatum, anni nonagin- t da.¹⁷/té ta in Faftis interesse numerantur, Itidem in antiquis Inscriptionibus Decklytti. etiam AEdiliumColonia Puteolanorum mentio fitt & Cicero Antonium M. Cicero philip. accusat, Puteolanos ideirco infestantem, quòd C. Cassium & Brutos fibi vitt. patronos adoptassent. Ceterùm quum illud factum constet postea quàm lege Iulia Puteolani ciuitatem adepti erant; verisimile est Puteolanos ab initio Præfecturæ legibus, fuisse administratarn, donec Colonia
- D einium Romanorum fieret. Atqui polt deuictum Antonium, Auguftus Vrbe rebulque vrbanis constitutis, quum Italiam xx11x.coloniis pvtioit frequentaffet, Puteolos quoque militarem coloniam Augustam, vti Frontinus tradit, deduxit; inqua iter vno latere populo debebatur triginta pedum; agerque eius veteranis & Tribunis legionariis in iugeribus adscriptus erat. Addam & illud, exstare Puteolis templum, quod frontispicij inscriptio & titulus Augusto à L.Calpurnio L.F.positum & dedicatum testatur. Admonet autem Puteolorum stato, vt prodigiofam Caligulz Czefaris ex Suetonio ostentationem referamus: qui, vt nosuet.Tranet. Dd 3 moles

Sueton.

ibidem.

Annal.

Ibidemá

I.Lipjins

libri 11.

SINVS.

BAIAL.

Seneca

epift.78.

PVTEOLI.

moles Puteolanas & Baias trium millium & sexcentorum ferè passuim A patebat internallum, ponte coniunxerat, contractis vndique onerariis nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, superiectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam : per quem pontem ipfe vltro citroque per biduum commeauit. eumque apparatum instituisse creditur ad æmulationem Xerxis, Perfarum regis, qui non fine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulasse scribitur. Laudant tamen alij alias huius rei rationes, ad eludendam scilicet Thrasylli mathematici auctoritatem Caligulam hunc pontem excitasse, prædixeratenim Thrasyllus, non magis Caligulam imperaturum, quam per Baianum fi-Corn. Tacitus lib.x1v. mum equis discursurum. Tacitus autem scriptum reliquit, Neronem veteri Puteolorum opido ius colonix & cognomentum à se dedisse. Meminerunt Puteolorum etiam Plinius & Vitruuius: hic ob puluerem Puteolanum Annot.78. qui cæmento Cumano admixtus in molibus ædificandis etiam ad o-Vitrumins mnem maris impetű inexpugnabilis sit; ille* ob purpurissum, quod vel Archited. cap. 6. * Plin. lib. Tyrio, tantopere à veteribus commendato, præstantius & nobilius cenxxxv.Nat. sendum sir. Ceterùm quia mare mediterraneum, quà sele circum hæc Hist.cap.v. litora infinuat, duos finus faciat nobiles admodum, Puteolanum fcilicet & Baianum; obiter & Baiarum iplarum & finus fimul & vicinorum vl-BAIANVS que ad Cumas locorum mentionem facere visum est. A Puteolis itaque in Euroaustrum flexuoso sele littore incuruat simus Baianus, eo quo suprà c diximus interuallo, à Bais nobilissima olim vrbe sic dictus: locus tam à Romanis quàm à reliqua Italia vninersa ob medicataru aquarum fontes maximo hominum concursu & frequentia celebratus. Vrbi ipsi nomen virgil. vr. factum à Baio Vlyssis filio nonnulli prodiderunt. Ab co ad quinque AER. V. 164. 189.212. Millia Misenum promontorium (à Mileno AEnex quondam tubicine fie 234.LIII. AEn. v. 239. dictum) in mare prominet: atque co loco Augustum classem contra belli Tacit.I.xv. fubita inftructam semper habuisse & Suctonius & Tacitus scribunt. In-Anna Stra-bo lib.17. ter Puteolos & Baias, &, quæ Baiis ferè aduersæ sunt, Gumas, æqualibus proxime internallis distabat Auernus & Lucrinus lacus, tanta omniū scri-GLER NVS prorum commendatione celebrati. Obseruo quoque in hoc tractu Phi-Jacus. graos fuisse campos, ob perpetuos ignes ita dictos: & aquas in co agro tam ^{Strabo L} v. feruidas ex Paulaniæ testimonio fuisse, vt plumbeos per quos fluant tufan in Mef-fenicie, in bulos diffoluant. Putcolorum longitudinen Ptolemzus partium XXIX. extremo: & cam deunce vnius partis; latitudinem quadraginta vnius menfurat. Arcadicis.

КҮМА-

ΚΥΜΑΙΩΝ.

CVMAE Chalcidenfium Colonia.

v м 🛦 s Chalcidenfium Coloniam, vetustissimam omnium, quæ à Græcis in Italiam Siciliamque deductæ fint, fuisse inuenio. Primò hunc locum gens Opicorum incoluit : eiecta hæç ab Ofcis eft: Ofcos deinde Chalcidenfes, Chaleidenfes vieiffim

Tusci expulêre. Postremo quum in Romanorum potestatem Cume de- CVMAE Rom Color uenissent, ab illis Colonia militaris facta elt. Hanc primitus deduxisse minimitia B Calcidenses, ducibus Megasthene Chalcidensi & Hippocle Cumzo, traduntur. Conuenerat inter cos, vt de Coloniæ nomine fortirétur: quum-que sors Hippocli Cumæo obuenisset, is nomen vrbi à patria sua impofuit eff fint qui nomen vrbi and Twi xupator, id eft, à fluctious, facturn contendant. Amœnissimus hic totius Italiz tractus est, & quasi naturz certantis miraculum quoddam, variis passim lacubus fluminibusque distinctus. Vulturnus ad ortum, in meridiem Glanis fluentes, totum hoc spatium in peninsulæ formam amplectuntur · intus Lucrinus lacus, sinus- Intrinue

- ibi descensum ad inferos patêre scriplère: & tepentes fontibus Base, fre- vide L.Floc quenti principum Romanorum secessu in signes. Inter hæe ipsa Cuma- rum lib.1. Hist. Ro. c. rum vrbs ad mare, media inter Vulturnum amnem eiusdemque cum 16 de Sam amne nominis vrbem & Milenum promontorium; ingens muroru ambitu complexa spacium in medio eius editus confurgit collis; in eo templum Apollinis aDædalo(vt fama tenuit)conditum,quum iram Minois ex Creta fugiens, huc appulifiet. A pparet vaftus codem in colle specus vbi Sibyllam Cumanam vaticinari quondam folitam antiquitas prodi-Appulisse & huc deleto à Græcis Ilio AEneam ferunt; factoque Virgil.vi. dit. vt mos erat, sacrificio, duce Sibylla ad inferos descendisse. Habebat vrbs arceminfignem, & portum tutiffimum; totumque hoc litus offreis D optimis abundabat. Ceterum quum Cumarum vrbs agri fecunditate & maritimis commerciis in magnam breui potentiam amplitudinem-
- que excreuisser; inuidia huius felicitatis ducti populi finitimi, in vrbis excidium conspirant. Ab Etruscis itaque, Dauniis, Vmbrisque ad quingenta peditum & duodeviginti equitum millia armantur. Cum his copiis domo profecti, ad Glanim Vulturnumque amnes castra locant, Cumani vicissim diuisă in tres partes iuuentute, vnam ad vrbis przsidium, alteram ad tutandas naues reliquêre : tertiam cum hostibus congressuri in aciem eduxêre sexcenti omnino equites erant, & quatuor millia peditum. Cum tam exiguis copiis tantam hostinm multitudinem

que eiusdem nominis:tum Acherusia palus poëtarum fabulis celebrata;qui Acherusia

BĚĽLVM Cumanotum cum Etrujcis.

Aristodemi vírtná

dinem aggredi aufi, vicêre. Hærebant enim multitudine sua Etrusci, se- A que mutuò angusto loco constipati conculcabant, obterebantque. Cumanis ex aduerlo, ne circumuenirentur, locorum angultiæ faluti fuêre. Peditatu itaque Etrusco nulla re egregriè gesta in fugam conuerso, pugnam inde equitatus excepit; quum procella subitò coorta, illata que cum impetu in ora oculosque equitum Etruscorum, illos quoque re turbatos in fugam auertit. Infignis maximè fuit Equitum Cumanorum eâ pugnâ fortitudo; & inter eos Aristodemi Malaci virtus præcipuè enituit. ducern namque hostium præter alios non paucos primi nominis, singulari certamine congressus occidit. victores Cumani, facto Diis pro victoria facrificio, lepultisque honorifice suis, qui pro patria pugnantes ceciderant. B In certamen deinde venerunt, cui potissimùm ob remfortissimè ante alios gestam corona deberetur. Potior ciuium pars, & maximè plebs, Ariltodemo eum honorem deberi contendebat. Contrà Optimates penès quos tum summa rerum apud Cumanos erat) pro Hippomedonte Magiltro equitum nitebantur. Ad feditionem postremò res spectabat: vnde veriti qui è ciuibus ætate prouectiores erant, ne res ad arma & cædes prolaberetur, auctores fuêre vt vtrisque corona decerneretur. Sopita iis conditionibus discordia, Aristodemus deinceps plebis partes in Republica sequutus est. Vnde Optimates confilia eius suspecta habentes, veritique ne auctus potentia res nouare tentaret, quò honesto aliquo C prætextu ipsum de medio tollerent, Aricinis auxilium contra Etruscos, Aruntemque Porsenz filium, à quibus obsidebantur petentibus populo persuasere, ve duo millia auxiliariorum ex egentissimis seditiosissimisque de plebe conscripta, ductu Aristodemi Ariciam veluti ad certam internecionem mitterentur. Sed secus atque illi sperauerant euenit. Aristodemus enim re fortiter atque feliciter gesta, Arunte hostium duce fua manu in fingulari certamine cæfo, atque Etrufcis in fugam verfis, atque ita Aricia graui obfidione liberata, quamplurimis magnificentissimisque muneribus ab Aricinis donatus Cumas rediit, magna cum cinium gratulatione & promiscu multitudinis occursu: at que vti multo cum verborum honore ac faustis acclamationibus, ita non fine pari Optimatum inuidia exceptus atque in vrbem deductus eft.

Ceterùm conciliatis fibi iam antea dum ab Aricia Cumas nauigat, cùm verbis tum muneribus, eorum qui fecum in ea expeditione fuerant animis, adhæc adiuncto fibi priuatim comitate ac blandimentis, corruptissimo quoque militum ac manu promptissimo, si forte ad nouandum Reipublicæs statum ipsorum opera vu constituisset: capta occasione, dum coram frequenti Senatu de rebus à se ad Ariciam gestis verba facit, socij facinoris & coniurati per consertam turbam irrumpentes, Præcipuos u

Digitized by Google

C Y N AEL

A quolque Optimatum nihil tale exspectantes interimunt. effractoque nocte inlequenti carcere, tam eos qui rerum capitalium rei, quàm qui ex Etruscis captiui in vinculis detinebantur, folutos ae libertate donatos, armis instruit corumque satellitio stipatus in publicum prodit, ac populo in concionem vocato, acri in Optimates oratione inuectus, coldem meritas ob tot in se iniurias atque insidias exsoluisse pœnas dictitat : reliquis ciuibus se libertatem reddere, ac constituisse pari eum ceteris conditione ia patria tranquillè vitam exigere. Inde cum agris diuifis, tum remifio zre alieno, ac munificentia multitudinem vrbanam fibi conciliat. Ceterùm quum tam ob agrorum diuisionem, quàm æris alieni remissionem

B renuioribus à potentioribus se memere dicerct, arma vniuersa tam publica quàm privata in templis Deorum deponi hortatur, & persuadet; inde repetenda si quando opus esset. Quibus statim per suos satellites occupatis, perferutatis infuper intimis domorum privatarum penetralibus; si quid intus armorum occuleretur, quamplurimos è ciuibus præcipui nominis, maxime si quos sibi infensos atque aduersos credebar, interfici jussific: caussaus rebus nouis cos studere, armaque contra edictum apud iplos fuille deprehenta. Adhæc adiunctis priori satellitio nequissimis DEMY iplos tuille deprenenia. Aunac autureus priors ancente en politis; ex- apud co-perditissimilque ciuibus, tum & seruis dominorum cæ de pollutis; ex- apud coternum quoque militem ad duo millia mercede conducit. Rebus fuis ad 🚆

C hunc modum confirmatis, atq; vninerfa ciuitate exarmata, libere ac pro arbitrio Tyrannidem in quoluis exercere ecepit. Bona interfectorum inter seleris ministros dividit: filios corundem omnes vrbe excedere iuber; pœna capitis constituta ni parcant : coniuges dominorum interemptorum seruis nubere compellit : reliquamiuuentutem vrbanam interdicto armoru viu atque exercitatione, molliter & ad omnem luxum ad vigelimum vlque annum institui curat. Verùm enimuerò quum iam diu summa felicitate Tyrannidem tenuisset, & res suas in tuto este putaret, in senectute vitores scelerum Deos atque homines sensit, ab ijs, quorum iple parentes necauerat, quolque in exfilium elecerat, in regia

D oppressus, atque vnà cum liberis ac necessarijs interfectus. Ita liberatis à Tyrannide Ctimanis fummia rei ad Optimates rediit. Ceterùm haud cymani diu Cumanis otium fuit: Etrusci enim inito cum Pœnis fœdere, vix tum à Tyrannide respirantes aggrediuntur: terra Etruscus, mari Poinus vrbem circumsedit. Cumani cum se vndique premi viderent, opem Hieronis lenioris Syraculanorum Tyranni per Legatos supplices implorant. 6 empla. Haud vanæ tuere Legatorum preces. Classis enim statim ab Hierone in auxilium milla, animos Cumanis ad tentandam prœlij fortunam fecit: magno animorum ardore vtrimque concurritur: & æquo din Marte pugnatum erat, neutro inclinante victoria; cum tandem forti ac fideli

217

Digitized by Google

Ee

Syra-

CVNA À Campania CAPTA,00rundem Colonia facta. COLO NIAE À Cumanie dednæte. CVMA-

Atrio urb. cond. D-€0∬0 111. XXIII. 45

103.

CYNA À Panis obfeffa.

Syraculanorum opera, fusis fugatilá, non sine magna clade hostibus Ca- »A manus superior euasit. Florere inde rursus Cumanorum res auctis diucum Cama turna pace opibus cœperat; quum nouum illis cum Campanis focia amipanie belle. caque prius gente bellum oritur. Caussa belli in incerto est: hoc constat, priores intulifie Campanos; ac Cumanos prœlio superatos fugatosque atque intra vrbem compulsos, terta marique circumseduse: ac tandem polt longam obfidionem ciuibus nequicquam refiltentibus; vrbe.por vim potitos, spoliatamque & cædibus promileuis exhaultam, colonis ex suis in eam conscriptis incolendam dedisse. Ceterum Cumanorum, antequam in Campanorum poteitatem pertienirent; potentiam testantur -Coloniz ab illis deductz. Primim Parthenope ab illis condita, ab Sirenz- B tum vna, quæ ibi sepulta erat, sic dicta. Eam quum postmodum Atheni--enfes, vna cum Chalcidenfibus occupatient; nomen eius in Neapolim mittarunt. Tum Dicearchia altera Cumanorum colonia; qua pro Emporio Norve vii funt; quæ post Puteoli appellata est. Ceter um Campani cum Cumas nos fides. à le occupatas nouis colonis habitandas dediffent, etiam reliquias Cumanorum que cladi superfuerant In societatem vrbis agrique receperunt: & fumma concordia Rempublicam administrantes, in vnum quafi corpus coaluêre. Hine factum vi multa vetulti ritus argumenta apud Cumanos perseuerarent, Campanis nihil mutantibus. Egregia Cumanorum erga Romanos fides bello Púnico fecundo enituit Nam quum c vniuería pænè Campania à Romanis ad Pœnos atque Hannibalem defecillet, initio ab Capua facto; Cumani vt idem facerent, nec promifis, nec minis Campanorum adduci potuêre. Campani itaque quod minis promissifie, non poterant, dolo tentarunt, sed frustrà. Cumani enim fraudem inspicati, dissimulato tamen se quidquam sibi à Campanis metueres xxxviii. poltquam Sempronium Gracchum Confulem, qui id temporis ad Lincum Q.FA-bis Ver.u- rermum castra habebat, de Campanorum confilio certiorem fecissent, cossi en confulis opera adiuti, non solum Campanorum insidias eua-cos lege Li- eius dem Consulis opera adiuti, non solum Campanorum insidias eua-minm lib. sêre: sed dispositis in contrarium insidijs, ac noctu impressione in castra v.c. 102. Campanorum facta, incautos improuifolque aggressi, Campanorum ad D' duo millia cecidêre, captis ynà cum ipío duce Mario Alfio fignis militaribus triginta quattuor / Hannibal Campanorum lociorum clade intellecta, precibus corundem fatigatus, vastato late agro Cumano, castrifque mille ab vrbe pallibus communitis, Cumas omni apparatu oppugnare instituit. Verum Cumani cum proprijs viribus lubnixi, tum & Romanorum præsidio adjuti, disturbatis incensisque Pænorum machinis, facta subitò vnà cum Graccho Confule duabus portis eruptione, tufis fugatilque in caltra víque Pœnorum stationibus, cæsilque mille quadringentis, Hannibalem obsidionem soluere cogunt. Cumanis finito bello

Digitized by Google

C V M AE.

C V M AE.

A bello Punico petentibus à Romanis permissum, vt publice Latine loquerentur; vtque præconibus eorum Latinæ vendendi ius effet. Cumanam quoque rem per Præfectos à populo Romano millos administrată fuisfe inuenio. Bello etiam Marsico, quod à multis Italicim † appellatur, Cu- † ab alije mani Romanos summa side iuuère : nihilque ab illis omissum quod à Diod. Sicul. Marsicum. bonis & fidelibus focijs præstari posset. Post Iulij tamen Cæsaris cæ- nominat I. dem, quu M. Antonius, C. Czlar Octavianus (qui post Augustus appel- Biblioth. latus eft) & M. Lepidus Triumviri Reipublicæ constituendæmæximam pæne & fertilissimam Italiæ partem veteranis suis post bellu Philippense in victoriæ præmiñ allignarent ; ager quoque Cumanus viritim in juge-

- B ribus veteranis diuisus est, iplaque vrbs Cuma, ciuibus vrbe agris, puls, cv aiusiu Augusti Colonia facta est; nulla præteritoru in populum Ro.meri- vitera torum aut officior u ratione habita. Celebratur naualis Czfaris Augusti dinifus. cum Sex. Pompeio ad Cumas pugna; qua grauissima Augustus cladem accepit; maxima nauium parte capta aut depressa. Ceterum vt de Cumanorum numifmatibus ac fymbolis in ijfdem expreffis aliquid fubiun- manarum. gamus; Conchile illud quod in primo, tertio, ac quarto spectatur, muricis operculum effe existimo; ideo à Cumanis signatum, quod Murices ad finum Baianum laudatissimi, fi quid Horatio * credimus, capiebantur: * Lib.11. aut certé quia purpurissum è purpuris circa hæc litora collectum à [‡] ^{[erm. Suby.}
- C Plinio commendatur. In auersa parte Paguri, siue alius cuiusquam è can Murice Ba-iano melior crorum marinorum genere caput cum prioribus pedibus fine chelis ap-loris, &c. paret : Pagurus autem veteribus prudentiæ & sapientiæ symbolum fuit: # Plin.1.35. atq; hac de caussa è collo Ephesiæ Dianæ olim suspensus fuisse proditur: PAGVEVS. & Paguri exfuuijs Dianz caput ob fimilem caussam in Bruttiorum nu- piscis, vt familmatibus esse ornatum suo loco referemus. Paguro autem sapientia belum at Brudemias tribuitur, quia vere quum crustam exuerir, & aculeis, armilque fuis spoliatum se senserit, lateat; viribusque suis diffisus nullos aggrediatur; donec teltam nouam eamque iam induratam recuperarit : Prudentia etiam
- vtitur, in excutienda grauiore testa, si quid Oppiano credimus. Quum Oppian. Ub. enim tempus appetit, huc & illuc tanquam furijs incitatus fertur, ali- ur.285. D menta persequens; vt ex pleniore victu facta ad corporis molem accellione, telta difrumpatur. Traditur quoque Pagurum Muficam amare,& ea delectari: ipfumque præcipuè vim Lunæ fentire, qua crefcente fuccus lentior fiat & melior : atque ob id Lunz; ob Musicam verò Apollinisacrum haberi. Apparent in duobus postremis numismatibus capita Sibyllæ Cumanæ, cuius ob vaticinia celebris admodum apud priscos memoria est. Cumarum longitudinem Ptolemæus x x x x x partium cum triente, latitudinem x11. s. ponit, & Liternum Vrbem Scipionis Africani secessi notam, sextante partis quàm Cumas orientaliorem : quam Ee 2 tameni

219

tamen alij vltra Cumas in occidentem transponunt. Linternum vero inter A Præfecturas, quas Præfecti suffragijs à populo creati administrabant, à Festo refertur. Coloniam ciuium Ro.eò deductam eodem anno, quo & Puteolos, Liuius prodit. Sex. Frontinus cam inter colonias militares ab Augusto deductas recenset. Vulturnu colonia ad Vulturni fluminis oftium erat: eam Ptolemæus septunce quam Cumas orientaliorem, quincunce australiorem facit. Vltra Vulturnű fluuium Gaurus mons ad ripam víque Liris orientalem pertinebat. Huius montis pars occidentalis Gaurus; orientalis & iuga eiusdem Massicussseptemtriolis Falernus dicebatur.Falernus ager eius montis ad Septemtrionem decliuitate porrigebatur. Vinum, quod fummis collibus nascebatur, Gauranum; quod medijs, Faustianum: 1 quod imis, Falernum vocabatur. Vltra Falernum agrum, Vescinus ager erat, à Vescia Campanorum opido dictus, quod nomen in Annalibus Vostina urbs T. Liuij frequentissime deprauatum est. Vestini enim Sabinis ad ortum La colonia lib. proximi crant; ve Vescini Capuanis & Sidicinis-

ΣΙΝΥΕΣΣΑΝΩΝ.

imis auctores Liuius & Strabo prodiderunt. Sinopes quidem &

i w v e š š A M, quæ antea Græcæ originis vrbs Sinope vocata fuit, à finu Setano, ad quem fita erat, dictam fuiffe boni in pri-mis auctores Liuius & Strabo prodiderunt. Sinopes quidem SINVES-SA prins Sinope di-T. Linim nominis nonnalli originem repetunt à Sinope Pontici maris ¥.G.g.

CDLVII.

strabe lib. vrbe : verùm qua occasione (an nominis similitudine decepti incertum) non referunt. - Ceterű quod ad Sinuestam pertinet, eius coloniz de ducendz caustam da. v. c. Samnites præbuerunt, qui Ap. Claudio Cæco II. L. Volumnio II. Coff.

per Vescinos in Campaniam agrumque Falernum transcenderant, ingentemque prædam fecerant. Volumnius enim Conful Samnites præda impeditos oppresserat, & Campaniæ agros ab hostili impetu liberasinvis- tos populo Ro.asternerat. Placuit itaque ve duz Coloniz circa Falernum

& Velcinum agrum; vna ad oftium Liris flauij, quæ Minturnæ dicta 🔊 eft, (de quibus paullo post acturi sumus) altera quam nunc describimus in salen Vescino Falernum contingente agrum deducerentur. Tri-Listing I.x. bunis pl. negotium datum erat, vt plebilcito P. Sempronius Prætor Triumviros colonis in ea loca deducendis crearent! nec qui nomina darent faoile inueniebantur : quia in stationem se prope perpetuam infesta

regionis, non in agros mitti rebantur. Velleius eam proximo demum Annov.c. anno, Q.Fabio Maximo Rulliano V.P. Decio Mure, qui se deuonit, IV. EDLVIII. Coff. quarto & vicefimo anno ante bellum cum Pyrrho rege gestum, AQUAR Singestam fuille deductam de Samninibus oppolitam feribir. Ceterum bello

Vulturnus fl.

220

3.5 mp. 64.

Digitized by Google

5 I N V E 5 5 Å.

A bello Punico fecundo, quum Hannibal à Cafilino ad aquas víq; Sinuefsanas populatum excurreret, agrosque ac villas Sinuessanorum vreret, ita ve omnia iam belli cladibus flagrarene, neutiquam is terror Sinuesta- Aque calis nos à fide dimouere potuit. Calidas in agro Sinuessano aqua s, easque 44 Strabo lib. hecticis & phthisicis saluberrimas Strabo & Plinius testantur.addit Pli- v. Geogr. C. Plinius nius easdem feminis sterilitatem; viris infaniam abolere. Huius quo- 116. x x x 1. que rei caussa Tacitus Claudium Cæsarem, paullo antequam desisser des set morari în terris, aduersa valetudine correpti, vt vires reficeret, cæli eius Corn. Tacimollicia & falubritate aquarum, Sinuessam profectum scribit : forsan Annal. 6 quoque in eam spem inductus, ve aquarum beneficio sele à stultitia, qua de Tigelli-B notatur, liberaretur. Quod si rerum abditarum symbolis quidquam ", in aquin tribuendum fit, opinari licet hac de caussa Pagurum, quem iam sapientiz notam esse ostendimus, etiam in Sinuessanorum numismatibus ex- Sup. p.219. pressum; vt in altera parte Testudinem lutariam falubritatis symbolum. Testudinem enim medicinæ periti hecticis in potu dant, tum ad refri- re medica, gerandum, tum ad alendum : carnes verò cum hordeo coctas phthificis vtiles scribunt : nisi vtrumque ad vrbis situm referre malimus; videlicet quòd maritima fit Pagurum ; quòd ad faltũ fita & aquis dulcibus abundet;testudinem, vt animal amphibium, fignasse. Sinuessans victoria aliqua nauali, cuius apud nos obscura memoria est, potitos argumenro effe poffit Neptunus tridentifuo infignis curru triumphali, qui in altero C nummo spectatur: aut certe eundem ipsis pro Deo tutelati cultum fuisse

Sinuessansi maritimi essent, sacrolanctam tamen vacationem, quum hostes in Italia essent non habuisse, Senatus-consulto declaratum fuisse Liuius prodit. Observo quoque in libello Coloniarum Sinuessan ^{Liuius J. x.} inter Colonias militates in hæc verba recenseri: Sinuessano ducta: iter populo non debetur : ager eins in ingeribus, limitibus interciss, multibus est adsignatus. s. Colonia Exstat & verusta Inscriptio, quo mulsum & crustum & cena Coloniis Sivide Vell. nuessanis. ex testamento L. Pappij Pollionis præbenda præscribuntur. Ptolemæus Liris fluuijostio particulæ vnius sextante orientaliorem; vncia verò Septemtrionaliorem ponit. huic namque xxx11x. s. partium longitudinem; x L1- partis cum triente latitudinem adscribit. Liris oftium

longitudine x x x 11 x. partium cum triente; latitudinem x L 1. cum quadrante deferibit. Strabo, qui Augusti æqualis fuit, tradidit maritima Latij oram víque ad Sinuellam fuille suo sæculo protensam; nec diuersa ab eo Plinius tradit. Liris quidem è Vestinorum agro & Apenninis collibus originem ducit, arque in mare Tyrrhenum ad Minturnas adfertur.

Ee3 MIN-

22 t

MINTVRNENSIVM.

MINTVR-

nes.

cond.

¢.v.

222

INTVRNAS Aufonum fuisse vrbem; Aufones autem Au-runcos proprie dictos in Tzetzis Cræca historia inuenio, in-NAE AMOter Vollcos & Campaniam fitos. Minturnas tamen etiam Sa-

mnitiŭ fuisse prodit Stephanus. Has Liris interfluit: supra cas strab.lik.v. Fregelle; supra Fregellas Arpinum, supra Arpinum Sora, omnes ad Lirim LIRIS fl.

teste Strabone. Lirim prius Glanicum fuisse vocatum nonnulli scribunt. MARICA Ad huius ripas lucus erat & templum dez Maricz non longe & Mintursernine in nis dicatum. Marica vxor Fauni fuit. eamque pro Dea litoris Mintur-VII.AEn. Virg. v.47. nenfium fuisse cultam Seruius Honoratus testatur.

Horat. lib.111.0da Coloniam Minturnas eodem anno esse deductam ; quo & Cassinum M.Valerio Maximo; P. Decio Mure Coff. * Liuius libro nono prodidit; XVII. MINTVR-NAB Colo- decimo tamen scribit, istud x v11. annis, aut (ficuti in Sinuessa memininia. * Ann. mus ex Velleij auctoritate) xvIII tardius factum fuisse. Minturnas Coloniam militaremà C. Czsare deductam Frontinus scribit. CDXLI. Cetepoft Ro. rùm bello ciuili Mariano, quum Sulla armatus Marium & cius factio-MINTVR-NAB Colo- nem vrbe expulisset; Equitesque Sullani ipsum persequerentur, vt vitæ nia milita- suz consuleret in Minturnensium paludibus se condidisse scribitur : at-Platar in que inde equitum strepitu territus emergensque, deprehensus & Min-Plutar.in turnas abreptus est. Minturnenses quod tanti viri dignitatem rene- C Maximus 111. 1.c.6.6 riti iplum incolumem dimilerint, & officiis quoque fugientem prole-Glib.viii. cuti sint merito laudantur. Quo autem modo Minturne cum aliis duo-Appian.1.1. bus Aufonum oppidis, Aufonia & Vescia per proditionem principum Bel. Cinil. aliquot iuuentutis in potestatem populi Ro. peruenerint, apud Liuium videre est libro 1x.ab v.c. (Portis enim per insidias occupatis eadé hora, eodemá; confilio tria oppida capta funt : & quia ducibus abfentibus impetus factus fuerat, promiscuis in ciues cædibus sæuitum est, deleta vniuersa ferè ad internecionem Ausonum gente. In Ausonum itaque LATIVM 130 14 14 178 . regionem cædibus exhaustam Latinorum gentem immissam, atque inde Latium nouum fuisse appellatam verisimile est : quod accidisse opi- q nor inter bellum Tarentinum & Punicum primum. Ea fuit olim gentis Ausonum celebritas, vt ab iildem, teste Dionysio & Strabone, to-Dion. Halic.lib.1. Antiq. Rom. ta Italia à Græcis Ausonia diceretur, & mare Ausonium, quod postea Pontinus Tyrthenum. Porrigitur in mediterraneis campus Pontinus, quam campus, & regionem antiquissimis & multis ante conditam yrbem temporibus Plin. 4.111. Mutianus ter, Conful, testante Plinio. xx111 vrbibus frequentatam prodidit. Ausonibus nomé fuisse factum ab Ausone Vlisse & Calypsus filio Feltus memoriæ proditum reliquit. Paludum Pontinarum frequens ctiam apud scriptores mentio est. Has duo flumina efficiebant: quorum præci-

Ð

A præcipuum Vfens, erat ; quod & Vfentine tribu nomen dedit ; vt Festus & ytans f. O Vfentina Lucretius testantur, & Latium nomin à veters distinguebat. Observo à M, tribus. Ann.v.C. Cornelio Cethego Confule * eas paludes fuille ficcatas, & ad agricultu- »x cum ram diuifas.

AXVRITANORVM.

AXVRIS.

Pontinis paludibus fita erat. Axurus nomen & numifmata deliect Ibuem Axurium coluisse, quasi dicas imberbé, & dEvegy Assuid ad pretaur. & cette numifmata Axuritanorum Iouem imberbem oftendunt; sicuti Minturnensium, barbatum & Latialem. Ceterum quod ad Vollcos pertinet, ij ferê marë verfus vltra & citra Vrentem opida Axur fiue Taracinam (quam à fitus asperitate Trachiniam fuisse dictam Strabo smale 1. v testatur)Antium & Sueslam Pometiam(vt cetera opida hic omittamus) tenuetunt. Volscos primus, vt Dionysio Halicarn. placet, bello profecu- voya. tus est Ancus Rex. at Liuius secus; qui Volscis à Superbo rege primum maig Rom.

arma illata scribit. At commotus semel ab codem Volscorum populus of Lining C arma ad ducentos annos sumsit: nec quies suit aut pax nisi per interualla, & infida. A Emulatione enim inuidiaque in populum Romanum ita acriter flagrabant, inimicitialq; & hostilitatem ea animorum pertinacia exercuerunt, vt præter Tarquinium Superbum régém tribus Dictatoribus & septem Confulibus Triumphi, & duobus Consulibus Ouationis materiam præbuerint. Axuritanos autem in populi Ro. potestatem à C. TANI in Valerio Potito & C. Seruilio Ahala, qui Tribuni militu cum Confulari pop. Rom. potestate + erant, per expugnationem este redactos obseruo : & opidum ; Anno verere fortuna opulentum militibus ad direptionem datum. Additur ob coxteri hanc potiffimum victoriam Senatum decreuisse, vt stipendium miles de

D publico acciperet; cum ante id tempus de suo quilq; eo munere sunctus effet. Anno inde octogefimo L. Aimilio Mamercino iterum C. Plautio * imo type * Proculo Coff. Axur fiue Taracinam erecenti in coloniam missi sunt, Decian & bina agri iugera acceperunt : neque postea, etiamsi maritimi Coloni corredutta Coloellent, lactolanctam vacationem tenuerunt.

Inter Caietam & Taracinam oppidu Amycle erant, à Laconibus, qui 🚛 terat in comitatu Castoris & Pollucis crant, conditum: qui quum tumultuofis &vanis de holtium aduentu nunciis aliquoties perturbarentur; interdixerunt, ne quis nouarum rerum nuncius esset. Ceterum quum se Amyclastic rio hostes superuenientes cos oppressissent, silentium imperatum ipsis lento pefuiffe rierunt.

Digitized by Google

233


ANTII.

faisse exitiosum scribitur. Taracinæ longitudinem Ptolemæus xxx ¥11: A partium cum dodrante; Latitudinem quadraginta vnius partis cum quadrante posuit. Vltra Taracinam Circenum promontorium & Circeij vbs erat, inde Antium.

ANTIATVM.

ANTIVM Albanorum Colonia.

a NTIVM ab Aleanic condition.



BORTV-NA ADtiatum, Horatiak Oda 35. lib. z. Garm.

BELLYM Inter Antiates & Romanos.

amœno in mari prospectu, cetetum portu carens: donec Nero Imperator Colonia Veteranorum eò deducta, portum ornatifimum ibi construendum curaret. Colebatur apud Antiates, summa cum religione, pro tutelari vrbis numine Fortuna. Huic Dez templum intra Vrbemædificatum erat vti ornatissimum & opulentissimum, ita & certa oraculoru fide celebre. Auxit admirationem prædicta C. Caligulæ Cæfaris cædes, nominato etiam percusiore, quæ mox insecuta est. Mos erat iis, qui Deam confulcient, vi eius fimulacrum promouerent; atque ita inter mouendum responsum reddebat. Primum Antiatibus cum Ro- 6 manis bellum fuit anno ad Vrbe condita ducentesimo sexagesimo Sp. Caffio Viscellinoirer: & Postumo Cominio Aurunco Cost. animu faciebat Antiatibus ad Romanos bello lacessendum discordia secessus bis in Sacrum montem. Ad delendum itaque nomen Romanum cum ceteris Volscis conspirant, atque agrum Romanum incursionibus populantur. Ceterùm Romani conciliatis inter se plebe & patribus, ac millis contra Antiates cum Poltumo Confule legionibus, fusis sugatifque Antiatibus, Longulo opido, in quod se ex suga Antiates receperar, per deditionem potiuntur. Inde capiunt Coriolos, quò se maior Antiatum ac Volscorum multitudo recepcrat. Hac clade fracti pacem petière D Antiaces, Volleique reliqui. Ceterum non diu cam seruarunt. Consilio enim & instigatione Accij Tallii Volscorum principis, ductuque atque opera Cn.Martij(qui à captis nuper sua potissimium virtute Coriolis, Coriolani nomen assecutus fuerar)occupatis in Latio & finibus agri Romani compluribus, tum Romanorum coloniis, tum sociorum opidis ad iplam vlque vrbem Romam copias duxêre: remissifig; atroci eum responfo non solum legatis Romanorum, sed & sacerdotibus, qui infulati & supplices ad castra Coriolani pacem petentes venerat, haud prius legiones agro Romano abducte sunt, qu'am matrone Romane vnà cum coniuge

ANTII.

A coniuge ac matre Martij Coriolani millæ eundem patriæ reconciliarent. Linige lik. Polthæcoccilo Antij per leditionem Martio Coriolano à multitudine platar. in populari, quam Accius Tullus motus inuidia rerum ab iplo gettarum in Coriolano. Martium concitaret; iploque Accio haud multò polt cum omni pene exercitu à Romanis cælo, Antiates & reliqui Vollcorũ non fine frequentibus ac magnis fuorum cladibus, bellum cum Romanis traxêre; factis fubinde in agrum Romanum incurfionibus; donec T. Quinctius Barbatus * Conful admoto ad Antium exercitu quò Vollcorum multitudo milfuir an metu Romanorum fele receperat, vrbem per dies aliquot obleffam in de carcitor ditionem acciperet. Antio capto Romani ad Coloniam eò deducen o poft dam Triumviros creant, T. Quinctium, A. Verginium, & P. Eurium; fester. I. Lucimi iuffi nomina dare, qui agrum accipere vellent, adeò pauci dedère; vt ad dia explendum Colonorum numerum etiam Vollci adderentur. Verùm enimuerò cum colonos (quia minor pars ciuium Romanorum erat) vel per fe parum fidos, ciues infuper & indiginæ, qui poft Antium deditum ad AEquos & aliò confugerant, in patriam reuerfi, follicitarent, & à Roo

manis abalienarent, factum est vt Antiates se pius rebellarent, & imper rium detrectarent. Hinc missi identidem à Romanis cum exercitu nunc Consulibus, nunc aliis Magistratibus, ad castigandam vindicandam su Antiatum perfidiam, capto se pius tum ipso Antio, tum Satrico, quò se subinde Antiates recipiebant, pluribus triumphis, tam de se, quàm de

- Volícis aliifque gentibus fociis & confœderatis materiam præbuêre. Noua posthæc Colonia ab Romanis Antium deducta est; Antiatibus permissum, vt & ipsi si vellent, coloni adscriberentur : isse insciente tis Romanæ datum est: naues tamen ademptæ, interdicumá; mari An-minie detiatibus. Hic finis rebellandi Antiati populi fuir; mansit que eornm deinceps inconcussa erga Romanos fides. Bello ciuili Mariano ingentem calamitatem vrbs accepit, à Mario per vim capta; multaá; crudelitate in suet. in ciues sæuitum. Natum Antij C. Caligulam Cæsarem testatur in eius viii. vita Suetonius; dilexisseque eum hanc vrbem præter reliquas; ita vt si
- ^D diutius supernixisset, sedem imperijeò translaturus crederetur. Nero dani gate autem Cæsar † captus amœnitateloci, Antiatibus immunitatem dedit, gate natum &Colonos eò ex militè Prætoriano adscripsit; portumá; ibi operis sum-vi. ait: o tuosissimi fecit. Xenagoras apud Dionysium Halicarn.auctor est, Vlyssis & Circes tres fuisse filmes : Romum qui Romam; Antium qui Antitum; ist vanis Ardeam, qui Ardeam vrbes tres datis isset de ses condidisset datis isset de ses conditiones condidisset autem vrbes tres datis isset de ses conditions condidisset autem vrbes tres datis isset de ses conditiones condidisset autem vrbes tres datis isset de ses conditiones condidistent. Antijlon gitudinem apud Ptol. x x x v1. partibus cum dodrante; latitudiné x L1. partis cum triente ses de ses conditiones de set ab vrbe miliari in ora Tiberis Ancus Martius condidit, deductis in cam colonis. Ff ROMA-

E.)

ROMANORVM.

A

Астену́s oram Italiæ maritimaminter Neapolin & O-filam vrbes obiuimus: nunc aduerto Tiberis tractu progreffi ledem Vrbis, terræ marilque olim principis, populolque, qui Latium vetus antequam Roma conderetur incoluerunt, paucis enumeraturi sumus: vt constet & Romanos origine Gracos esse. Memoriæ proditum est, primos omnium qui Latium eaque loca in quibus vrbs condita est incoluerunt, Siculos fuisse batbaros & indigenam gentem:eolque Aboriginum armis ledibus luis expulsos, in Sicaniam nauigasse, infulamque in potestatem redactam Siciliam à se nuncupasse. Abo-B CINESIO rigines verò Græcam fuisse gentem ex OEnotriis Græcis oriundã. xv11. ge Dionyſ. Hal. lub.1. enim ante Troiana bella ætatibus ; ætatem autem Dionyfius Halicarn. G. Aureliä Vistorem, de XXVII.annis*metitur; vt hic anni componátur, CDLX.) Arcades OEnotro & Peucetio ducibus ex Arcadia in Italiam commigraffe. OEnotrij qui à Græcis Aborigines dicebantur, primi omnium fuerunt, qui ex pealijs centum regrina gente Latium tenuerunt; à montanis sedibus (vt eas colere Arcadibus mos fuit) Aborigenes dicti, fi quid Dionyfio credendum eft. etfi fint qui Aborigines Italiæ indigenas, quasi fineorigene dicas, nuncupatos prodant.Nonnulli quali Aberrigines, veluti errones & incertis fedibus vagos nuncupatos malunt:nobis tamen Dionyfij auctoritas prę ceteris placuit- C Annis ante bellum Iliacum ferè centum, Pelasgi ex Theffalia pulsi in Italiam venientes, OEnotriis adjuncti & jure cognationis excepti, omnes Piraser: communi nomine Aborigines appellati sunt. Palasgi è Peloponneso & Argis oriundi, nomen à Pelaígo Iouis & Niobes filio corum rege acceperant. Ceterùm non admodum diuturna fuit Pelafgorum gentis propago in Italia : quinquagefimo namque postquam appuletant anno, ob oracula neglecta multis magnifq; calamitatibus oppressa defecit: eorumque vrbes habitatoribus desertz, à Tyrrhenis postea occupatz sunt: qua ratione factum est, vt sapius Pelasgorum & Tyrrhenorum nomina apud antiquissimos scriptores indistincté accepta fuerint. Sexagesimus ante D bellum Troianum annus agebatur, quum Fauno in Aboriginibus regnante, tertia Græcorū ex Peloponneso classis, ex Palantio vrbe Arcadię duce Euandro Mercurij & Themidis nymphæ (quæ & Carmenta dicebatur)filio, in Italiam nouas quæsitum sedes venit: qui à Fauno hospita-**PAVŇVŠ** liter excepti, locoque iis & agris, vbi vrbs postea condita est. assignatis, condito prope Tiberim Carmenta hortatu oppidulo montem munierunt, quem Palantium ab vrbe, ex qua oriundi erant, appellarunt, Poitea corrupta voce Palatium nominatum. Quarta inde Arcadum classis. Hercule duce in hanc Italiæ partem venit : hic Hispania domita in patriam

225

Origine

pop.Rom. AEtas

ÍVAN-DER.

Bex.

RAT 14775 PACÍNO.

ROMANORVM. 227 A patriam reuertebatur, Arcadum pars maior, aut senio aut longo labore confecta, aut alias ob caullas millione impetrata in Italia remanfit; quæ Capitolino colle (is tune Saturnus dicebatur) munito, opiduloque con- NIVE montes dito ibidem consedit. Iis admixti crant plerique Troiani, qui sub Laome-Lege Origi-nem gentic donte bello Iliaco priore ab eodem Hercule captiui facti fuerant. Atque Romane in nurel. Vihirempublicam suam separatim aliquandiu administrabant : ceterum are : o haud multo post, victum, leges ac facra cum Aboriginibus communi- Rom. cantes, ficuti Arcades, & prius Pelafgi fecerant, vno omnes nomine Aborigines appellati funt. Præerat Aboriginibus quum Hercules in Italiam descenderet, Faunus è Marte, vti credebatur, genitus, Arcadibus 147875 verò Euander. Verùm postquam Hercules Cacum, qui Arcadum a- Rom gros latrociniis infeltabat, confecisset; dutinos ab Euandro honores ex Carmentæ oraculo consequutus est : hæsitque eius sacrificij ius, & Græcanico ritu curatio, apud duas nobilissimas cius sæculi gentes Potitiam & Scriptor de Pinariam, idque ex Herculis instituto, ita tamen vt Potitij inter collegas stribus Ap-pio Claudio Pinariis potiores ellent. Post Herculis ab Italia digressum annus age- Caro c.38. batur quinctus & quinquagefimus; quinctus vero & tricefimus ex quo Latinus non Fauni, vt opinabatur, sed Herculis filius (à quo Aborigines omnes paullo ante Troiz euersionem Latini sunt vocati) apud Aborigenes regnum administrabat, quum AEneas euersa patria in Laurentem agrum non longe à Tiberi appulit, fœdereque cum rege Latino per- LATINYS **c** cuffo, filiam ipfius nomine Lauiniam, regni heredem in vxorem accepit. E cuius posteritate, idque stirpe decima sexta, Romulus & Remus gemini, vrbis Romæ conditores prognati funt. Hos, vti feriptores prodiderunt, primum editos Amulius Rex, qui fratrem sum Numitorem (è cuius filia Ilia à Mare, vii credebatur, in somno compressa, gemelli prognati faerant) regno per vim deiecetat ; in Tiberim mergendos proiici iusterat. Verùm vi fluminis ad Palantij montis radices eiecti , à lupa (fi quid antiquitati creditur) aliquamdiu enutriti funt; donec à Faustulo. pastore regio colligerentur. Hoc quoque ab Dionysio traditur, Arca-viciodes Victoriæ fanum in Palantini montis vertice exitruxisse; Victoriam *** autem, vti est in fabulis Arcadum, Palantis ex Lycaone nati filiam fuifse: & honores, quos tunc habebat apud homines, Minerua iubente consequutam; quòd cum hac dea simul educata fuerit. Quin & Nèptuno Hippio fiue Equestri Festum instituisse, quod Hippocratia Arca-Hippocratia dibus, Latinis Confualia dicebatur. Atque hæc paullò altiùs de prima festa, que et Vrhis origine à nobis repetite (unt ut alique veterum du continte porum Confualia Vrbis origine à nobis repetita sunt, ve aliqua veterum auctoritate.corum dista, quas numismatum rationem, quæ Romanorum inscriptionem præseserint Equession. & profitentur, fulciremus. Ceterùm diu admodum nos tor sit quid de Rom. listern constitueremus, vsqueadeo vt eadem tanquam adulterina ex Ff 2 ordine

cap.3. * C.Flin.

C. Fabio Coff

ROMA

Valentia

Polyhift.

ROMANORVM.

ordine numifmatum mouenda nonnunquam ltatueremus; potifiimum A quòdea Græco artificio peritillimè etiam argento cælata videremus: quum constet Romanos rudi ære víque ad Seruij Tullij tempora víos: regunia à inde nota pecudum, vnde pecunia dicta lit, lignatum fuisse. Argentum pecore dista Plm.lib.33. verò annis demùm quinque ante bellum Punicum primum fignatum Plinius*teltatur; Notas autem argenti bigas atque quadrigas fuille:vn-16 xxxx111. de Bigati Quadrigatique dicti : que madmodum æris ex vna parte Ianus Nat. Hift. eap.111. vbi Geminus, ex altera prora fiue roltrum nauis: ita vt ea, quæ hic reprælenleg.eft ita: tamus, numismata neutiquam Romana videri possint: Quare cùm diu Argentum fignatum eft anno Vr-bis CDquid hîc statuendum esset animo fluctuaremus, hæc tandé nobis haud improbabilis vifa est coniectura, eadem olim ab aliquo Antiquitatis pe- B ogulnio, ritiore, non minus ingeniole quàm artificiole excogitata & procula, ve LXXXIVoriginem quam Romani à Græcis ducere vel credebantur, vel videri volebant, iisdem exprimeret. Non desunt qui prodant, Vrbem ipsam ab initio Valentiam à Latinis dictam fuisse; Euandrum autem postea Græce prius ditta. Romam nominasse. Arcadum namque dux Euander, vt meminimus, ex Arcadia profugus, litteras Græcas Latinis dedit: quanquam alij id Car-• menta matri Euandri attribuant : eamque ob hoc beneficium inter Deas & fatidicas elle relatam. Neque aliena ab hiltoria aut prorsus absurda fuerit coniectura, auctorem horum numilmatum vt Hippocratia Arcadiæ Festa, siue Consulia Romanis dicta symbolo aliquo repræsentaret, e equi caput & equum expressione: Itidem & Mineruam galeatam fiue Palladem parte aduería, Victoriam verò auería fignaffe; vt victoriæ Pallantis filiæ, quæ vti fupra memorauimus Mineruæ iullu colebatur, rationem haberet. Herculem quoque Græcum (cui ex ipfius instituto facris operabantur)aduería parte cum claua & exuuiis leon preffit; vt auería Ro-

mulum & Remum gemellos ab vbere lupæ pendentes. Hactenus itaque rationem conjecturæ nostræ cum historia congruentem composuinus. Quod si cui propiora his aut certiora assequi contigerit, vt ea quoque codem candore impartiri dignetur, rogamus. Ceterùm quod ad Vrbis ab A Equatore distantiam, siue latitudinem pertinet, candem duabus vnciis quam Ptolomæus collegit, aut ctiam Gnomonica ratio ex Triangulorum doctrina patiatur, minorem artificum observatio hoc nostro la culo deprehendit. nos è Latio in Campaniam Suesani, quorum numismata proxime sequentur, renocant.

SVESA-

SVESANORVM.

A

VESA ad Massicum Campaniæ montem sita crat; de cuius ori- svesa. Jine, vt nihilsatis certi ab Antiquitate (quantú enim perscrutai potui)memoriç proditű est; ita frequens eiusdem in Historijs & à prima ferè Vrbis origine mentio est; eiusq; cognomina varia. Suelam namą; Pometiam Superbu regem Volscis per vim eripuisle; sv e sa atque, vt Vrbis tune opulentiam intelligas, ex diuendita præda x 1. talen- Pometias ta auri argentique confecisse, Liuius auctor est. Iterum' Ap. Claudio Anno Pulchro & P. Seruilio Isaurico Cost. Volscisubitis Romanorum armis De Laxire ^B victoriaque perculfi, primum obfides trecentos à Cora & Pontetia tradiderunt:mox ad arma conuersi & prælio victi Pometiam opidum amilerunt; cuius præda milites ab inopia recreati funt. Pometiani direpti difpoliatique, vt quidam scripserunt, ses Suesam habitatum contulerunt; quorum accellione Suefam cognomento Pometiam vocatam credunt. Atqui istorum opinionem Liums à tempore coarguit, qui Suelæ illud 140.1.4n. cognominis tribuit Superbo regnante. Ceterùm C. Sulpicio Longo, Male. 180. Anno Vries P. AElio Pæto Coff.quum inter Sidicinos & Auruncos bellum effet ex- CDXVI. ortum, Auruncique à T. Manlio Torquato * Confule in deditionem ac- VIII.e.43. cepti nihil deinde mouissent, auxilium à Romanis petierunt. Sed priuf- cr. C qua Confules ab vrbe (Senatus enim Auruncos defendi iufferat) exerci- "Opinor an. tum educerent, Aurunci opidum fuum metu deferuêre; profugique cum Ro. cond. coniugibus ac liberis Suclam bellis prioribus detrita municrunt: quæ deinceps Suefa Aurunca ab Auruncis appellata est. Auruncorum verd opidum quod deferuerant, à Sidicinis deletum. Coloniam Latina L.Papirio Curlore V.C. Iunio Bubulco iter: + Coff. Sue fam Auruncam effe dedu- + An. v. Eta Liuius memoriæ prodidit: id tamen Velleius Paterculus biennio fere SVESA tardius factum testatur. Lege Sempronia fuisse deductam, iterq; populo AVRVNCA non deberi Iulius Frontinus tradidit. Obseruo Suesam inter duodecim tina. T. Linim Colonias, quæ bello Punico fecundo imperium populi Romani abnue- lib.12.6.81. D rint, & tributum militemq, vnde darent fe habere negauerint, recenferi: quibus tamen fexto post anno per s.c.imperatum est; vt quantu quæque earum coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano ex quo hoftis in Italia effet, eius fummæ numerum peditum duplicatu daret, & equites centenos vicenos; fi qua eum numerum equitũ explete non polfet, pro equite vno tres pedites liceret dare. Exflat etiamnum antiqua Infcriptio que in colonia Suela ordinem Decurionum & Augustalium & plebem memorat : quod argumento esse nonnulli existimant, Suesam quoque Coloniam sub Augusto militarem fuisse: quod tamen apud nul- colonia mi lstaris. lum, quos equidem videre potui, scriptorum satis certo confirmatur.

Ff 3

TIA+

ΤΙΑΝΕΩΝ.

iltius vrbis fatum & origo nobis ignota funt; ita quæ de Sidicinis à nobis

le agros vrbemque in fidem populi Ros dediderant. Ceterùm biennio post quum Samnites icto cum Romanis feedete Sidicinis arma intulisfent, Sidicini quòd à Senatu repulsi essent, ad Latinos, qui tum bellum

mento S*idicinum*, dignitate præltans, & quæ lecunda poft Ca-

puam magnitudiné tenebat, in via Appia sita. Ceterum vt &

IDICINI Suefanos lequuntur, quos Strabo è gente Oscorum fuisse putat: horum præcipui nominis vrbs erat *Tianum* cogno-mento Sidicinum, dignitate præstans. & guæs secunda post Co TIANYM SIDICI-NVM.AL AS THEA-NYM vol Teanum.

sipici- obleruari potuerunt, paucis repetemus. Sidicini itaq; A. Cornelio Coffo, NI. An. v. c. M.Valerio Coruo III. Coff.armis Samnitium oppressi, quum ad Capua-CD X.Lini. 116. v11. c. nos se contulissent, bellum excitarunt, quod à Po. Ro. cum Samnitibus 74 pro Capuanis geltum est. Capuani namque ab ijs in agro Sidicino fusi, B

populo Ro.parabant, se contulerunt. Verùm enimuerò à T. Manlio Ann. Vrbis CDXIII Linins lib. 43.0 48.

ge∬ere ап. boc est x 111. pof AX 730.

TIANVM municipiñ.

Colonia militaria.


Alterum TEANVM Apulum.

Torquato tertium Confule victi fugatique vnà cum Latinis Sidieini, civ111. sea. dem Consuli triumphi materiam præbuêre. Postea & alio prœlio vnà cum Aufonibus, qui arma cum Sidicinis coniunxerant à Romanis supe-An coxix rati, cum T. Veturius Caluinus & Sp. Postumius Albinus Confules deani fimul Confulation populatis Sidicinorum finibus, exercitum ad ipfa opidi mœnia admouife para an fent, millo anno inlequenti nouo aduerlum iplos exercitu, tandem cum c Latinis & tota Campania in potestatem populi Romani venerunt. Obferuo Campanis post hæc ferè tempora ciuitatem fine suffragij latione datam; quo tempore suspicari licet & Tianum Sidicinum municipij iure donatum:nam etiamfi auctores (quantum equidem obleruare potui) de tempore non prodiderunt, constat tamen diu ante legem Iuliam Tianenles ciuitate donatos, ac iure municipali vlos. Argumento est, quod C. Gracchus in ea oratione, quã de Legibus promulgatis habuir, Tianum Sidicinum inter municipia refert; conquerens Tianenses tanquam ciues TIANV & Romanos, à Magistratibus Romanis verberatos. Tianum verò Sidicinum inter militares Colonias ab Augusto deductam, Frontinus testatur; & iter palluum LXXXV. populo deberi; agrumque eius limitibus metricis affignatum fuiffe. Ceterum ne quem illud quoque fallat; duplex Tianum Italiam habnisse auctores prodiderunt; vnum, cuius nunc mentionem fecimus, cognomento Sidicinum; alterum Teanum Apulo-

Plin Lib. 111. rum, quod in mediterraneis Dauniorum Apulorum à Ptolemzo recensetur & à Plinio: ijque Teanenses, nec longe ab ijs in ortum distantes * Anno Canufini populationibus fessi, obsidibus L. Plautio Vennoni Consuli * da-CDXXXV. cum M.Fof- tis, in deditionem Po.Ro.venerunt, vt Liuius prodit. Diodorus Siculus HoFlucci- + regionem omnem Dauniorum Apulorum populationibus vexatam T.Linins lib. 11. feft. 58. † Diodor. lib. x 1 x. Biblioth. & Canu-

- TIANI:
- & Canulinos in fidem acceptos scribit. Nec de Tianensium vtrorumque rebus quidqua aliud scriptum inuenimus. Ceterùm quod ad numismata Nummi Tianen (i**n** 🕅 pertinet, primò quidem Apollo capite radiante, auería parte Luna falcata inferipri. gibberaque, & cornibus fingulas complexa stellas globu sinu excipit. Altero, Mars galeatus & gallus Martis ales exprimitur; cui supra crista granum tritici, fertilitatis ex agricultura symbolum, est adpictum; quod potillimum effecit, vt Tianenfibus Sidicinis istud numisma adscriberemus, quia Sidicinus ager frumenti præstantia, ficuti A pulorum olearu culru commendatur. Quod ad stellas vtrobique & varijs inde numismatibus adpictas pertinet, nonnulli cò referendum putant, quòd Magna Gracia
- **B** prius Hesperia dicta sit: Hesperum itaq; siue Vesperuginem, (qua Venerem HESPE RVS feelba: non fine ratione quidam opinati funt) his nummis exprimi. Verùm Ptolemæus cui curæ fuit orbis habitati fitum ab occafu in ortú , & decuffatione ab AEquatore in Septemtrioné includere, Suesam Aruncam de qua iam diximus, longitudine x x x 1 1 x. partium cum belle; latitudinem x L 1. partiu cum quincunce describit : Tianum autem Sidicinum triente partis Orientalius, quincunce septemtrionalius collocat : sed Teanum Apulorum duabus partibus cum beste versus ortum à Sidicino dissungit; ceterum in eodem parallelo cum Suefa, & quincunce, qu'am Sidicinu, Australius difponit.qua ratione Tianum Sidicinũ & Teanum Apulorum fecundùm c globofam terræ superficiem in ea latitudine passu cxx.м.a se distarent.
 - Ceterum quia vie Appie meminimus, & eiusdem frequens admodum in progressi incider mentio, officiosè me facturum in studiosi Lectoris gratiam opinatus fum, fi paucis eandem hoc loci descripsero. Via itaque Appia omnium maxima ac celeberrima, quàm Statius Papinius haud VIA APimmerito reginam viarum appellat, ab Vrbe ac porta Capena initium I. I. Inim I. fumebat; ab Appio Claudio Cenfore, vt Frontinus + ait, Capuam víque † Lib de A-Tacitus tamen, & is qui de vitis Illustribus * scripsit, Brun- whig R. munita. disium vsque stratam prodiderunt. Quare sunt, qui à Iulio Cæsare, cui lib.11. Anni eius Viz cura fuerat commissa, Brundisium vsque à Capua munitam * sur corn. Neper
- D tradant. Ea fuit latitudine, vt plaustra duo ex aduerso inuicem occur- eff. seu Au rentia liberè exciperet, longitudine vero passum cccxxx. M. Sunt qui dor. c.34. propter flexus atq; ambages xx.м.adijciant.Certe Augusti temporibus, Diod. Sicul. fi Horatio credimus; fi Straboni, Tiberij, Brundisium vsque pertinuit. & cap. 36. Drusus Scribonius Libo coniurationis aduersus Tiberium reus, vt Taci- 4. Epod. & tus [‡] auctor est, aliquando Mathematicos constiluit, an habiturus esse u.7.6 1.1. opes, quibus viam Appiam Brundifium víque operiret. Hanc nouifi- Epif.6. v. mè, quod Dio testatur, Traianus restituit, desiccatisque paludibus, exci- 18. 7. 20. fis collibus, aggeratis vallibus, ac pontibus exstructis permeabilem fecit. Fuit in hac haud procul ab vrbe * Templum Martis, Centum columnis Geog. \$ Lib.11. Annalium, & ibi Lipfins Annos. 75. Xipbil. in Traiano. * TEMPLVM MARTIS.

23t



25. Ipift

fufful-

* Cicero orat. pro T. Annio

Milone.

TINA.

VIA LA-

CALENI.

suffultum, & à Sulla in AEdilitate consecratum. Fuit & bonz Dez sa- A crarium, ad quod Clodius & M. Papirius interfecti fuêre. Itidem tres Tabernæ, lucus Egeriæ, quem Camœnis Numa facrauetat. * Sepulcta quoque magnorum virorum Calatinorum, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum, atque aliorum. Ceterùm Via Latina Appiæ ad Casinú coniungebatur, xix. à Capua stadijs, hanc poëtæ modo Latiam, modo Aufoniam vocant.vt illam ab auctoris nomine Appiam; à gente verò Claudiam; & ab Imperatore, qui restituit, Tratanam.

ΑΛΕΝΙΤΩΝ. K

CALES Thracum Colonia.

CALES Thracum Colonia. *Silius Italicus lib. v111. Ó Steph: Pighins in Fastis ad *an.* ▼.C. CDXIIX. † Calenum Martiali. bis cond. CDXVII 45 & 46. * Ann. Linim ibid.

ĆALES Colonia deducta. fett.49.

fed.60.

vсто R E s, qui huius vrbis originem memoriæ prodidêre, principia eius ab Thracibus, & Calai Boreę & Orithyæ filio repetunt.Sita erat vrbs inter Tianum Sidicinū & Cafilinum. Ager eius vino generofillimo; quod Calenum[†] vocatum fuit, fecundus erat. Erat & fons in agro Caleno, qui vini modo temulentos, fi qui ex eo potarent, reddebat. Ceterùm Caleni, quum Romani Sidicinis bellum intulissent, veriti ne jjs deuictis in se Romanus arma verteret; advinum, Pli- iunctis fibi Aufonibus; (quorum ipfi primariam vrbem incolebant) Sidi-Horatio, & cinis se contra Romanos iunxêre- Aduersus cos Romani L. Papirium C * Anno Vr. Craffum & Kæfonem Duilliù Confules * misêresqui cum Calenis Sidicinisque congressi vno haud memorabili prœlio vtrosq; vicerunt. In se-T. Lini. lib. quenti anno * M. Valerius Coruus Conful IV. exercitu victore à Confulibus accepto, ad Cales, vnde bellú ortum erat, profectus, cùm hostes ab CDXVIII. superioris pugnæmemoria pauidos primo impetu & clamore fudisset, mænia ipla oppugnare aggressus, capto opido, impositoque præsidio, atque exercitu ingenti cum præda Romam reducto, triumphum de Calens

egit. Senatus inde ad demulcendam plebem Coloniam Cales deducen-Liuim ibid. dam decreuit. duo millia & quingenti ciuinm ad hoc conscripti. Triumvirique Coloniz deducendz atq; agro diuidundo creati, Kzło Duillius, T.Quinctius Capitolinus, M.Fabius Ambustus. Bello Punico fecundo, quo Hannibalis ductu Pœnorum armis vastata per quindecim annos Italia est, Caleni fincera admodum fide, rem Romanam sustentarunt; captaq; Capua, quæ à Romanis ad Pœnos defecerat, Senatores Campani in vincula coniecti; ac Cales tanquam in tutissimam custodiam missi funt. Verùm haud multo post, cum mutata fide ipfi quoque Caleni de-Lissins Ub. trectato imperio arma ac militem se dare posse negarent, Consules ob ean detrectationem increpatos, verecundia magis quàm benenolentia

in

CALENI.

A in officio continuerunt. Post Czsaris inde Dictatoris ezdem cum Triumviri Reip, constituendæ promiscue in quossibet seuirent, P. Sittius Ca- Dio Coffine lenus opum amplitudinc, & lingulari in ciues suos munificentia clarus, in initio Apalbum proscriptorum relatus, ab ijsdem ciuibus suis à seruorum & militum læuitia leruatus, poltea de precantibus pro eo per legatos Calenis, in patria à Triumviris exfulare permisfus est. Inuenio etiam Cæsarem Augultum Colonis agrum Calenum limitibus Romanis allignasse, cum prius Cræcanicis ailignatus fuisser. Vrbem quoque municipali jure donatam * Lib.iv. fuisse constat. sed quo id tempore acciderit, incertum est. Taciti * An- Lipjins an nalibus traditum est, Czsarum tempore, Questorem Calibus fuisse, qui Linime lib. populi Rospecuniam ex Campania ceterisque Italize eius tractus regioni- xxv. sed bus curarettetsi sint qui callibus apud Tacitum scribi malint.non satis ex- die siepeacto, vt arbitror, iudicio, prætexentes illam apud Suetonium + de Callibus Annal Rom prouinciam C. Iulio Cæfari Confuli fortien da cum M. Bibulo decretam: in Infii ad Ceterùm quod ad eius vrbis longitudinem pertinet, Ptolemzus eam evili † Suet.in xxx1x.partibus cum besse; latitudinem x L 1. s. describit. Inlio Caf.

ΚΑΠΥΑΝΩΝ.

CAPVA Troianorum Colonia.

M B I G I T V R de huius vrbis origine apud vetuftos feripto- CAPVA res, à Tufcis conditam Liuius & Velleius produnt: Virgilius colonia. autem, & Silius clarissimi poëtarum, simul & Dionysius Halicarnassaus fidelissimus Antiquitatú Italiz auctor, à Troianis primordia vrbis repetunt. Qui Tuscos eius vrbis auctores seribunt, prius Vulturnum fuisse appellatam, ab amne qui mediam diuidit vrbem, tradunt. Ceterum mutalle nomen Samnites, cælis nocturno scelere Etruscis, qui eam incolebant; vocasseque Capuam, sine à campestri planicie; fiue à duce suo Capy. Eorum tamen qui ad Troianos principia vrbis referunt, opinionem confirmat ænea tabula in monumento Capys

P (vti credebatur) inuenta, ac litteris Græcis in hanc sententiam inscripta: Quando offa Capys detecta effent, fore wt Iulo prognatus manu confangnineorum necaretur, eiusque cades magnis mox Italia cladibus vindicaretur. Miraculo ca

tes fuit, postquam occiso Cæsare Dictatore, qui generis sui principia ab Iulo repetebat, scripto cuentus respondit. Capua itaque olim inter maximas orbis totius vrbes Romam, & Carthaginem, tertia; à mari in Sc-cicero in premtrionem ad duodecimum lapidem diltabat; camque mediam in- Quirine. terluebat Vulturnus amnis. Hæc plurimis cùm publicis tum priuatis operibus inlignis, præcipuum inter omnia, templum louis Capitolini oltentabat, litum alto in tumulo, atque arce munitissima cinctum, Gg ad

CAP.19.

233

C A P V AEL

ad similitudinem eius quod Romæ factum fiterat. Imminebant vibi A Campanus Tifate colles, vnde vrbem totamque Campaniz planiciem subiicere oculis licebat. Nulla non modò in Italia, sed ne in toto quidem terrarum orbe plaga eft, quam non excedat felicitate Campana. Nihil calo clementius. Bis etenim floribus vernat. Nihil folo fecundius: ideo Pal-Agri Cam- ladis cum Cerere & Libero certamen dicitur. Vino Falerno quod fert pans felici-Campania non aliud prestantius: nihil oleo Venafrano celebrius : fupe-L. Florus *ib.i.s.* xvii. rante denique ctiam spem agricolarum frugum prouentu.

Terminatur Campania ab occasu Liri flumine & Lationouo ab ortu Sarnum habet limitem: Samnite's Septemtrioni pretenduntur: clauditur Etruscoseu infero mari à meridie. Rerum à Campanis fiue Ca- B guanis ge- puanis geltarum altum apud vetultos scriptores per secula aliquot filentium elt:donec anno ab vrbe condita trecentefimo & tricefimo Samnites Capuam bello adorti, cum plurimis Capuanos præliis fudifent, tanlib. I V . fed. dem ab issue pactionem in societatem vrbis agrique recepti sunt. Inde per occasionem diei festi ciues nouitij capto tempore vetustos somno atque epulis grauatos aggressi vniuersis ad internecione cæsis, vrbem cum coniugibus liberisque occisorum occupant. Post triennium ab occupata Capua, Cumanis arma intulerunt: colque fulos & fugatos, atque intra mænia compulsos obsedêre: & cum aliquantisper tenuisset obsidio, vrbs tandem per vim expugnatur : interfectisque aut in feruitu- d tem abductis ciuibus, Campani Colonis ex fuis ciuibus eò miflis, vrbem Cumas incolendam dedêre. Elaplo inde septuaginta trium annorum spatio, nouum Campanis bellum aduersus consanguineos suos Samnites exoritur. Samnites enim, quum Sidicinis, quia viribus plus poterant, arma iniusta intulissent; Sidicini necessitate coacti ad Campanorum opem confugerant. Ceterùm Campani luxu deliciisque defluentes ab induratis armorum víu Samnitibus in Sidicino agro fuperati, totam belli molem à Sidicinis insemet auerterunt. Samnites namque omiffis Sidicinis, ipfam belli arcem Capuam petentes (vnde victoria æ-& samnines qu'e facilis & prædæ gloriæque plus eslet) imminentes vrbi Tifatæ col- D les firmo cum præsidio occupant. inde quum quadrato agmine in planiciem quæ inter colles & Capua interiacet descendissent, rursus acie concurlum cst : & victoria penes Samnitem fuit. Fracti hoc prælio Campani, accifis rebus fuis, Romam legatos ad implorandam open mittunt. Ceterúm cúm primo non impetratent, negantibus Romanis arma se aduersus Samnites socios contra fœdus esse laturos; legatos tamen ad deprecandum yt Samnites à bello defiltant vnà cum Campanis milluros.Princeps legationis, virante discessur è patria in mandatis habebat, vrbem Capuam populumque Campanum, atque diuina humanaque omnia

ager fecun-dus.

tas.

RESA CA-

T. Linin

f1.

108:

234

Res inter Сарнапоз gifte.

C A P V AE.

A omnià in potestatem Po. Ro. dedidit. Qua re moti Patres, cum è maiestate nominis Romani videretur, non deseri deditos, legatos misere, qui à dedititiis populi Ro. abltinere Samnitem inberent; recufantibus bellum minarentur. Quibus cum ferociter à Samnitibus responsum esser, negantibus se à bello destituros, bellum Samniti per feciales indictum elt. Conful itaque Valerius ad tutandos ab hoitium Samnitium incursione Campanorum agros mislus est : qui commisso felici euentu prælio, Samnitibus non line magna cæde fulis fugatilque, castris infuper hostilibus potitus est. Quò postquam omnis se Campanoru multi- campanor tudo cum vxoribus liberilq;effudiflet;gratulati populo Romano felicem Armis à victoriam, co se primum die renatos conclamabant: ac milites servatores isterati. appellantes officiis ac obsequio certatim eosdem sibi demereri studebat. Inde Gampanis petentibus præfidium, à Senatu Romano ad arcendas Samnitium incursiones, Capuam in hyberna missium. Verum minime falubris disciplinæ militari Capua, corruptos luxu licentiaq; milites à patriz memoria auertit : inibanturque confilia eodem scelere adimendz Campanis Capuz, quo illi prius antiquis cultoribus candem ademissent. Ceterùm C. Marcius Rutilus Conful anni infequentis, cui Campania prouincia forte obuenerat, militarem impetum confilio frustratus, spargit rumorem, sequenti anno præsidia iisdem in opidis hybernatura. Hac arte clusos milites ex Campania in Samnium educit. Liberati ad hunc

- C modum populi Romani beneficio, & armis, à graui Samnitiü bello Campani, ingratifimos le erga liberatores suos ostendêre; ac societatem cum Latinis aduersus Romanos iunxêre. Exasperati tanta ingratitudine CAMPLE Romani adustiaurhalazionihus and Company and Statut Romani, eductis vrbe legionibus, ante Capuam, quò omnis Campano- cum Latinie rum Latinorumque exercitus conuenerat; caltra locant. Copiis ab v- focusat. traque parte in aciem eductis, maxima longe Campanorum Latinorumque strages insequuta est. Postquam pugnam Campani se suaque in populi Romani potestatem dedidêre; agroque in perfidiæ pænam mul- multati. tati funt. Is Falernus erat: in quem statim Coloni ex plebe Romana missi terna singuli iugera acceperunt: Equitibus verò Campanis; qui
- mille & sexcenti fuêre, quod cum populo Campano non rebellassent cinitas data est. Vectigal quoque iisdem populus Campanus; nummos Nenvi denarios quadringenos quotanuis in fingulos pendere iuflus elt. Egre- talitar gia dehine Gampanorum in Romanos holpitalitas fuit, eos nempe qui tinns lib. Caudino fœdere à Samnitibus spoliati, & nudi sub iugum missi fuerant: pie de Cau-nec secus ac si victor exercitus vrbem ingressus esset à magistratu population de Caunec lecus ac si victor exercitus vrbem ingressus estet, à magistratu popu- à T.Vismie loque Capuano obuiam processum estiprotinusque Consulibus infignia mie accepta honoris(nam & hi nudi cum reliquis sub iugum missi fuerant) militibus an. C DXXXverò arma, equos, & vestem, benignè præbuerunt: ac proficiscentes lib. I. Hif. inde Gg 2

235

C A P V AE.

inde ad finem víque agri Campani nobilissi mi Campanorum deduxêre. A Verùm eam in Romanos benignitatem noua rurfus polt quadriennium campa- persidia sœdarunt. Ceterùm oppressa est Romanorum prouidentià in Ro, perfi- conspiratio, qua principes Capuanorum à Romanis deficere, & rem ad dia. Anno v.c. Samnites trahere decreuerant. Bello inde inter Romanos & Taren-EDLXXII tinos orto, cum Tarentinorum partes Lucani, Bruttij, & Samnites fequerentur; & acceffifiet infuper auxilio Tarentinis Pyrrhus Epirotarum Rex; foli penè omnium Campani se toto hoc bello fidislimos præ-

stitere; stetitque tum corum potissimum opibus subnixa res Romana. Ceterùm Campani eam tum in Romanos fidem, bello Punico secundo, in side orge alia denuò perfidia violarunt. Nam cum ad Trebiam, Thrasimenum, B Romanos inconstatia. & Cannas pro Romanis stetissent; post proclium Cannenset non solum t Ad Cam- ad Pœnos defecêre, led & ciues Romanos, qui intra Capuam tum erant, mas clades pop.Rom. balneis incluíos fuffocarunt; & Hannibalem intra mœnia accepêre, aunno v. c. Atore eius defectionis Pacuuo Calauo, homine nobili & populari, qui quo Zimins lib. anno male ad Thrasimenum pugnatum erat, summum apud Capuarm lib.11. nos magistrarum gerebat. Post biennium inde Ap. Claudio Pulchro Anno Prois 111.Q. Fuluio Flacco Coff. Romani, ad vindicandam Campanorum demine lib. fectionem, Confules cum exercitu in Samnium ac Campaniam misêre; ac post varios hinc inde cùm præliorum, tum alios vario Marte atque fuccessi bellorum euentus, ipla vrbs Capua diuturna arctissimaque ob- c fidione pressa, ita vt duplici vallo ac fossa circumducta, nulli nisi summa cum difficultate ac periculo exitus aut ingressus pateret; intus Hannone cum aliis Pœnorum ducibus ac præsidiariis, foris verò Hannibale rem Capuanam nequicquam detendentions ac iuuantibus, tandem ad extremum famis & inopiæ redacta, in summa auxilij atque commeatuum desperatione, per deditionem in populi Ro, potestatem venit. Mox capya à dispositis tam per mœnia quàm tota passim vrbe custodiis, ac portis Ro.capta. claufis ne quis clabi posset, primùm arma Capuanis adempta ; Punicum inde præfidium comprehenfum : Senatores in caftra Romanorum adducti, ac vinculis iniectis pars Cales, pars Tianum Sidicinum m in custodiam missi, postea à Fuluio Consule virgis cæsi ac securi percussi funt. Ex reliqua nobilitate trecenti in carcerem conditi ; alij verò per vrbes Latini nominis in cultodiam distributi : multitudo verò promiscua venundata: ipsa vrbs Capua habitari tantum permissa est. non etiam muniri : relicta duntaxat libertinorum atque opificum turba: fine iure ciuitatis, aut vllo neque plebis neque Senatus confilio aut alio magistratu: ceterùm vt ad iura iis reddenda Præfectus x vrbe Roma quotannis mitteretur. Ager verò Campanus ac tecta publica vniuerla populi Ro. facta sunt. Hic exitus fuit defectionis Campanz. Capua itaque

CAMPA NORVM

XXVI.

C A P V AE.

A itaque deinceps per Præfectum Roma missum administrata fuit. Ingens populo Romano vectigal ex fructibus agri Campani accessit: Vnde bello Marsico cum tota pænè Italia arma in Romanos sumpsisser, ex hoc potiflimùm prouentu exercitus suos aluerunt. Plurimi Romanorum ad demerendum plebis fauorem, agrum Campanum populo diuidere conati funt: quibus femper Senatus fumma vi obititit. Primus qui hoc tentaret C.Sempronius Gracchus fuit: quo inter medios rerum conatus occifo, impedita res est. Iterum M. Brutus cadem, sed frustra, perferre conatus est. Tertius idem aggressus Tribunus plebis P. Serulius Rullus: huic se M.Ci- Cie. tres cero, qui tum forte Consul erat, obiecit; & eùm insigni oratione populum Rullum 04

B edocuiffet, quantum inde detrimenti Respublica caperet, si is ager, qui in confutares. arctissimis Reipublic z temporibus subsidio suisset, in multos diuideretur; obtinuit ne lex ea perferretur. Quartus eam rem in primo confulatu fuo Cæfar Dictator aggrellus, suffragante Pompeio Magno, Bibulo verd Aser Camcollega, qui folus oblittebat, armis ex foro pullo, legem pertulit; vt ager bus Ro. di-Campanus ijs ciuibus, qui trium liberorum parentes essent, diuideretur. "". Ad viginti millia huiufmodi ciuium erant. creati vigintiviri agrum viritim diuiserunt. Ius ciuitatis Capuz restitutum anno centesimo & quin- Ins cimitatie quagefimo fecundo, postquam ab Romanis ob defectionem ad Pœnos refittation. in Præfecturæ formam redacta erat: Poft Iulij inde Cæfaris cædem cùm

c intestinis bellis laniaretur Italia, & maxima eius pars, eiectis prioribus capva colonis militi veterano à Triumviris in præmium diuturnæ militiæ ac litaría. victoriarum decreta & affignata effet, hi quoque coloni, qui paullò antè lege Iulia Capuam deducti fuerant, sedibus fuis pulsi, & in eorum locum veterani inducti sunt: & Capua Colonia muro ducta est. Ceterùm quod ad Capuz longitudinem pertinet, eandem Geographus x L. partium; vt latitudinem x L I. cum fextante describit.

Numismata Capuanorum, quæ quidem ad manus nostras peruenerunt agri fertilitatem per aristam tritici granis turgentem exprimunt; aduersa verò parte Mercurium petaso & talaribus instructum. Altero

D Apollinis cortinam & Minotauri caput cum ceruice fignarunt. Minotauro (quod hîc admonendum puto) Opicorum vrbes ferè omnes, quarum exstant numismata, pecuniam signasse obseruo; Neapolitanos videlicet, quos inter Opicos refert Stephanus; itidem Puteolanos, Suefanos, Calenos & Capuanos; quos & inter Opicos recenferi non video. ita ecquid caulæ fit, cur & illi Minotauro fignarint, nefcio.certè Atellani & Nolani, de quibus ex ferie numifmatum iam feripturi fumus, inter Opi- opici cos censentur ; ijdemque vi & ceteri plerique, Minotaurum in nummis Minotauru suis signarunt. Ceterùm quia ager Capuanus Atellanos contingebat, Atellam nunc ordine adscribemus.

Gg 3

ΑΤΕΛ-

rationes

237

Colonia mi-

Α Τ Ε Λ Λ Α Ν Ω Ν.

NAE FA-bula. Diomed. mát.

ATELLA.

теция MOlcorum fuille vrbem nonnulli opinantur; Stè-phanus tamen ex Polybio probat Opicorum; quod & numif-mata ob caullas iam à nobis expolitas teltari videntur.Opicos & Cumanos mediam intra Vulturnum & Silarim Campar. Linim niam tenuisse ex veterum lectione patet. Atellas Po.Ro.ob fabulas, in lutib.vi1.An- dis antiquitus fuisse notas ex Liuij testimonio constat. Atellanas enim ATTELYA- fabulas ese Latinas, argumentis & dictis iocularibus fimiles Satyricis fabulis Græcis Diomedes & Donatus prodiderunt, nec aliter T. Liuius;

ub.1. Gram- Iuuentus inquiens histrionibus fabularum acturelicto, ipfa inter se antiquo more mar. Ex Linio p. ridicula intexta verfibus iactitare cœpit, que Exodia postea appellata, consertaque 1. libri v 11. fabulis potisimum Atellanis sunt: Quod genus ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est, eò institutum manet ; 👓 actores Atellanarum nec

tribu moueantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant. Ceterùm

mam, quòd qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœ- C

perint ; nulla profectò alia de re , quàm quòd de imperio Romano desperabant : Defecère autem hi populi (inquit) Atellani , Calatini atque alij. Idem.

Am.v.c. quum Velleius Paterc. T. Veturio Caluino Sp. Postumio Regillensi CDXIX. storumque Coff. Campanis fine suffragij latione ciuitatem datam fuisse prodiderit, CDXXXIII. suspicor eodem tempore Atellam municipij iure fuisse donatam: quandomanicipië. quidem Atella inter municipia à Festo refertur. Accedit ad hæc Liuij Lini. lib. xx11. de auctoritas, qui inde colligit Cannensem cladem omnium fuisse maxi-Cannen (s tlade : Ó XXIII.

112.

ATELLA prafectura.

litaris. Cicero lib. **Ó Ver**r.▼¢

auctor paullò pòst subiungit Atellam, Calatiamque post Capuam in potestatem redactam deditione receptas; atque ibidem quoque, vti in Capuanos factum fuerat, in cos, qui capita rerum fuerant, animaduertinins 116. fum fuisse. Ceterum postea Senatusconsulto Atellani & Calatini, præter eos, qui ex ijs aut ipli aut parentes corum apud holtes ellent, libertate donati sunt, ita tamen vt nemo corum ciuis Rom. aut Latini nominis effet. Ex quibus opinari poflumus Atellam ab co tempore Przfecturz formula fuisse administratam: Præfectumque Atellanis populi suffra- D gijs creatum. Verùm & illud obsernatione dignum est, quum Nuceria à Pœnis deleta esset, Nucerinos Atellam traductos, Atellanos autem Calatiam translatos, Calatiam verò Veteranos à Cæsare Dictatore Attilia fuisse deductos ex Paterculi & Ciceronis auctoritate liquet. Atellam autem ab Augusto militarem coloniam muro fuisse deductam Frontix v. Famil nus scribit. Atellam Ptolemæus orientaliorem quàm Capuam sextante partis; vncia Australiorem depingit.

NΩ-

Digitized by Google

В

ΝΩΛΑΙΩΝ

NOLA Chalcidensium Colonia.

v v м diueríæ auctorum, de huius vrbis conditoribus exe stent opiniones, id quod à pluribus traderetur sequuti Nolam Chalcidensium coloniam scripsimus. Eam sitam fuisse chalciden in campestri planicie traditur: septam quoque fuisse fosse nia.

^B & mænibus firmisfimis; intercurrentibus frequenter turribus: vt.quod fitus & natura denegabant; arte atque opere suppleretur. De huius vrbis incrementis legibus atque institutis altum apud scriptores filentium est. Romanorum autem arma Nolanos in se prouocasse internetio; quum auxilia Palæpolitanis contra Romanos missisent. Hæc ad duo missia armatorum erant: ea multitudo quum Palæpolitanis; quibus auxilio missa fuerat, quàm hosti grauior ester; Palæpolitanis; quibus auxilio missa fuerat, quàm hosti grauior ester; Palæpolitanorum consent se Romanorum armis vrbé pellitur; & Nolam trepida fuga petit. Romani ad vicisendum illatum sibi bellum; C. Pætelium Visolum Dictatorem * contra Nolanos mittunt: receperant se intra mænia * Distant.

C Nolana Samnites; infeftissimi id temporis Romano nomini hostes; Anno fimul & agrestis Nolanorum multitudo; Dictator vrbis situ circum- ccccxz; spost social social aditus ester; adistica omnia muris cir-T. Linim cumiecta incendit: nec multo post per vim vrbe potitur. Mansit inde ^{lib.12./eff.} inconcussa vs ad bellum Punicum secundum Nolanorum erga Ro-Nora a manos fides: Eo tempore quum Hannibal recepta in societatem Ca- capta pua, exercitum in agrum Nolanum duxisset; militem à populationi-

bus arcebat : quia voluntariam deditionem sperabat : nihil hostile prztermissur s s ea spesses fefellisset. Senatus & primores ciuitatis in fide Romana przstabant : plebs nouarum rerum auida ad Hannibalem inclinabat : quod agrorum populationem atque obsidionem metue-

rent. Itaque Senatores metu, ne si aperte contra niterentur, resisti multitudini concitata non posseti (neque enim auctores rerum nouarum deerant) vi quò mali dilationem inuenirent, placere sibi societatem Punicam simulant: sumptoque spacio, quo de conditionibus, quibus Reimter in fœdus amicitiamque nouam transirent, deliberare possent, legatos Nos Ripropriè ad M. Claudium Marcellum Prætorem Romanum; qui tum Panos estar Cannussi cum exercitu erat, mittunt, docentque quanto in periculo in tex Limite fit Nolana res, defecturam plebem ad Pœnos: nec viterius resisti abl- ²/₂ set. 9. que præssido Romano posse. Marcellus collaudata Nolanorum fide, lib 11. Hist.

239

NOLAE:

confestim à Cannusio Calatiam petit : atque inde Vulturno amne traiecto per agrum Satriculanu Trebianumque supra Suessulam per montes Nolam peruenit. Hannibal vero poltquam Marcellum aduenisse comperit, agro Nolano excessit. Nolam staque Marcellus non tam sui fiducia præsidij, quàm voluntate principum tenebat : conciliato sibi in-T. Linine l. terim comitate & muneribus L. Bantio, iuuene acri ac nobili; quem s x 111. fo# 41. 42. præcipuum defectionis auctorem metuebat : quod Hannibal eundem aliquando post prælium seminecem inter stragem corporum repertum, curatumque ac benigne cultum cum donis domum dimisistet. Memor cius beneficij Bantius rem Nolanam prodêre Hannibali conatus fuerat. Postea quumiterum Hannibal infesto cum exercitu ad Nolam redifici; B & plebs Nolana rursus ad defectionem spectaret; Marcellus sub aduentum Pænorum, ne qua Nolanis occasio nouandi res effet, è castris intra Nolam se recepit.instrui inde vtrimque exercitus ad pugnam cœpit, Romanorum pro portis, Pœnorum ante vallum luum, præliaque hinc parua inter vrbem & castra committebantur; nunc his nunc illis fauente Fortuna. Conuenerat interim per nocturna inter plebem & Pœnos colloquia, vt quum legiones Romanorum ad pugnam portis egreflæ effent, impedimenta corum Nolani diriperent : claufis deinde portis muros occuparent; Pœnolque pro Romanis in vrbem admitterent. Hæc vt è Senatoribus intellexit Marcellus, priufquam aliquis inteftinus ori- 😋 retur motus prœlio decernere statuit. exercitum itaque ad tres portas, quæ hofti obuerfæ erant, tripartito inftruit: Nolanifque portas ac muros adire vetitis, præsidium apud impedimenta relictum. Ita instructi intra portas stabane. Hannibali sub signis (quod per dies aliquot secerat)in acie stanti, primò admiratione mouit, quod nec exercitus Romanus signa portis effertet:nec vllus armatus in muris appareret. ratus inde prodita colloquia, partem militum in castra remittit, iuslos properè omnem apparatum ad oppugnandam vrbem in primam aciem afferre: haud diffidens si cunctantibus instaret, plebem tumultum aliquem in vrbe moturam. Vix fuccéfferat ad muros acies, quum patefacta repente porta D quæ media erat, Marcellus figna canere clamoremque tolli; ac pedites primum, deinde equites quanto maximo possent impetu hostem inuadere indet. Iam multum confternationis in mediam aciem intulerant Romani, cũ duabus circa portis P.Valerius Flaccus, & C.Aurelius Cotta legati in cornua hostium erupêre. Traditur eo prælio duo millia & trecentos hoftium cafos: Romanos vnum, nec plures amififie. Ingens eius pugnæ gloria fuit; quod eo primùm die Hannibalem vinci posse patuit. Hannibal adempta spe Nolæ potiundæ retro exercitum abduxit: Marcellus autem clausis repente portis, custodibusque dispositis, ne quis

N O'L AE.

241

Digitized by Google

ne quis elaberetur, quasitione de iis, qui in colloquio hostium fuissent, in toro habita, supra septuaginta proditionis damnatos securi percussit, bo- Linim lik. naque corum in publicum redegit: legiones inde ab vrbe abduxit. Ce- Annal. fett. terùm quum polt Marcelli discessium plebs iterum defectionem ad Poe-46. nos moliretur, confiliaque de cæde principum iniret; de iis certior redditus Marcellus Nolam cum exercitu rediit, Eò & Hannibal, querelis Samnitium, quorum ager à Marcello per excursiones è Nola vastabatur, excitus venit. Accessit & Hanno alter Pœnorum dux è Bruttiis, eum supplemento quod recens Carthagine aduenerat. Matcellus voi Linins lib. primum Hannibalem aduentare intellexit, copias intra mænia tenuit; fer. 126. Senatoribus Nolanorum per muros inambulare, & omnia, quæ apud hostes fierent, circa explorare iussis. Dux interim hostium Hanno, quum ad murum successifier, impetrato, permissu Marcelli, cum M. Herennio Baffo & Herio Petreio Nolanis colloquio, políquam per interpretem, Hannibalis fortunam virtutemque simul humanitatem & eiusdem in captiuos Italicos clemențiam prolixè verbis extulisset; Romanorum contrà crudelitatem, & superbiam simul etiam aduersa prœliorum ad Cannas & alibi exprobrasser : si Marcellum cum præsidio Romano, & yrbem in fidem Hannibalis tradidiffent, neminem alium, quàm ipfos, legem, qua in amicitiam Punicam venirent Nolani, dicturu pollicetur. c Ad quæ quum ab Herennio Basso responsum ester, multos iam annos amicitiam inter populum Romanum & Nolanos effe, cuius neutros ad cam diem pæniteat: communiá itaque confociataque Nolanis omnia 📢que ad vltimum fore cum iis, qui ipfis auxilio veniffent. Hannibal hoe demum colloquio, omni spe Nolæ per proditionem potiundæ ablata; vrbem corona circumdedit, vt fimul ab omni parte muros aggrederetur. Quem ve succeffiffe muris Marcellus vidit, instructationra vrbem acie cum magno tumultu erupit. Plurimis primo impetu cæfis, ingens exarfisset prœlium, ni imber magna cum procella effusion incerta fortuna pugnam diremisset: Romani itaque in vrbem; Pœni in castra rediêre. Imber per noctem & sequentem diem continuatus, quamuis auidos certaminis munimentis se tenere coëgit. Tertio die Hannibal copias prædatum in agrum Nolanum miserat.quod vt vidit Marcellus, extemplo suos in aciem eduxit : nee Hannibal detrectauit certamen. Eo itaque spacio, quod mille fere passibus inter vrbem & castra Punica pa-Clamor ab vtraque parte sublatus, plerosque ex tebat, concurritur. cohortibus, que in agros predatum exicrant, ad pugnam reuocauit; & Nolani aciem Romanam auxerunt Proclium diu anceps erat; dum lumma vtrimą; vi duces suos hortarentur, & milites pari ardore pugnam capesserent. Donec tandem apud Pœnos nihil ducis exhortatio profuit ad Hh

N O L AEI

XXIII. *f:#*.133•

Lining lib. fuit ad confirmandos militum animos, quin, Romanorum vim atque A impetum minime fustinentes trepida omnes suga ad castra ferrentur: quæ oppugnare volentes milites Marcellus cohibuit, Cæfi eo die è Pœnis ad mille; capti mille sexcenti; signa militaria vndeuiginti, Romanorum minus mille interfecti: is finis Hannibali ad Nolam tentandam fuit.

NOLA ROmanorum Colonia.

LLXXXIX.

Ptolemans

Nolam Coloniam fuisse deductam ante bellum Punicum, ex eo videri potest, quòd Liuius inter octodecim Colonias, quæ sua omnia in Romanorum potestate esse dixerunt, summaque fide auxilia Romanis præbuerunt, etiam Wolanos annumeret: incertum tamen nobis elt, quo temnora pore Colonia facta fir: Municipium quoque Nolam fuisse ex antiquis mar-B

morum Inferiptionibus patet. Inuenio iterum à Vespasiano Cæsare coloniam eò deductam, & Nolam coloniam Augultam appellatam fuifle. obseruo quoque à veteribus Nolam inter Opicorum vrbes relatam. Fe-Epit. Linij 10. LXXIII. ftus Municipium sui iuris fuisse testatur inde lege Sempronia & Liuia Coto de sulla, loniam effe factam opinor.nam in Epitome Liuij, quum L. Cæfar bello Matfico male aduersus Samnites pugnasset, Nolam Coloniam in Sam-. nitium potestatem cum L.Postumio Prætore venisse, scriptum est. Ceterùm Ptolemæus, nisi scripturæ vitium sit, eam inter Picentinorum me-Gographon diterranca numerat, sub longitudine partium quadraginta cum quadrante, latitudine quadraginta partiŭ cum dextante. Nolanos Picentini, fi aliorum auctoritatem sequamur, excipiunt vltimam tertiamá, partem Inter Sarnum & Silarum incolentes. Ceterùm quia ipfotum origo à Picentibus populis, qui aduersam his Adriatici maris oram, ab Aterno amne ad AE fim, vt diximns tenebant, dependeat; ordine me facturum existimaui, si de Picentibus, inde de Picentinis Campanis, Picentâm, ve Strabo refert, colonis, fummatim quædam hîc adfcripfero.

ΠΙΚΕΝΤΙΕΩΝ.

lib.24.

PICEN-TES. Lib. 117. Nat. Hif. cap. XIII. Cur Ver fa-eril voneri Di CENTES itaque quondam vberrimz fuêre multitudinis, ita Di Vt CCCLX.M. Picentium in populi Ro. potestatem venisse Pli-nius auctor sit; idemque cos à Sabinis, voto Vere sacro, oriun-cur Ver fa-eril voneri foleat Stra- Martio aue in auguriis præcipua & arborum cauatrice fuerit)appellatio-Geog. Alex. nem elle factam referant; & Picentmos ad nominis è pico rationem, & ad ab Alex.1.3. Martem originum suaru principia referre voluisse opinentur; quòd Mar-c. 22. Pet. Via. lib. 35. tem sedentem cum clypeo Argolico atque hasta, suis in numismatibus Var. lag. c. 22. & Li- expresserint. Inuenio apud Strabonem Picentes agrum habitasse à montibus ad mare in longitudinem quam latitudinem ampliorem : latitu-Numifmata Pic. * Syrabo lib. v . Geogr dinem

PICENTIN ORVM.

A dinem autem à montibus ad mare interuallis fuisse disparibus; longitudinem verò centum millium passuum. Fædus autem cum Picentibus FOEDVS anno ab vrbe condita CCCLIV.T.Manlio Torque to, M.Fuluio Patino (HIM) Ficen-Romanor **ŭ** Coff.quũ fama Gallici tumultus terrorem præbuiflet, effe percufsum Li- $\frac{tibir:}{T.Lining}$ uius teltatur: & paullo post ipforum indicio populo Ro.fignificatu Sam- 16.x fed.30 nitium res ad arma spectare; seleque ab eisdem sollicitatos; atque hinc Picentibus ob fidem dubijs in rebus sernaram, gratias fuisse actas idem Liuius prodit.Manfifle illos in hoc fædere triginta annos, fuspicari inde licet, quod Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore, Coff. Picentes bellu, quia Anno v. c. arma cum Tarentinis sociauerant, commouerint: & proximis inde Cost. CoxxCIV. de eisdem triumphatum esse tabulæ Capitolinæ referant, siguidem cuum P. Sempronius Sophus Conful fignum pugnæ propoluisset, acielque dans. feg.

- vtrimque in procinctu starent, terra horrendo fragore, vti Orosius pro- Paul. Oro-fins lib. 1v. dir, contremuitita vt vtrimque armati pauore abstupescerent. Ceterum, cap 4. posteaguam Sempronius zdem Dez Telluri vouisset: terrz motus sedatus, hoftifque, etfi difficillimo prœlio, superatus à Floro + scribitur: & Af- + 1. Florus culum Picenum, gentis vniuerlę caput, loco natura munitillimo fitu, mutoý; incluíum & montibus vix vlli exercitui penetralibus, expugnatum. lib.1. fira-Picentibus victis pacem data constat: verùm quibus conditionibus non PAX Picenliquet. A gris autem multatos inde colligi haud difficulter potest, quod ceffa. c C. Flamininus Trib. pl. vt exstat in Catone Ciceronis, de agro Piceno Cic. de se-
- viritim diuidendo retulerit: qui forsan ager ille fuit, vnde dimoti Picentes isti feruntur, qui à Romanis in Campaniam inter Sarnum & Silarum, vt iam fatis expoluimus, traducti fuerant ; ac Picentini, vti Strabo auctor sitab lil.v. eft, & iam ante meminimus appellati sunt. nam & ab eodem scribitur, Geog. aliquot ex ijs Picentibus, qui Hadriam opidum tenebant, à Romanis in PICENhæc loca traductos omnia víque ad Silarum antiquæ Campaniæ finem, TINI. insedisse. Vnde etiam Plinius tradidit, à Surrento ad Silarum amnem Plin. 1.111. XXX.M.P. agrum Picentinum fuisse, intus opidum Salernum, & Picentiam, Picenatque à Picentia opido gentiliciu Inzerlieus deductum, vnde Inzerlieur; TIA opida.
- D cademanalogia, qua à Πανδόσια Πανδοσίευς, vnde Πανδοσιέων numifmata exprimunt, ratio inflexionis Græcanicæ confirmat. Idem Plinius in extremo adscribit, Picentinorum agrum templo Iunonis Argina ab Iasone condi- 11. NONIS to celebrem fuisse : cuius rei fignificandæ caussa in Nucerinorum nu- Argina mismate(Nuceriam enim Picentinorum fuisse Prolemæus restatur) Iuno- Ny CERIA mis Argius caput ; quemadmodum in Grotoniatarum Iunonis Regins Picentinor. Lacinisque, fignatum observare possumus. Verum Picentinos bello Hannibalis à Romanis defecisse, fidemque cum fortuna mutasse, argumento est, quod Strabo non Bruttios solum, sed & Picentinos ac Lu-Lib. Y. Grog. canos à populo Rom. depressos tradit. Ceterum Picentinorum & Lucanorum

Hh 2

Pli.lib. 111.

244 App.lib.z.

PICEN-TIA tyr-Thenorum.

canorum in Bello sociali video Appianum in historia de bellis ciuilibus A meminisse. Adiiciam & illud, Picentiam, Stephano auctore, Tyrrhenorum vrbem vocari:neque id temere aut inscienter; quum teste Dionysio Halicarn.Italiæ præcipua pars, quà secundùm inferi maris litora, oramque in meridiem porrigebatur, promiscuo nomine Tyrrhenia vocetur: & Tyrrhenos idem Dionyfius Crotoniatis vicinos scribat, dissimilitudine tamen linguæ differre. Idem Stephanus testatur, eandem Picentiam à Phlegonte Picentum vocari.

N o Y K E P I N Ω N.

VCERIA vltra Sarnum flumen quatuor passum milibus sita erat; eademque à mari nouem millibus distabat: atque ab hac vrbe agrum inter Sarnum & Silarum olim Nucermum appel-NÝCERIA. latum, vt populos qui hunc agtum incolerent Nucerinosex veterum monumentis constat. Huius vrbis origo vel initia nulla antiquitatis memoria,quæ quidem exstat,nobis prodita sunt. Bello Hannibalis tantis opibus pollebat, vt candem Pœnorű dux aliquamdiu fruftra circumsederit: ita vt neque vi, neq; sollicitatis nunc plebis, nunc principum animis, ad imperium cogere potuerit; sed fame demum in deditionem acceperit, pactus, vt inermes cum fingulis abirent vestimentis. Postea ,0 quum in omnes Italicos, præter Romanos, mitis videri vellet; præmiæ honoresque iis, qui remansissent ac militare secum vellent, proposuit: nec tamen ea spes Nucerinorum quemquam tenuit : sed dilapsi omnes, quocunque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ vrbes Nolam maxime & Neapolim. Ex his quum triginta ferme Senatores, ac forte primus quisque Capuam petiissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceria militi ad prædam data, vrbs direpta, atque incensa est. Postea quum apud Q. Fuluium Flaccum Proconsulem Nucerini quererentur, non esse vbi deletà Nuceria habitarent, Nucerini Atellam, quia id maluerut, traducti sunt; D Atellanis Calatiam, ficuti memorauimus, migrare iuflis. Ceterùm vt nihil memoriæ apud scriptores reliquum sit, à quo Nuceria post cam cladem instaurata fuerit; frequens tamen eiusdem apud Appianum de Bellis ciuilibus mentio est. & bello Spartacino cam grauissime affectam Florus prodit. Addit Appianus, Nuceriam, ex duodcaiginti coloniis vnam fuisse, quæ Triumuirorum Reipublicæ constituendæ legibus ac Ny CERIA decreto militibus funt attribute. Frontinus quoque feribit, Nuceriam co-Ioniam muro ductam, iussuque imperatoris Augusti deductam fuisse. Adhæc iter populo 1.x. pedam deberi, agrumque eius limitibus Julianis

NÝCERIA ab Hannibale capta. Lining lib. xx111. feat. 40.41.

NVČI deleta. T.Lin. libro x x v 11. feat.7.

L. Florus lib.z. Hift. ćap.20. Colonia milisariı.

Digitized by Google

B

N V C E R I AE.

N V C E R I AE.

245

A Iulianis lege Augustana militibus allignatum. Nec ignoramus duplicem in Italia recenseri Nuceriam; namque & in Vmbris apud scriptores Nyceria nominari Nuceriam; camque vel ante secundi belli Punici tempora co- Umbroruer Colonia Ioniam fuisse argumento elt, quòd Liuius illos Nucerinos inter duode- Rom. uiginti colonorum populos recenfeat, qui difficillimis Reipublicæ temporibus fidem populo Ro. magna constantia conservarunt; cosque Nucerinos apud Plinium cognomine Fauonienses vocatos fuisse inuenio. Li- Plin. 116. III. NAtur. uius eoldem eum Firmanis & Hadrianis, qui in Piceno erant, coniungit: Hiflexiv. vt hinc suspieari pronum sit (nisi que antiquorum obstet auctoritas) Dalechattre Campaniæ Nuceriam, quæ Picentinorum ex veterum teftimonio scri- pim-

bitur, ab his Nucerinis, quum in eum deducti effent locum, conditam B fuisse. Vtriusque Nuceriæ vt Coloniæ Ptolemæus meminit : atque Vmbrorum occidentaliorem, quàm Picentinorum, quatuor partibus cum beffe collocat; ceterum parte vna cum beffe auftraliorem: quare Picentinorum Nuceriam fub latitudine x Lisipartium; Latitudine x L. partium cum besse. ex qua definitione secundum terreniglobi superficiem, (si numeri apud Ptolemzum non fallunt) Nuceria Vmbrorum à Picentinorum Nuceria in occasum zstiuum CCXXI. M.P. distabit. Hactenus itaque Campaniæ oram agrumque obiuimus; nunc ordo poltulat vt in LVCANIAM, & è mediterraneis ad Tusci marisoram deflectamus. Picentinorum vrbes Surrentum & Salernum celebrantur inde vltra Silari

fluminis oftium Lucania fefe vique ad Laum fluuium aperit; cuius opida, zvcania С Pastum, Græce Posidonia, & sinus Pastanus, Straboni Posidoniates; item Veha quod Hyela olim; promontorium Palinurum & flumen Melphes; tum Buxentum opidum, & Laus amnis Bruttiorum initium : mediterranei populi, quorum apud veteres nomina celebrantur, Grumentini, Potentini, Volcentani, Numistrani: præterea opidum Pandofia, OEnotriorum quondam regia ; quam tamen Strabo in Bruttiorum finibus ponitj & de Silaro mirum refert, quod virgulta in eundem proiecta non mu- silaty tato colore neque formâ lapidescant. Patet à Silari ostio ad Laum se-" cundum maritimam oram Lxv. м. pafl. spacium. Tenuêre Lucaniam.

D Pelasgi, OEnotrij, Itali, Mergetes, Siculi, Græciæ maximæ populi; nouillime Lucani à Samnitibus oriundi, & à duce Lucio nominati; qui su- 28 CANE peratis bello Possidoniatibus vrbibus eorum potiti sunt. Hi quum aliquamdiu sub statu populari Rempublicam suam administrassent, postea bellis ingruentibus regem, magistratulque sibi delegerunt. Ceterum T. Limini anno ab vrbe condita CCCCXXVII. L. Papirio Mugillano & C.Pœtelio annal. jett. Visolo II. Coss. quum ad eam vsque diem nihil dum rei cum populo 7% Ro. gellillent, varijs antea cladibus ab Alexandro Epirotarum regevexati, in fidem Romanorum venerunt : virosque, & arma pollicentes, fædere Hh 3

Ev canta foedere in amicitiam accepti sunt. Quod quum codem anno violassent, A Ro.in fidem factum est, vt post octauum inde annum Apulia perdomita bello à Ro-& fadus recepti.

opidum ipforum vi captum. Post autem quum oratores Lucanorum Ann. Vrbis ad L.Corneliū Scipionem & Cn.Fuluium Centumalum Coff. questum CDLV T.Lin. lib.t. venissent, Samnites quia conditionibus ad societatem armorum ipfos eat.33.34.

FOEDVS alternm Ro. cum Lucanis.

Strabol. V. Geogr. co- nus in genere: sequitur vt maritimam Lucaniæ oram per partes obeamus. piose. Plin LIII. Strabo auctor est in Lucanis vitra Silarum amnem Iunonus Argiua temcv in ex-plum ab Ialone ædificatum fuisse; quod Plinins cis eundem fluuium in lib.x v I. c. Picentinis constituit. X X X II. фе Інсо Інпопія Nuceria.

Π σ Σ Ε Ι Δ Ω Ν Ε Α Τ Ω Ν,

POSIDO-NIA. DONIA Græcis, Páftum latinis dicebatur; à Dorienfibus, fi So-Strabo lib.v. Geor. initie Geog. initio. 2010 in finu fita, ipfi finui nomen Pæstano, quem Græci Posidoniaten vocant; fecit. Strabo tradic Romanos ex Hadria Picentes colonos in Polidoniaten finum deduxisse. Sicuti enim Sybaritæ prius à Lucanis, ita Lucanos postea à Romanis Posidonia expussos fuisse. Idem Strabo infalubritatem aëris culpat; ob amnem Silarum in paludes diffusium. Agrum Pæltanum poëtæ & refrusticæs fcriptores ob rolarum præstantiam, quæ Hagrantissimum spirent odorem; rosariaque quotannis bifera, commen-Remismin dant. Vrbis verò originem aut nomen numismata ad Moodd wva quem Latini Neptunum vocant referre videntur; qui omnibus in nummis tridente

Digitized by Google

manis impetiti fint; & repentino Q. A imilij Confulis aduentu Nerulum

matibus inter cetera reprælentatur. Ager vrbis ob foli asperitatem cultu difficilis. Locrenfium fines ab Rheginis diuidebat Alex amnis per c vallem profundam labens; infignis miraculo cicadarum, quæ cum in

ARIANT in tradenda huius vrbis origine auctores: quidam à Locris Opontijs deductam tradunt: alij ab Locris

qui Criffæum habitabant finum; in Italiam Euanthæ B

ductore profectos, incoluisse primo Zephyrium pro-

montorium; deinde polt quadriennium opem ferentibus Syracufanis eò vrbem transtulisse, quo loco postea

LOCRO-R V M origo. Strabe L.YI Geog.

264

LOCRI EPIZE-PHYRII. TEM-PLVM Proforpine Lo cris.

Alex fl.

Locrentium ripa admodum fint voçales & canoræ, in aduería Rhegi-Cicada Locrenses vo- nensium ripa obmutescunt : atque hinc Locrenses cicadæ symbolo in cales. numilmatibus frequentius vlos apud quoldam inuenio: quorum tamen Numm Eunomi ci-nullum ad manus meas peruenit. Oftentabatur quoque apud Locrenftatua. Strabo lib.

leges.

les Eunomi citharœdi Itatua, quæ cicadam citharæ infidentem habebat. vi. Geogr. quòd in certamine, quod illi cum Aristone Rhegino de artis præstantia fuerat, rupta chordarum vna, cicada fortè superuolans adstiterat, quæ supplementum vocis faceret. Vnde victor hoc certamine Eunomus ZALEVC hanc statuam in patria posuit. Locrensium rempublicam Zaleucus o- D primis legibus institutisque firmauit. sanxit primo, Vt capitale illi effet, qui merum quamus ager absque medici confilio bibisset. Iuniores senioribus via cedere, & venientibus aßurgere voluit. Mulierem plusquam vna ancilla comite prodire in publicum; vel noctu domo egredi vetuit. Viris annulorum omnij splendida vestis vsu interdixit. Decreuit etiam vt deprehensus in adulierio vtroque oculo multaretur. Euenit forte vt Zalcuci filius in adulterio deprehenderetur; omnibulque filio in gratiam patris crimen condonantibus, Zaleucus ne primus iple fuamet inftituta tranfgredi videretur, occafionemque inde alijs dissoluende in posterum legis præberet; vti beneficio

LOCRENSÍVM.

- 265 beneficio ciuium noluit néue adolescentem omni luminum vsu orbaret, Cit.2. de vnum fibi oculum, alteru filio erui iussit.ita nec oblitus paternæ in filium ad Attic. caritatis, fimul legi à se late satisfecit. His tam sanctis institutis, diu floruit Max.lib.6. Locrensium Respublica, laudemque præ ceteris tum virtute bellica, tum cap. 5. infigni in hospites benignitate Locrenses tulere. Primum illis bellum lib 13. varia (quod equidem ex illorum, qui ad manus meas peruenêre monumentis, Io. sitobane deprehendere potui)cum Anaxila Rheginoru Tyranno fuit: à quo supe-serm.42. rati, penitus quoque deleti fuissent; nisi is nimis Hieronis Diomenis filij Syraculanoru Tyranni (ad cuius opes lupplices Locrenles confugerant) deterritus, à Locrenfibus vlterius lacessendis destitisset. Bellauere inde
- B cum Athenienfibus, qui arma Syracufanis intulerant: quo bello Athenienfes leuibus sæpè prælijs fudêre; & Mellanam, quæ fe in Athenienfium potestatem pactione dediderat, per dolu receperunt: Leontinos aliosque Athenienfium focios eruptione facta proelio superarunt. Memorabile Lockopræ ceteris bellum fuit, quod contra Crotoniatas gessere; qui opibus & werfue Gropotentia inter Italia Gracos præpollebant : quo bello metuentes Croto- tominia rei niatarum in agrum luum irruptiones, thelauros Proferpinæ (cuius, vti Linim iam diximus, extra mœnia templum erat) in vrbem transferre constituerant; vix manus admouerat, cum audita ex Delubro vox vlterius mouere vetuit; Deam sua templa defensuram. Religio inde Locrensibus incussa:
- c quare circumducere muro templum, vt tutius ab hoftium iniurià effer, cœpêre. Vix paululùm in altitudinem murus excreuerat, quum subita ruina collapíus eft. Quod vbi videre Locrenses muniendi cura abiecere. Verum enimuerò quum non ignorarent, se ad tolerandum per se bellum Crotoniatarum viribus impares, miss ad Lacedæmonios legatis supplices opem precantur: illi tam longinquam ab domo militiam afpernati auxilium à Castore & Polluce petere iubent : nec illi sociæ vrbis consilium spreuere; profectique statim in proximum templum facto rite sacrificio, quum perlitassent, haud secus quàm si Deos itineris comites habituri effent, puluinaria ijs in naui componunt; confectaque prosperè naui-
- D gatione, solatia suis pro auxilijs reportant. Quumque & Crotoniatæ missi ad Apollinem Delphicum legatis responsum accepisient, votis prius quàm armus vincendos hostes: decimas omnium rerum Apollini sacrarunt. Locrenses cognito Deiresponso & voto hostium, nonas ipsi vouere: tacitamque rem ne votis vincerentur, habuere. Acceptis inde à Rheginis decem millium auxilijs, conferiptifque fuorum ciuium decem millibus, in Crotonienfes, qui castra ad Sagram Lucaniz amnem posuerant, mouerunt. Vbi in confpectum mutuum copiæ venere; proceslumque vtrimque in aciem, Locrenses animaduersa hostium multitudine, qui ad centum triginta millia in armis habebant, desperata victoria in delti-• 1.1

CHYN.

Diony fio

affinitas. Diodorus

45.46.

crenfibus receptus.

Diodorus

L O C R E N S I V M.

destinatam morté ruunt: id solum enitentes vt quàm maxime cruentam A hosti victoriam relinquerent. Ceterùm dum strennuè mori quærunt, felicius vicerunt. Traditu memoriæ est, quamdiu Locrenses pugnauere, aquilam coru aciem circumuolitasse;nec ante recessifie, quàm vicissent. Apparuisse quoq; ferunt, binos iuuenes insigni forma, armatos pro Locrensibus pugnantes, eos de mque repentéeuanuisse, postquam fusi hostes effent. Vnde Castorem & Pollucem fuisse creditum : Addidit huic opinioni fidem famæ velocitas; quia codem quo pugnatū est die, victoria Athenis, Lacedæmone & Corinthi vulgata est. Locrenses in memoriam victoriæ, geminas Castori & Polluci aras ad Sagræ fluuij ripas erexere: tum & tin mar nummu quoque fignarunt, in quo Castoris & Pollucis capita exprimun- B Locrenfium cum Dioftur. Strabo tradit ad Sagræ fluminis ripam eo loco quo Locrenses Crotoniatas vicere, templum ab ipfis Caftori & Polluci fumtuofissimu fuisse exædificatum, quod sua etiamnű ætate exstabat. Credi potest & aquilam in plerisque Locrensium nummis spectari, ob conspectam, vti diximus, supra aciem cum pugnaretur aquilam. Florentibus post hanc victoriam Locrensium rebus, Dionysius senior operæpretium ducens, & proprijs rebus constabiliendis opportunum, societatem quoquo modo cum tam potenti populo inire, missis ad Locrenses legatis patricij alicuius filiam in matrimonium fibi dari petijt. Renuebant multi filias Tyranno in matrimonium tradere: sed vicit patriæ vtilitas, & imminens ex Tyranno C periculum, si preces eius abnuissent. Post diutina igitur consultationem, Dorida Xenæti inter ciues opibus potentiaque principis filiam, vxorem Doris Locrenfis Diomy priorie illi dandam decernunt:eam in Siciliam venientem obuius Dionyfius humaniter accepit; & in vxorem duxit. Infignis illius posthæc amor in Lo-LOCRENcrensium Rempublica fuit; nec illos donis atque officijs, quoad su persuit, SIV M CHIM colere destitit. Vnde factum vt Locrensium vrbs ex Dionysij benignitate fædus Ór, ac munificentia plurimum incrementi acciperet ; agro Cauloniate inter sienlas lib. cetera Locrenfium ditioni ab illo attributo. Mortuo autem patri Dionyfius filius succedens, cum propter libidinem & crudelitatem Syracusa-DIONYnis intolerabilis esset, conspiratione facta eiectus ad Locrenses venit. A D SIVS insior à Loquibus, vtpote nihil fibi à Dionysio tam prinata quàm publica necessitudine iuncto mali metuentibus, in vrbem recipitur. Sed ille quafi iure posie.lib.xvr. tiùs dominationis, quàm ciuium beneuolentia& in exfulem mifericordia intra vrbem receptus esset, arcem Locrensium inopinato occupat : mox in omne flagitij & libidinis genus præceps, abductas à viris vxores constuprat; virgines per vim ablatas, postquam stuprasset, sponsis restituit. tum locupletissimis quibusque ciuium ciuitate pulsis vel interfectis, bona eorundem sibi vindicat. Nec his contentus vniuersos fere callido commento circumuenit. Vouerant Locrenses quum grauissimo LcoOCRENSIVM.

A Leophronis Rheginensium Tyranni bello premerentur, fi victores forent, die Veneris telto se virgines suas prostituturos. Hoc voto neglecto, quum aduersa aliquoties fortuna rem cum Lucanis gestillent, Dionyfius vocaris in concionem ciuibus, id eis ob iram Deorum enenire docuit quod votum perfoluere neglexillent.Perfuafis itaque Locrenfibus, vt yxores virginelque suas quàm ornatissime sumtuosissimeq; cultas in templum Veneris mitterent; centumque ex iis forte ductæ voto publico functuræ, falua tamen pudicitia, ac religionis tantum gratia ad templis 🚿 vno in lupanari prostarent, immisio milite omnes suis ornametis mimdoque prettofissimo spoliauit; Maritis etiam quarundam, qui de institu conqueri aufi fuerant, iugulatis: vti latius fupra in ipfu-s Dionyfij Thifto- † Iunioriu ria memorauimus. Sexennium iam Locrenses infolentiam ac libidinem Dionyfij pertulerant, cum profecto ad repetendum regnú Syraculanum 10CREN-Tyranno vnà cum filio maiore Apollocrate, ad recuperandam liberta- tatem re--tem conspirant: occupataque arce filiz simul duz, filiusque Dionysij im- cuperant. pubes capiuntur: quumque nec prece nec precio semel arque iterum rogando, imò ne Tarentinis quidem intercessoribus ve liberi sibi restituerentur impetrare posser, ira atq; indignitate percitus, atque ad vim conuersus Locrensium agros ferro ignique peruastar: Hinc Locrenses noua super antiquum odium iniuria propter agrorum valtationem accenli, iram vindictamque in Tyranni liberos effudere: filialque eius omnibus fuper quàm humana fert patientia tormentis prius excruciatas , fœdeque constupratas, strangulant: laceratisque inhumaniter corporibus, offa etiam in mortariis contula, ne quid ad lepulturam superesset, in ma-Variante inde fortuna cum Bruttiis Lucanisque inferi dilperierunt. stis nomini Græco gentibus bellauêre; modo victores, mox victi : donec Romanorum crescente potentia eorum societatem amplecterentur. Ce- 18 exist terùm iniqua illorum temporum conditio haud diuturnam Locren-m fibus quietem concessit : orto namque inter Romanos Tarentinosque derati. bello, cum Pyrrhus Epirorarum rex à Tarentinis in auxilium excitus D in Italiam traiecillet, infensus Locrensibus quod fidem erga Romanos constanter colerent, assiduis agrorum vastationibus alissque belli cladibus vires corum atterebat. Inde & Proferpinæ, quod diximus, templum spoliare aus, pecuniaque in naues imposita terrestri ipse itinere Ceterum prouecta in altum classis, statim foedissima + manitaproficilcebatur. tempestate lacerata disiectaque est: & naues que sacram Dez pecuniam pidio de tetto vehebant in litus Locrensium eiectæ, qua clade deterritus Rex, pecu- na, perje niam sacram vndique conquisitam in thesauros Proserpinæ teserri ius- Corn. Nepæ fit. Luisse tamen postea sacrilegij pænam turpi ex Italia fuga, & in- . de Regib. felici intra Argos + morte existimatur. Post Pyrrhi ex Italia discessioni de Viria il-Locren- the. LI 2

えらプ

Locrensibus aliquamdiu otium fuit : donec bello inter Poenos Roma- A nolque orto, Pœni duce Hannibale transcensis Alpibus in Italiam irrupere: Romanolque ad Ticinum, Trebiam ac Trasimenum emnes, deinde maximo & ad Cannas proclio fudere, ita vi multe Italie vrbes hactenus Romanis fidisfimz, rebus aduersis Romanorum perculfz, ad Pœnos deficerent. Igitur Hanno vnus ex Pænorum Præfectis, ducibus adiutoribulque Bruttijs, qui primi à Romanis desciuerant vsus, Græcas vrbes, que Romanam tuebantur societatem adortus, postquam Rhegium per dies aliquot nequicquam tentaflet; ducto in Locros exercitu, caltra loco editiore locat; vnde tam ipfe à Locrensibus conspici, quàm vrbem ipforum atque agros oculis subijcere posset. Ibi Bruttiorum cohor- B tem subire muros & principes Locrensium euocare ad colloquium iubet, qui Hannibalis amicitiam, si vrbem traderent, pollicerentur. Bruttijs primò fides habita non ell:sed postea quàm Pœnus in collibus apparuit, orta in vrbe dissensione, quidam ad Hannonem perfugientes, nunciant religuam quoque multitudinem haud difficulter in potestarem effe venturam. Conuocata itaque concione, dum leuissimus quisque ad nouam societatem inclinat; alij autem, quorum propingui in hostium potestate erant, quasi obsidibus datis animos Poenis obnoxios haberent, reliqui quibus bonum publicum curz erat, quod pauciores estent, nihid contra auderent, communi in speciem consensu vrbis deditio facta est: c L. Atilio Regulo præfidij Romani Præfecto nauibus clam datis prius dimisso, ac Rhegium cum suis peruecto, atque ita Amilear & Pœni ca conditione intra vrbem admissi sunt, vt fordus æquis legibus fieret. Lo crenfibus postea iusiu Hannibalis pax data concessumque ve liberi sus legibus institutify fruerentur; vique vrbs cum portu in Locrenfium potestate effet. Additum & hoc in conditionibus forderis, vt Panus Locrensen, Locrenses Panum bello & pace invaret. Poltea quum & Croton in Panorum potestatem peruenisset; Locrenses permissu Hannibalis Crotoniatas cum vxoribus & liberis in vrbem accepere. Cognita Locrenfium defectione, quum Cincius classis Romanz pratectus, vrbem operibus omnique genere tormentorum acriter quidem, led frustra oppugnasses foluta scilicet per aduentum Hannibalis obsidione; postea capta à Q.Ples minio Proprætore vna ex duabus arcibus, quæ in vrbe erant, opera & proditione fabrorum quorundam, qui in aree habitare, opulque in cadem facere foliti, in numero captinorum Locrenfium Rhegium ad Romanos adducti fuerant; P. Cornelius Scipio Conful, qui in Sicilia Medanar crat, postquam intellexit Hannibalem ipsum cum reliquo exercitu suis qui in altera arcem capta priore le receperant, sublidio properare; à Melsana soluens in Locros venity: suisque è naui expositis vrbem ingressus clt.

10CRI Peenis fe dodunt.

Locronfes & Paines.

Liuins lib. X XIX.fe**t**. 17.18,

LOCRENSIVM

- cst. Hannibal autem vbi Scipionem adesse sensite seconti fuo- 10 cm a rum clade ducentis è suis à Scipione exsis, monitis ils qui in arce erant Roman vt sibi consulerent, castra mouit : Poeni naque qui arcem hactenus tural Limins lib. ti fuerant, igne tectis iniccto atque arce relicta, agmen fuorum inlequuri **** funt: atque ita Scipio aree vacua fimul etiam caftris holtium defertis potitus, statim Locrenles in concionem vocatos graviter ob detectionem increpauie : funitoque de auctoribus fupplicio, bona corum alterius factionis principibus ob egregiam illorum in Romanos fidem donaunt publice Locrensibus ninil concessi; nee ademit: caterum vii legatos super care Roman mitterent imperauit; cam habituri conditioné, quam
- populus Ro. daeurus effet: relictog; ad przsidium vrbis Pleminio Mesfanam vnde venerat trajecit. Verum post Scipionis discessum, ca fuit sum ipfius Pleminij Præfecti, tum militum præfidiariorum incontinentia & crudelitas, vt, dum nullū iniuriarum, nullum libidinits exemplum in opidanos, liberos coniugésque ipforum abipso duce aut militibus prætermittitur; Amilearem & Pænos anaritia & crudelitate longo interuallo superarent; violatis spoliatisque præter alia fana, eriam intactis hactenus præterquã à solo Pyrrho Proserpinæ thesauris: sed sicuti Pyrrhus magno piaculo fœdoque naufragio, ve supra reculimus, id sacrilea gium luit: ita nec Romani idem impune tulerunt: actis veluti in furorem
- © omnibus qui le ca templi violatione contaminarant; ita vt dux in ducerh; miles in militem hostils rabie in mutuam sese perniciem armarent; orta primum propter poculum argenteum quod Pleminij miles ex opidani cuiusdam domo rapuerat, inter Pleminianos, atque alioru Tribunorum milites contentione; postremo etiam acri pugna & concertatione, ita vt animis infestissimis veluti hostes multo cum fanguine in se dimicarent. ne iphs quidem ducibus, hine Pleminio legato, illinc Sergio & Matieno Tribunis militum abea seditione liberis & intactis; dum suorum quifque caussa fudet imporentius : & Pleminius Tribunos tamquam seditionis auctores & fautores virgis cædi iubet: Tribuni vero milites fuos
- D aduerfus legarum in vitionem concitant, ita vr Pleminius nafo auribul- tain il que mutilarus atque aliàs peffime multatus tantum non pro exanimi relinquereur. Hinc Scipio à Locrenfium optimatibus in legatum à Mel- 50. fana aecitus quamprimum aduenit : . ac. cognita cauffa Pieminium ablo-Intum Locris in præfidio sclinquit; Tribunos fontes indicatos & in vineula conicetos ad caussam discodam Romam mittit : deinde in Siciliam revereitur. Sed Pleminius dolore volnerum atque indignatione accent fus, dum caussam iniuriamque sibi illatam leuiter à Scipione æstimatam fibi perluadet, Tribunos ex itinere retractos omnibus prius tormentis laceratos demum interfici insepultosque abiici imperatinec mi-LI 3 nore

Digitized by Google

2,70

LO, C R B N SILV ME

nore crudelitate in Locrensiu principes vsus est, quos Scipioni de se con- A questos esse intellexerat. Locrenses cum Pleminij scelera diutius perferre non possent; decem legatos Romam misêre, qui Senatum de omnibus certiorem redderent. Hi habitu milerabili, sordibus squaloreque obsiti prostratique ante Tribunal Consulum, cum adeundi Senatus, zrumnasque sus apud eundem deplorandi potestaté à Consulibus impetrassent; expositis profixa ac flebili oratione Pleminij seuiția, auariția reliquisque sceleribus, omnigenisque tum ipsi legati, cum Tribunorum, Centurio. num ac militum in suam ciuitatem injurijs ac contumelijs, & in ceteris facræ pecuniæ e Proserpinæ téplo direptione, legati decem cum M, Pomponio Prætore Siciliæ, ex decreto Senatus Locros milli sunt, qui Locren- B fium Rempublicam ad Senatus arbitrium componerent; Pleminium aliolque sontes damnatos Romam mitterent. Profecti cum legatis duo Tribuni plebis & AEdilis pecuniam duplicatam e damnatorum bonis in thesauris Proferpinæ repoluerunt: & lacrum piaculare ex decreto Pontificum fecerunt. Tum Prætor milites in concionem vocatos figna extra vrbem efferre iuber, graui edicto comminatus, si quis miles in vrbe remansisser, aut secum quid extulisser quod suum non esset. Locrensibus permissum, yt quod suum quisque cognosceret; prehenderet: si quid non compareret, repeteret. Conuocatis inde Locrensibus, Senatum, Populumque Romanum ipsis libertatem legesque suas restituere dixit : atque C ita Senatus Populiq; Ro. beneficio Locrenses ea calamitate liberati sunt. Ceterum quis deinceps status Locrensiu fuerit; aut quomodo vrbs iplorum deleta sit, nobis non constat. Viros aliquot claros hanc vrbem protulisse invenio: & in primis Agesidamum Archestrati filium, in quem hymnum Pindarus fecit, qui pugilatu pueros vicit. Euthymum quoque son ode x. Locrensem patre Atticlo natum, qui ob infignem fortitudinem Cæcini amnis filius exiltimatus cst. Victoria.potitus Olympiade quarta & septuagesima: duabus deinceps insequentibus Olympiadibus, nempè quinta & lexta lupra leptuagefimam palma donatus; quem quum Italiam rediilfer cum spectro quodam congressium tradit Pausanias. Ceterum Liuius D Locros modo in Bruttiis recenset; Mox in Magna Gracia numerat., Ptolemæus Zephyrium promontorium initium Magnæ Græciæ ponit; & Locros, quibus cognomentum Zephyriis ab codem promontorio, sextante partis occidentaliores. Locorum namque longitudinem xL. partium cum deunce; latitudinem xxxv111. partium cum quincunce facit. Locris Zephyrius proxime subiecimus multorum auctoritatem sequuti Mamertinos; quorum opidum Mamertium in bruttios fuisse nobile, nec procul à Locris Strabo & Eustathius testantur.

Panfan. in

Arcadicie ¥.183.

Pindarus O lympioni

fonblica à

Romania constitut#

Linins lib.

XXIL fe#.56.

MAMEP-

MAMEPTINΩN.

A

AMERTINIS nomen à Mamerte, (ita enim Oscorum lingua MAMER-Martem * appellabant)factum fuille inuenio, fiue ob gentis hodie Postie illius in rebus gerendis fortitudinem, feu ob armorum peri-Mauors pro tiam, fiue quòd originem ab codem Deo repeterent. quod Numi/mata præter veterum auctoritate numifmata etiam ipforum Mamertinorum teltari videntur: in quibus Martis simulacrum vultu gestuque vario sapius apparet, Mamertinos certè fummo studio Martem & armorum v-B fum excoluisse etiam priscorum monumenta testantur. In sexto numismate Martis caput, & lineamentis & nomine Graco exprellum elt : cui vti videtur, picez arboris fructus à ceruice adfignatus est: silua namque fuisse piciferam apud Mamertum, & picem Bruttiam ad vafa vinaria picanda præcipuè commendatam veteres memoriæ prodiderunt. Hanc opinionem Plinius confirmat, qui Piceam nu camentum squammatim compactum ferre, quale ferè hîc exprimitur, scribit; panniculis quàm Plinius lib. LVI. NAF. abietis minoribus gracilioribus q, nucleos minimos esle ac nigros; atque Hig. e. 10. propterea cam à Græcis Phitirophoron vocari. Ceterùm vt Mamertino- "*******. rum res gestæ nulla memoria ad nostram ætatem vsque propagatæ sunt; ita coldem sub Agathoclis in Africa auspiciis multa fortiter & strennue gestisse, ex Polybio ceterisque auctoribus proditum memoriæ observauimus:eolque, quum vnà cum Agathocle in Siciliam reuerfi ellent, Mel-MAMER fanam in hiberna & præsidio vrbis contra Pænos receptos, eandem pra- fanam ocuo nouoque exemplo oppressis ciuibus occupasse, sibique ciuium fortu- eupant. Polybine nas & agros eiectis possessionibus vindicasse. Adhæc & contra Pyrrhum lib.1. Histori regem multa fortiter & cum gloria gesserunt; donec grauissima clade ab Hierone fracti, quidam ad Pœnorum, alij ad Romanorum partes inclinarent. Carthaginienses auxilium miserunt; quod vt à Mamertinis receptum fuisse Romz nunciatum fuit, Romani metuentes ne Pœni ca D opportunitate vsi totam Siciliam occuparent, Mamertinis opem petentibus ferendam effe decreuerunt : atque ea ratione primi belli Punici occasio à Mamertinis (vt latius in rebus Messanensium exposuimus) orta & oblata fuit.atque ista quidem paucis proposuimus, vt prudenti lectori examinandum relinqueremus, num hæc quæ exhibemus, numifinata ad Mamertinos Siculos an Bruttios potius pertinere arbitrabitur. Ceterum vltra Sagræ fluminis oftia Caulon mons, aliàs Aulon dictus, sefe attollebat; in cuius vertice Caulonia siue Aulonia vrbs sita erat: de qua iam Icripturi lumus.

K A Y-

ΚΑΥΛΩΝΙΑΤΑΝ.

CAVLONIA Achiuorum Colonia.

CAVLO-N I A condiа v L O N I A M ab Achæis duce Typhone AEginenfi condi-tam auctor eft Paufanias libro fexto:eam non procul ab Sagra fluuio abfuisse inuenio; & prius Auloni un fiue Valloniam à frequentia conuallium fuisse denominatam; nomen inde muta-

tum & Cauloniam ab Caulone monte, in quo fita erat, appellatam. Eum Horat. 1.11. montem vino fuisse fertilem teltatur Horatius in odis. Ceterum quum Oda 6. & amicus Au- Gauloniatæ inito cum Crotoniatis & Sybaritis fœdere, Ioui Homorio B lon fertilis Baccho: & templum publice e onstituissent, vbi de summa rerum in commune con-Martial. [uli posset; leges quoque & instituta Achzorum, vt ex multis vnam rem-125. Nobilis publicam efficerent, acceperunt. Verùm enimuerò tam præclaro in-& lanis & Baccho fer- cœpto torcuna defuit : frequentibus namque barbarorum incurfionibus tilis Aulon. qui summo studio Græcorum concordiam impediebant) & postremo

NIA Dio. nysio ob-∫e∬a. Diodorus ¢.107.109.

> CAVLO NIA Die-G CHETSA.

angustis Sieiliæ terminis clauderetnr, bellum Græcis Italiam incolenticavio- bus inferens, Cauloniam obfidione cinxerat : id vbi ab reliquis Græcis intellectumelt, totis viribus ad commune incendium reftinguendum ab c his concurritur; delecta ad commune gentis concilium Crotone vrbe: sie. 1. x1v. & conuenientibus eò fæderatorum copiis, exercitus in Dionyfium, qui Cauloniam per id tempus summa vi oppugnabat, educitur. Dionyfius vbi holtium aduentumintellexit, relicta obfidione inftructo agmine occurrit. Græci qui nihil minus quam holtium Dionyfij aduentum exspectabant, quum ipli disperso & difiecto passim agmine venientes in Dionysianos paratos & ad pugnam instructos repente incidissent, primo incurlu funduntur i dux iplorum Eloris cum paucis fortiffime pugnans occubuit. Dionyfius cùm fusis hostibus rursus Cauloniam cir-"ysie dedite cumfideret, Cauloniatæ desperatis rebusse suaque in Tyrannı potesta- D

Dionysij senioris Syracusanorum Tyranni bello vexati, eam rem omit-. tere coacti funt. Dionyfius enim fumma imperij cupiditate ardens, quafi

tem dedunt. Is vrbe euerfa ciuibufque Syraculas traductis, agrum Locrensibus donauit. Ceterùm Dionysius Iunior vrbem à patre euersam restituit, nouisque ciuibus incolendam tradidit. Varia inde fortuna CAVLO-NIA restivrbs iactata in Bruttiorum tandem ius ditionemque peruenit. Cetesuta à Dionysio in- rùm quum Bruttij Tarentinorum partes aduersus Romanos fouerent,

Campani (quorum potiffimum auxiliis res Romana tum nitebatur) cave - Cauloniam quæ Bruttiorum erat; circumfellam & in poteltatem redaenudo ener- cham enerterunt. Eam rursus ab Romanis restitutam fuisse vel ex hoc Ja à campa-nie. patet, quòd bello Punico fecundo ad Pœnos Hannibalemque, vt omnis penè

CAVLONIAE.

- A penè Gracorum ora, defecerit. Eam perfidiam vlturus Q. Fabius Ma- Linim life. ximus fimul & vt à Tarento, quam oppugnare parabat, Pœnum distine- xx y 11. e. ret, præfectum præsidij quod à Valerio Læuino Consule aduersus in- Gruter. & cursiones Bruttiorum Rhegij locatum erat, cum octo millibus hominum, quos sub se habebat & Bruttiorum perfugis agrum Brattiorum depopulari, inde Cauloniam oppugnare iubet. Direptis itaque fugatifque cultoribus agri, quum vrbs fumma vi oppugnaretur, Hannibal, qui tum ad Cannusium erat, intellecto sociæ vrbis periculo Cauloniam ducit: sub cuius aduentum Cauloniæ oppugnatores, ne opprimerentur, in tumulum editiorem ceterùm omnium rerum inopem, fe recepêre. quo
- B loco cum Hannibal vallo fossaque cinctos obsedisset, siti tandem ac fame ad deditionem coëgir. Cauloniatæ Hannibalis auxilio co periculo cavioliberati, post eius tandem ex Italia discession, ab Romanis in perfidiæ Romanie vltionem ad internecionem deleti funt:adeò vii Strabo teftis fit fua æta- deleti te Cauloniæ præter ruinas nihil fuisse reliqui. Plinius quoque refert, vi. Geogr. Cauloniæ ruinas haud procul ab Locris etiam sua ætate superfuisse. Plind. 112. Cauloniatarum quæcumque in manus postrasincidêre numismare ad Cauloniatarum quæcumque in manus nostras incidêre numismata aduerla partelous imberbis effigiem exprimunt; auerlæ partes ceruum cum dictamo herba referunt. Cretenfes iis potiffimùm infignibus in numifmatibus vsos proditum memoriæ inuenio; ob Iouis in Creta educatioc nem, vnde verifimile videri posset, Cretenses primo Cauloniam incoluisse; cosque demum ab Achxis fuisse expulsos.

ΚΑΡΚΙΝΙΩ Ν.

A R C I N I O S Cauloniatis subiecimus non tam ylla veterum auctoritate instructi, quàm symbolorum, que in viriusque gentis numilmatibus exprimutur, affinitate moniti:quo enim Magna Gracia loco Carcinij fuerint, nobis adhuc incompertum est. Aliquando in ea opinione fuimus, Carcinios Carcino promon- carci-D torio populos vicinos fuisse. Ceterúm quamúis Ptolemæum eius nominis auctorem nonnulli laudent; in Græcis tamen exemplaribus (quæ quidem ad manus noltras peruenerunt)illud deprehendere non potuimus. fulpicati itaque fumus, ab aliquo qui deprauato Plinij codice vlus fuerit, in quo pro Cocintho Carcinum peperam irrepferit, (vt ex Polybij lectione Hermolaus conuincit) Carcini quoque nomen in Ptolemzo substitutum fuisse. Nam & Itinerarium quod sub Antonij nomine circumtertur à Cocintho, quod esse longissimum Italiæ promontorium aliqui existimant, viginti duo millia passuum numerat. Quia autem numismata aurea & argentea, quz hic reprzientauimus, manifeste Carcinios edunt; cos Mm aliquo

Plin.l. III. 6ap. X'.

CARA-CINI,

CARCINIORVM. 274 aliquo locorum fuisse, etiam si nihil comperti habeamus, certum est: nisi A alteram lectionem Plinij tenendam effe putabimus, quæ Carcinum opidum Petiliæ vicinű facit:pro quo Hermolaus Cacinum ex Philisto reponit: & ad eiusdem opinionem facere videtur, quod Cæcinus flumen (vnde opido vicino nomen factum fuisse verisimile fit) idem Plinius in Locris Italiæ fronte enumeret. fecimus itaque quod potuimus; in re enim nobis incomperta aliorum opinionem propoluimus, vt qui ab antiquitatis copia instructiores ellent, nobis quoq, hac in parte benignam conferre opera dignarentur. Neque enim ad hunc locum facere puto Caracenos, quos Ptolemzus Pelignis vicinos constituit. Ceterúm quia polt Cocinthum promontorium finus Scyllatius in occasium fele infinuare incipit, ita B vt hîc Italiæ totius líthmum Hipponiati adueríum & quàmarctifimum vt in Hipponio expoluimus, faciat, poltulat ordo vt de Scyllatio opido in intimo finus recessurito, vnde finus ille nomen accepit, scribamus.

ΣΚΥΛΛΑΤΙΩΝ.

SCYLLA-TIVM Colonia Atheniensum.

C.Plin.lib. 111.c.x.

SCYLLA-

CYLLATIVM itaque Athenienfium Coloniam fuisse, & ab Athenien fibus, qui Mneltheo comites fuêre, condit ü Strabo refert, & Plinius testatur. Sinui nomen Scyllatio ob similitudinem Scyllæ scopuli qui Charybdi aduersus est, factum fuisse Seruius c opinatur: nobis videtur vrbi nomen à conditoribus ex ipforum confensu fuisse impositum; à qua finui nomen Scyllacio, vt ab Hipponio Hipponiati factum fit. Ceterùm quia hic inter duos finus, ceruix Italiæ angultiffima vix x x -paffuum millibus in ortum brumalem extenfa eft, cam Dio nyfius maior eo loco intercifam, Italiæ au ferre & Siciliæ adiicere voluiffe Plinius feriptum reliquit: Aliis placet, Dionyfium, nifi eundemaliæ curæ ab eo impetu reuocaffent, in animo habuifle líthmum illum à reliqua Italia muro dirimere, prætexens ea ratione futurum, vt Lucanorum Bruttiorumque excursiones arcerentur ; re vera autem, vt saniores coniecturabant, vt co confilio Græcarum vrbium commercia & necessitudines disfungeret; earumque vires disfociatas facilius perfringeret. Ceterùm vt fatum fortunaque Scyllatiorum nobis vnà cum antiquitatis iplius memoria periit:ita & vnicū tantum quod hic exprellimus, Scyllatiorum numisma in manus nostras peruenit. Verùm nec hoc satis constar, quando & qua ratione in populi Ro potestatem venerit. Apud Velleium scriptum esse obseruo; proximo post C Cassi Longini & C. Inia Ro- Sextij Caluini Confulatum * anno Scyllacium, Tarentum. Carthagimana. * An. v.c. nemque colonias deductas fuisse. Eodem namque anno multas à C. Sem-DCXXX. pronio Graccho colonias deductas accepimns : fiquidem ita in Liuij Epitoma

SCYLLATII.

A Epitoma + scriptum exstat. C. Gracchus Tribunus pl. continuato in alterum an- + Libri 1 x. T. Linij. num tribunatu, legibus Agrariis effecit, vt complures coloniæ in Italia deducerentur; & Dna in folo dirutæ Carthaginis , quò 1dem Triumur creatus;coloniam deduxit. Inuenio tamen in Plutarchi & Appiani hiltoriis, Gracchum in lecundo Plut, in Tribunatu de duabus tantum colonijs de ducendis, Capua & Tarento tu-Gracehie. Appian. 189: lisse: M. Liuium Drusum Gracchi collegam, ex S. C. legem de duodecim Bell Chuil. coloniarum deductione & tribus millibus in fingulas adicribendis pertulifie. Cicero verò auctor est, Gracchos agrum Campanum attingere in Rullum. non fuisse ausos : quæ ideo adscripsimus, vt prudenti hac in re Lectori iudicium acucremus;vt expenderet,num Scyllacium, Tarentum, & reliquæ B de quibus iam diximus colonix, Gracchi an Drufi lege deductz fint; quum ipfe etiam Velleius ea de re ambiguum fe effe profiteatur. Scyllacij fitum, longitudine Ptolemæus quadraginta partium cum dodrante; latitudinem triginta octo cum dodrante ponit. Scyllacij autem finus extremum promontorium, quod Lacinium vocatur, dodrante partis orien-1ACItalius extendit. Erat in eo nobile Iunonis Laciniæ templum, quod à Cro-NIVM protone fex passum millibus (vt Liuius prodit) distabat: sanctum omnibus 17 No MIS circa populis: lucus ibi olim frequenti filua & proceris arboribus, abieti- remplum bus potiffimum, septus; læta in medio pascua habuit, vbi pecus omnege- De que Linus Dez sacrum sine vllo pastore aut custode pascebatur separatimque xxxv.fef. 8. c egressi cuiusuis generis greges noctu ad stabula reuertebantur; nunquam infidiis ferarum, non fraude hominum violati. Magni ex eo pecore fru-Aus capiebantur; adeò vt columna ex iis, auro folida confecta, eodemque in templo facrata fuerit. Fama eft aram in vestibulo templi sub dio suisse, cuius cinerem nullus vnquam mouerit ventus; quod Plinius & Li- Plin. lib. tr. nius memoriæ prodiderunt. Seruius ex veterum auctoritate refert, cap. cv 11. Lacinium quendam, quem latrociniis agrum infestantem Hercules ibi- set 9. dem occiderit, hoc nominis promontorio fecisse; expiatoque loco tem- Numeri Crotomiataplum Iunoni sub Laciniæ cognomento erexisse dedicasseque: quod in "" Crotoniataru numilmatibus exprellum videri potelt : in quibus lunonis D caput aduersa auersa Hercules cum sympuuio sedens spectatur. Addit T. Linim Liuius, Hannibalem propter lunchis Lacinite templum aram condidille, initio. de dicaffeque cum ingenti rerum ab fe gestarum titulo Punicis Græcifque litteris infculpto; detexifie hanc ædem Q. Fuluium Flaccum Cenfo-

rem, vt iildem teg ilis (nam mar morez erant)Fortunz Equestris zdem, quam bello Cantabrico vouerat, tegetet; ceterùm S.C. prohibitum:tenuitque fama eundem post Censuram minus sui compotem fuisse, ob spoliatum Iunonis templum laqueoque sibi gulam fregisse, sed iam ad Grotonem transcamus.

Mm 2

K Por

Digitized by Google

ΚΡοΤΩΝΙΑΤΑΝ.

CROTON Achaorum Colonia.

CROTON Achaorum Colonia.

tA.

276

ROTON vrbs eft falubritate cæli commendata, & victoribus in certaminibus Olympicis clara, abAchæis duce Myícello ex Appollinis oraculo condita est. Myscellus enim locum vrbi condendæ ideoneum quæsiturus in Italiam profectus, quum conspexisset Sybarim iam paullò antè conditam fertilitate agri locis vicinis antecellere, in Græciam reuersus est: Appollinemq; consuluit, num hanc vrbem occupare, aut Crotonem condere præstaret. Aderat codem B tempore Delphis & Archias Corinthius, Appollinem vti & Myscellus de Colonia deducenda consulturus. Quum igitur his Deus optionem proposuisset, vtrum mallent, eligerent; diuitias an sanitatem? sanitatem Myscellus, Archias diuitias elegit: & vterque voto suo potitus est.nam vt diuitiis opulentiaque Syraculæ quas Archias condidit; ita Croto falubritate aëris omnibus in ea regione vrbibus præstitit. Reuersus igitur in CROTON Italiam cum Archia Myscellus, Crotonem vrbem ad AEsarum Nezvrbs condi- thumque amnes, adiuuante opus Archia, condidit: nomen vrbi auctoresà Crotone heroe Herculis hospite, cuius eo loci sepulchrum exstabat, faetum affirmant. Refertur à quibusdam Herculem ad hunc forte locum C cum bobus quos superato Geryone abegerat venisse; exceptumque holpitio à Crotone, quum eum per ignorantiam interemisset; diuulgasse vrbem quæ defuncti nomine vocaretur eo loci olim conditam iri.verifimilem hanc opinionem facit numismatum auctoritas; quæ Herculem claua & exuuiis leonis armatum, nonnumquam & serpentes in cunis elidentis effigiem exprimunt. In plerisque & lunonis caput spectatur: forte ob sup. p. 275. Iunonis Lacinia templum, cuius celebris toto orbe fama erat, & sex tantum millibus passuum ab Crotone distabat; de quo supra à nobis dictum eft. Condita autem vrbs eft, Olympiadis decimæ septimæ anno tertio breuique salubritate aëris incolarumque frequentia in tantum aucta D eft, vt principem facile locum inter vicinas vrbes obtineret : Olympicis quoque victoriis præ ceteris nobilitata: adeò vt Prouerbio iactaretur, Postremum Crotoniatarum Primum reliquorum Græcorum esse. Traditur namque vno eodemque tempore, leptem Crotoniatas palmam ex Olympiis retulisse. Portum habebat nauigantibus admodum opportunum; validis infuper munita mænibus, quæ duodecim paffuum millia ambitu suo complectebantur : mediam vrbem AEsarus amnis interluebat. Erat & arx arduas inter rupes sita, cuius pars vna mare, reliqua agros respiciebat. hæc prius naturali tantum situ vti videbatur inexpu-

C R O T O N I S.

A inexpugnabilis, postea & muro cincta est, quà per auerías rupes à Dionysio per dolum capta fuerat. Crotomata principio originis suz, fœdere cum Sybaritis, Metapontinisque inito, reliquos Græcos Italia pellere statuerant: quumque in ca expeditione Strim vrbem cepissent, ac iuuenes quinquaginta Mineruæ simulachrum amplexos, & sacerdotem, Deæ sacris velatum ornamentis inter ipsa aras trucidassent; atque hinc ex ira, vti credebatur, Deorum, peste intestinisque seditionibus laborarent; Crotoniatæ Delphos ad Apollinis oraculum consulendum ante 1059.223: alios profecti, responsium retulerunt, finem mali fore, si offensum Mineruæ numen, & interfectorum manes placassent. itaque quum statuas

- B iuuenibus iultæ magnitudinis, & imprimis Mineruæ fabricare cæpiffent, Metapontini quoque cognito oraculo modica iuuenibus fimulacra quamprimum poluerunt: Deam vero panificijs placarunt: ita fedata est vtrobique pestis, cum alteri magnificentia, velocitate alteri inter Crocertassent. Haud diuturna tamen Crotoniatis posthæc quies suit; gra- imistar o uissimo inter eos & Sybaritas bello exorto: cuius caussa e origo varie ab sybaritas. auctoribus refertur: ab his ob cæsos à Sybaritis Crotoniatarum legatos, ab alijs ob receptos à Crotoniatis Sybaritarum exsules; idque in hune ferè modum. Quum florerent opibus & potentia Sybaritæ, superbia infolentiaque ob nimiam felicitatem elati; ad hæc adulationibus Telys.
- c ciuis primarij, qui per id tempus fummum apud cos magistratum gerebat, corrupti, optimum quemque ciuium morte aut exfisio multarunt: qui expulsi fuerant, ad Crotoniatas confugientes supplices ad aras confederant: cos cum missis legatis dedi sibi postulassent Sybaritæ, negarunt Crotoniatæ se supplices suos prodituros. Quod vbi ad Sybaritas relatum est, bellum Crotoniatis indixerunt; conscriptoque ad trecentorum millium exercitu, copias in agrum hostilem eduxerunt : illi nihil consternati hostilis exercitus multitudine, cum centum millibus armatorum, Mulone pugile duce, obuiam procedunt. commisso prœlio Milo- marcocronis præ ceteris virtus enituit. Multa de hoc viro series memoriæ De hor Pet.
- D prodiderunt: fortitudinem illi corporis infignem, animi robur inuictum Refer in Agomificit, fuisse in certamine Olympico victorem, co potissimum die tam of infra per hostes quàm ciues in su admirationem conuertisse ; quum ad imitationem Herculis claua & leonis pelle armatus omnibus, qui secum manus contulissent, cassis, oppositam si aciem perrupisse atque in fugam vertisset. Stratagemate quoque vsos eo prœlio Crotoniatas ferunt; nam quum non ignorarent Sybaritarum equos ad tibiæ modos saltationem edoctos; frequentes secum tibicines in aciem eduxisse; quibus modulationem exorsis Sybaritarum equos excussis equitibus saltaré cœpisse; conturbatamque suor soltant problem et al. Min 3 hostibus

GROTONIS,

lib. x 11. Aumo-: & Adag. Sybaritica menja, O calamitas. Var.Hift. cap.19.

Prelimm inter 10-& Crotoniatas.

docuit.

Diedorus fett. 4. de Locris.

res gefia.

hostibus quum Crotoniatæ neminem viuu capi vellent, tanta strages est A edita, vt pauciffimi ex tanto numero effugerent infequuti inde fugientes SYBARIS instructo exercitu Crotoniatæ, Sybarim polt sexagesimum à pugna diem à Crotonia-tu enerfa- in potestatem redactam; deriuato in eam fluuio locoque obruto euerte-De Sybari- runt: solemni execratione in eos addita qui vnquam eam restaurare ten-Athenesse tarent. Post eam victoriam quum in delicias lasciuiamq; versi, neglectis patrijs institutis, eos quos vicerant Sybaritas imitarentur: & certamen O-. lympicum constituto eodem tempore apud se certamine, in quo victori pecunia præmiú effet, dissoluere tentassent : magna breni mutatio in de-AElian.I.1. terius cos confeguuta est.Indignati enim auxilium à Locrensibus contra le Sybaritis holtibus latum; bellum & his indixerunt: eductilque in aciem centum & triginta armatorum millibus, aduersus quindecim tantùm millia, quæ Locrenses etiam adjunctis Rheginorum auxilijs sub signis habebant, commillo infelici ad Sagram Lucaniæ amnem prœlio, à Lo-CRENSES crenfibus non fine multa cæde superati sunt. Creditum est Castorem & Pollucem pro Locrenfibus adueríus Crotoniatas equis albis infidentes depugnaffe:eorum potiffimum auxilio victoriam effe partam : pugnantibus Locrenfibus aquilam lemper iploru aciem circumuolitafle, vti hec in " Locrenfium historia latiùs prosequuti sumus. Afflixit plurimùm huius cladis calamitás res Crotoniatarum; ita vt multæ vrbis partes abíque cultore desert manerent: ademptisque sibi à Bruttijs Terina ipsorum colo- C nia, alijlque infuper fuz ditionis opidis , zgrè admodum aduerfus Bruttiorum infultus vrbem fuam tutari poterant, depofitaque posthæc omni armorum exercitationisque cura, degenerassent prorsus à maiorum Pythageras disciplina, ni Pythagoras Philosophus, qui tum forte apud cos agebat, philof. Cro-labantes animos socordiamque & luxuriam amplectentes, ad virtutis studium assiduis adhortationibus reduxisser: factumque inde est, vt multi postea præcipui nominis in Philosophia viri apud Crotonienses floruerint. Sunt qui tradant ex Græcis Italicis folos Crotoniatas auxilium Græcis contra Xerxem tulisse; missa triremi instructissima, cui Phaylsicular lib. lum, qui ter Pythico certamine victor fuerat, præfecerant. Verùm Cro- D I. Biblior. toniatas vix longo otio ex prioris belli clade respirare incipientes, Dionyfius senior Syraculanorum Tyrannus, bello premere aggressus est. Ceterúm Crotoniatæ inito cum reliquis in Italia Græcis fædere, & rece-

ptis in vrbem fuam exfulibus Syracufanis, qui incertis passim per Italiam fedibus vagabantur, commune sociorum concilium indicunt : conscriptoque viginti quinque peditum & duorum millium equitum exercicroro- tu Elorim exfulem Syraculanum mutuis odijs Dionyfio inuilum infen-NIATA-fumque his copijs præficiunt. Is statim vti imperium accepit, raptim Diomysio in Dionysium qui tum Cauloniam circumsidebat, profectus, socios oblidione

CROTONIS,

 A obfidione liberaturus, dum iple cum delectis agmen præcedit reliquis ex internallo fubfequentibus impronifus in Dionyfium, qui relicta obfidione cum inftructo exercitu contra Crotoniatas veniebat, incidit: cuius inopinato aduentu oppreffus, antequam reliqui auxilio ipfi accurrere poffent, cum delectorum cohorte cæfus eft. Dionyfius facto mox in exercitum duce orbatum impetu, confternatos in fugam agit: quumque in tumulum aquarum indígum confugiffent, fiti coacti ie dediderunt: quibus præter omnium exipectationem abíque vllo pretio dimiffis, ad obfidionem Cauloniæ reuerfus, eandem deditione in poteftatem re-Diodornal siedan ik, ceptam euertit: ciuibulque Syracufas tranfmigrare iuffis, agrum Lo-xxy. Bible crenfibus donauit. Rhegio inde per obfidionem potitus rurfus in Croros. 1057. toniatas arma vertit : vrbemque arctiffimè circumfedit. Sed ciuibus

pro aris & focis fortiflime dimicantibus, irrito aliquamdiu labore tempus triuit, donec per dolum arce potitus, ciues terrore ad pacis conditiones accipiendas compulit. Polt Dionyfij mortem cum rurfus in libertatem fe afferuiffent Crotoniatæ, Bruttijs affiduo bello ipfos prementibus, auxilium Syracufanorum, qui poft Dionyfij Iunioris exfilium ac mortem Dionis iam in libertate agebant, fupplices implorarunt. Nec difficiles ad ferendam opem Syracufanos nacti, auxiliares ab illis copias ducibus Antandro & Sofiftrato accepêre : quibus in vrbem crotos

c acceptis, prœlio cum Bruttijs qui vrbem circumfidebant congressi, ijl-à Brutt demque profligatis obsidione liberati sunt. Sosstratus ex ducibus Syracusanorum vnus, inuidia incensus in Agathoclem, qui postea Tyrannidem inuasit, tum verò Tribunatum apud Syracusanos gerebat, eundum tribunatu mouit: hinc indignatus Agathocles, ad hostes deficiens, Crotonem per insidias capere conatus est: perfecisser que rem, ni illi præmoniti irritum eius incæptum reddidissent parum absuit quin ducum discordia Crotoniatæ in hostium potestatem peruenirent. Facta posthæc cum Bruttijs pace, quum aliquamdiu quieuissent, rursus exsulum storum insidijs, qui ex Thurijs voi exsulabant per noctem egressi du-

D rantibus adhue tenebris vrbem inualerant, pænè oppressi sunt. Ceterùm orta luce conspectaque hostium paucitate, ciues resumtis animis exsules inualerunt, omnesque ad vnum interemere. Bello postea inter Tarentinos & Romanos orto, quum accersitus à Tarentinis in auxilium Pyrrhus in Italiam venisset; Crotoniatæ, qui partin Tarentinarum erant, assiduis eo bello cladibus ita exhausti fuere; vt dimidia sui parte vrbs habitatore nuda permanserit; ita coarctata, vt fluuius, qui priùs mediam perlabebatur vrbem, iam extra muros procul ab ijs quæ habitabantur locis flueret: ciuiumque promiscuæætatis viginti millia capitum nec ampliùs censertur. Verùm enimuerò respirare aliquantulum vrbs, sub

CROTONIS:

sub Romanorum tutela cœperat: quú rursus nouam bello Punico secun- A do vastitatem sensit. Defecerat ad Pœnos Bruttius Lucanusque infidus

CROTON à Bruttijs isernes abfeffa. T. Lis lib. x x 1v initio.

semper socius, & cum fortuna fidem mutare assuetus.grauiter Romanum laborabat imperium tot cladibus ad Trebia, Thrasimenumque, deinde ad Cannas affectum: víurus ea occasione Bruttius, memor veteris recentisque in Crotonienses simultatis, pactus prius cum Hannibale vt Croto receptus Bruttiorum effet; quindecim millibus armatorum è sua iuuentute conscriptis, Crotonem circumsedit. Haud satis inter se conueniebant Crotoniatz, plebe rem ad Pœnos trahente; optimatibus in fide Romanorum permanendum este contendentibus. Bruttij ea ditlensione indicio perfugæ cuiusdam intellecta, præterea Aristomachu inter plebeios prin-B cipem vrbis tradendæ auctorem fore; denique in valta vrbe difiectisque late mœnibus in plebeiorum atque optimatum stationes ac custodias diuila, quacumque plebei custodiant facilem aditum fore, auctore ac duce perfuga, vrbem corona cingunt: receptique statim à plebe, omnia loca arce tantum excepta occupant. Arcem in perfugium fi quid tale accidisser, iam ante à se preparatam tenebant optimates, obsession in eadem non Linim ibi- à Bruttijs tantum sed & à plebe propria. Verùm Bruttij quum arcem **dem** 24.lib. fuis viribus inexpugnabilem cernerent, Hannonis Pœnorum ducis opem implorant. Is conditionibus rem componere, & Crotoniatis suadere conatus, vt ad frequentandam nouis habitatoribus vrbis suz vastitatem, C Bruttiorum coloniam eò deduci paterentur; præter Aristomachum (qui & iple cum Optimatibus eò confugerat) neminem mouit; cunctis morituros fe prius affirmantibus, quàm Bruttijs immiltos in alienos ritus legelque, mox & linguam transituros. Aristomachus quando nec solus ad deditionem perfuadere posset; nec vti prius vrbis, ita nunc arcis quoque prodendæ viam aut rationem sciret, ad Pœnos transfugit. Haud multo post quum Locrensium legati, permissu Hannonis arcem intrassent, obsessions persuadent, vt Locros se traduci quàm extrema experiri mallent: jamque vt hoc liceret ab Hannibale impetrauerant. Ita Crotoocros tramniara ad mare deducti, relicta patria cum vxoribus liberiíque Locros D habitată conceffere. Manfit itaque aliquanto tempore fine habitatore vasta ac deferta vrbs; donec finito bello Punico ciues Crotoniatæ in patriam redière. Romani quoque postea ad augendam vrbis frequentiam colonos cò per Triumuiros Cn. Octauium, L. AEmilium Paullum, & Zimim lib. G.Plætorium deduxerunt, vrbemque mutato nomine Cortonam appella-

feit Lugdun. runt; quod nomen vrbi ad hæc víque tempora permansit. Ceterum antrifet 44. tequam à Crotoniatis discedamus, operæpretium me facturum putaui, si Croten conto- prius illustrium aliquot virorum quos hæc vrbs protulit, mentionem NA appel- facerem. Milo Diotimi filius Crotoniata fuit; qui sex in Olympia palmas

CROTO-

Ansi.

CROTONIS.

A ex lucta adeptus est; tantumque corporis robore excelluit, vt taurum* in MILO Contant Crotoniatas humeros sublatum in theatrum intulerit. tecto quoque, in quo Pytha- "Hine Adagoras Philosophus forte disserbat, ruinam minante, ipse tam diu id humeris sustinuerit donec omnibus periculo ereptis, ad vltimum seipsum itulerit. quoque eximeret. Peruncto disco infistentem nemo, quantumuis viribus præualens, vestigio mouere poterat. Caput neruo quum cinxisset, compressions labijs contractoque anhelitu, quum sanguine intumuissent arteriæ, neruum rumpebat. Verum fatalis huic virium suarum fiducia Ex Strabone fuit. Nam quum forte per densam siluam iter faceret; & quercum ada-Etis cuneis hiantem conspexisser, insertis in hiatum manibus, totis viribus disrumpere enifus est: sed elapsis primo conatu cuncis, cocuntibusque in B priorem compagem arboris lateribus, comprehenfis manibus, Milo lupis (quæ frequens in agro Crotoniatarum fera est) prædæ fuit. Democedes DES Croquoque Medicus clarissimus huic tempori æqualis, Crotone Calliphon- toniata mete patre natus, cum iracundum patris ingenium perferre non posset; clam aufugit, ac Samum profectus magno in honore à Polycrate Samiorum Tyranno ob artis excellentiam habitus eft. Ceterum Polycrate perfidia Orætis Sardorū Satrapæ occifo, diu in vinculis Sardeis detentus; tandem ad Darium Perfarum regem adductus, quum crus illius, quod forte intorferat, sanasset, multis ab co muneribus affectus ac in familiariü etiam c numerum receptus est. Verum ardens patriæ defiderio, intentiss ALL SALES precibus apud Darium obtinuit, vt vnà cum Persis, qui ad Greciz statum explorandum mittebantur, proficifci posset, reuersurum se pollicitus. Sed naui qua vehebatur Tarentum appulla, Perlæ à Tarentinis pro explorationibus detenti lunt. Interim Democedes clam aufugiens Crotonem venit:quò quum & Perlæ liberi ab Tarentinis dimissi peruenissent, Democedemque per vim tamquam Darij feruum vi fecum proficifceretur cogere voluissent; Crotoniatis eum vt cinem sibi vindicantibus, repulsi 1 v s Croto ac discedentes Democedem Crotone relinquere coacti sunt; qui ducta in negans à vxorem Milonis filia, reliquum ætatis in patria exegit. Astylus & iple initiation D Crotoniata tres * in Olympia palmas curlu adeptus, quùm nouiffima * Olympiade palma Hieronis Syracufanorum Tyranni muneribus corruptus Syracu-75. fanum + fe proclamari paffus effet, Indignati Crotoniatæ, perpetuum ei ar inition exfilium indixerunt, domumq; eiusdem euersam in publici carceris vium qui bine Ore verterunt. Ischomachus quoque Crotoniata victor in itacito de Glaucias vter-lib.vi.pag. fexagesima octaua proclamatus est. * Diognetus similiter & Glaucias vter-lib.vi.pag. que Crotoniata hic quadragesima octaua, ille octaua & quinquagesima Dui & p. Olympiade palmam è stadio retulêre. Crotonem Geographus in longi-milia re-fert. verterunt. Ischomachus quoque Crotoniata victor in stadio Olympiade capie. tudine x L I. s. latitudine x x x 1 x. s. partibus collocat. t Iterumá

Nn

t lierumá. Olymp. 69. ΣΥΒΑ-^{Paufan.}

Digitized by Google

28t

ΣΥΒΑΡΙΤΩΝ.

A

SYBARIS Achiuorum Colonia.

YBARIS vrbs foli vbertate & ciuium luxuria mollitieque cele-brata, ab Achiuis duce Ifeliceo condita est. Sita erat inter am-SYBARIS ogndita.

Aumina.

🔶 Crathic

Thurin vinne opt.

delicia.

Sup por

ines Crathim & Sybaridem; quinquaginta in ambitu stadia com-plectens, loco admodū concauo: hinc sole in meridie existente ciues æstu intolerabili assigebantur : mane tamen & vesperi saluberrima sysans aura refouebantur. Equos qui ex Sybari fluuio biberent, sternutamentis B agitari, atque hinc ab eius potu greges arceri; aquamque eiusdem fluuij ab hominibus potam, fuscos & crispo capillo efficere traditur : econtra Crathis bibentibus ex co armentis hominibulque albedinem inducit, plurimisque medetur morbis. Ager vrbis vsque ad miraculum omnium rerum fœcunditate exuberans vinum quoque ferebat præstantissimum, quod Thurinum postea ab Thurio yrbe vocatum fuit. Ceterùm Sybaritæ breui eò potentiæ felicitatifque peruenerunt, vt quatuor populoru imperio potirentur ; vrbibulque viginti quinque iura darent: trecenta ciuium millia, qui arma ferre possent, intra vrbem censa fuerint. Verùm enimuerò in tanta rerum abundantia nimia quoque fortunæ indulgentia cor- C rupti, totos fe luxuriæ ignauiæque manciparunt : eò deliciarum progreffi vt mechanicos omnes, qui cum strepstu artem exercerent, ciustate esicerent : &, ne quid effet quod fomnum illis interrumperet, interdixerint; ne quis gallum gallinaceum in vrbe aleret. & è diuerso quicumque nouum aliquod voluptatis genus inuenisset cos præmiis afficiebant. Equos ctiam ad tibiarum modos in conuiuiis faltare edocuerunt : quæ sup.p.278 res vi postea*referemus, illis exitio fuit. Hoc quoque traditur, Sybaritas quo Græcorum in Olympia conuentum dissoluerent, certameu ludicrum codem tempore quo in Olympiis Grzci conueniebant etiam in fua vrbe instituisse; in quo victori in præmium ingens pecuniarum D fumma dabatur. Primum illis bellum inita cum Crotoniatis & Metapontinis armorum societate contra reliquos Italiz Grzcos fuit. in eo bello quũ Sirim vrbem de hoftibus cepissent, quinquaginta iuuenes Mineruz fimulacrum amplexos, & Dez sacerdotem ante ipsas aras obtruncarant. inde quum vrbem ipforum ex Deorum, vti credebant, ira grauis pestilentia inualisset : Apollo Delphicus de mali remedio consulsm. g. 277. tus respondit, finem mali fore, cùm violatum Deorum numen, & cælorum Manes placassent. Obsecuti itaque oraculo Sybaritz, iuuenibus statuas ex ære posuerunt : Deos verd sacrificiis placarunt : vti supra retulimus

SYBARIS.

283

A retulimus. Exarsit inde grauissimum inter ipsos & Crotoniatas bellum; BILLVM inter Sybade cuius origine ambigitur apud auctores; cum alij ob cæsos ab Sybari-ritas & tis Crotoniatarum legatos : alij ob exfules Sybaritarum, qui ad Croto-Crotoniatar. niatas confugerant, nec repetentibus reddebantur, ortum effe tradant. Telys erat opibus & potentia inter Sybaritas præcipuus; fed malis artibus, humiliter plebi adulando inferniendoque, magnas opes nactus : is plebis fauore in multorum perniciem abus, criminando Optimates plebi suspectos ac inuisos secerat; bonisque exutos in exfilium perpulerat. Hi omnibus fortunis spoliati Crotonem confugerant, supplicesque ad aras in foro constitutas se aduoluerant. Telys intellecta eorum fuga, per legatos eos fibi dedi postulat: Verùm Crotoniatis, se supplices suos prodituros negantibus, bellum Crotoniatis indicit : habitoque ciuium delectu cum trecentis armatorum millibus, ex quibus maxima pars equites erant, contra Crotoniatas mouet. Crotoniatæ intellecto hostium aduentu, duce Milone pugile cum centum armatorum millibus obuiam profecti, vbi primum manus conferi cœptz, tibicines quos in id frequentes fecum adduxerant, modulationem incipere iufferunt. equi Sybaritarum vt tibiarum sonum audiuerant; excussis dominis tripudiare, ficuti edocti erant, cœperunt : quidam etiam cum sessoribus ad Crotoniatarum aciem transfugerunt. Crotoniatæitaque quum in turbatam ab equitatu Sybaritarum aciem, feroci cum impetu sele intulissent, consternatos in fugam auertunt : atque infistentes fugientium vestigiis Sybaritas cædunt, sternuntque passim ita vt paucissimi ex tanto numero fugz beneficio czdem euadentes intra Sybarim sese reciperent. Crotoniatæ fortiter victoria vfi, ducto statim ad Sybarim ex- sybaris ercitu, vrbem expugnant : deriuatoque in eam amne funditus euer- capita à Crotunt. Elaphis post eam calamitatem annis octo & quinquaginta; Thesia- em 1/4. li affumtis ciuium qui cladi superfuerant reliquijs, vrbem restauratam incoluêre : fed prementibus eos assiduo bello Crotoniatis, cum ab agro- sysante rum cultu prohiberentur; vrbem post quinquennium deserunt. Itaque iam fecundum patria eiecti Sybaritæ, legatos in Græciam auxilium ora-D tum mittunt: offerentes ijs quorum ope in patriam restituerentur, se parte agri cessures. A Spartanis ad quos primum legati peruenerant, nihil impetratum est: Verùm Athenienses moti querelis Sybaritarum, Lampone & Xenocrito ducibus, decem triremes auxilio Sybaritis misêre. Præcones quoque ab ijs per Peloponnesum missi; qui omnibus vnà in eam expeditionem profecturis, vrbem agrumque Sybaritarum communem fore edicerent. Hac spe cum multi conuenissent, animos etiam fecit Apolhinis oraculum. Confultus namque de colonia deducenda, responderat; quærendum esse locum, vbi aquam cum mensura Nn 2 potarent

SYBARIS. potarent homines, cibum absque mensura caperent. In Italiam itaque A

conditum.

nauigantes, & haud procul à Sybari fluuio ad terram appulfi, quum THYRIVE omnia passim scrutarentur, ad fontem peruenêre, qui latices ex area fistula eiaculabatur, quam aecolæ Mediminam vocabant: hinc eum esfe locum quem prædixerat Apollo judicantes; vrbem ibidem condunt; Thuriumque ab fonte appellant. Longitudinem vrbis in quaternas partes diuiserunt; primam Heracleam appellarunt; alteram Aphrodisiam; tertiam Olympiada; quartam Dionyfiada vocari instituunt. Latitudinem verò in ternas partes distinxerunt : nominaque his imponunt, Heroe, Thuria, & Thurina. Viarum interualla exstructis ædificijs exornarunt. Ceterùm haud diu concordes inter se ciues permansêre. Nam quum B Sybaritæ vetulti regionis incolæ, fummos quolque magiltratus atque honores velut iure hereditario fibi vindicarent, onera autem contributionesque abnuerent, caque ab nouis tantum ciuibus persolui vellent: præterea exclusis nouorum ciuium vxoribus, vetustæ & suæ duntaxat originis mulieres ad facra cærimonialque Deorum eligerent; omnique penitus administratione nouos ciues excluderent, irritati his injurijs noui ciues aduersus vetultos insurgunt : cosque ad vnum omnes obtruncant. Sed cum sublatis è medio Sybaritis latiore iam potirentur agro, quàm quem commodè colere possent; nouos ex Græcia colonos accerfunt : agrumque cum ijs xqua forte diuidunt. Inito inde cum c Crotoniatis fœdere; & forma Reipublicz optime conftituta, cum opes ex agricultura plurimùm auxillent; populum in decem tribus diftinxêre : quarum tres primas, quia ex Arcadia venerant, Arcades appellarunt: totidem alias Beotiam, Amphyctionida & Dorida : reliquas quatuor Iadem, DAS THU- Athenaidem, Euboidem & Nehotin. Communi inde luffragio Charondam riorum Le. legiflatorem creant, virum integritate vitæ & rerum cognitione infignem. Hic inspectis quam diligentissime diversarum gentium legibus institutisque, optima quæque ex ijs selegit; multaque ab se inuenta illis adiccit. Inter cetera statuit, vr qui libers suis nouercam superduxisset, omni publico munere prohiberetur. Deinde, vr is qui famam alicuius calumnijs D lefisset, myrica coronatus per vrbem circumduceretur; spectaculo cunctis simul & exemplo ad præcauendum futurus. Infamibus quoque aut aliquo infigni flagitio contaminatis, reliquorum commercio & consuetudine inter-

giflator.

Talionielez. dixit; ne corum contagione ctiam probi corrumperentur. Professori-+ Cic.2. de bus litterarum præmia ex publico constituit. Qui in acie ordines aut stationem sius in Py- deseruisset, per vrhem in veste muliebri circumduci, & per triduum in foro thag. Arift. omnium oculis & ludibrio exponi voluit. Qui alicui oculum eruisset; aut aliquo membro mutilasset, pari pæna afficiendum Janxit. Interdixit insuper ne 🕇 Stobens val. Max. 1. ques cum gladio in concionem populi veniret : vique capitale effet qui fecus VI.6.6.fi**n.** feciffet.

THVRII.

A fecisset. Ceterùm euenit forte, vt quum ipse ad subitam hostium incurfionem, armatus vrbe exillet; mox audiens in vrbe plebem paucorum prauitate ad seditionem incitari, immemor se gladio cinctú in concionem properaret; vbi exprobrantibus æmulis suas ipsummet infirmare leges: Immo fanciam, inquit, meo exemplo: statimque inspectantibus omnibus gladio incubuit. Post Charondæ mortem discordia inter ciues de colonix nomine orta est: hinc Atheniensibus, inde Peloponnesijs, eam fibi auctoritatem vindicantibus : ea controuersia cùm humano consilio fopiri non posset, missi qui Apollinem Delphis super hoc consulerent; responsum retulerunt, Appollinem Coloniæ auctorem scribendum : ita

- B fedata contentione ciuitas ad concordiam rediit. Primas tamen in hac colonia partes Athenienses sibi vindicasse videntur; eò quod Thurino- Nomismata rum numismata omnia Palladis caput galeatum (quod Atheniensium infigne erat) femper aduersa parte exprimant. Multis eos quoque bellis Atheniensium partes souisse inuenio : summamque corum erga Athenienses fidem fuisse co bello, quod Athenienses cum Syraculanis gesterunt. Ceterum cum Lucani affidua agrorum vastatione, aliisque belli Belli Belli intet cladibus Thurinos premerent, Thurini, quia impares per le Lucano THVRI erant; fœdus cum reliquis Italiæ Græcis inierunt : conscriptisque com- Lucanes. muni impensa quadraginta millibus peditum, & mille equitibus in a-
- c grum. Lucanum irrupere, lateque omnia ferro & flamma deuastarunt. Lucani verò vi hostem securiorem redderent, metu simulato, Thurinos impunè per agros vagari patiuntur. Thurini itaque metum qui fimulabatur, verum effe rati, dum absque ordine per agros passim palantur, Lucani in cos nihil tale timentes ex infidiis repente confurgunt:& priulquam militem ad figna reuocare possent, sternunt fugantque. Ita Thurini accifis rebus suis, pacem ab hoste petere coacti sunt. Inde quum quieuissent aliquamdin, Bruttiorum iniuriis ad arma compelluntur; delectuque ciuium facto excreitum in Bruttios educunt; Corinthiis interim, qui in Siciliam ad Dionysij iunioris Tyrannidem euer-
- D tendam proficiscebantur, vrbem ipsorum custodientibus. Thurini postquam in agrum hostilem peruenistent, nemine sibi occurrente omnia latè ferro flammaque populati, ingenti præda potiti domum regrediuntur. Corinthiolque multis affectos muneribus dimittunt. Eos deinde tranquilla pace perfruences, noua ex inopinato calamitas afflixit. THYRIVM Cleonymus chim Laced & moniorum rex cum classe ad agrum Thurinum menys occaappulsus, ciuibus nihil tale metuentibus vrbem inuadit & occupat. THVRIVM Id postquam intellexere Romani, quorum opes & potentia id temporis à Romanie late per Italiam patebant, exercitum ad eiiciendos Thurio Lacedamo- T. Linim I. nios mittunt; vrbemque in potestatem suam redactam, ciuibus, qui à mitie. Lace-Nn 3

THVRINI

d Pænos

defic mnt Linius lib.

THVRII.

Lacedemoniis pulfi fuerant, restituunt. Vix respirante abea calamitate vr- A bem, rursus Lucani adoriuntur: multisque affectam cladibus in potestatem redigunt. Ceterùm cùm Thurini eo bello quod cum Pyrrho Tarentinilque gestum est, ad Romanos defecissent; Lucani accita Bruttiorum iuuentute, habito que acerrimo fuorum delectu, cum ingenti armatorum agmine ad delendam vrbem concurrunt. Romani econtra Fabricio Contule cum legionibus eò misso, summo studio socios tuentur. Verùm cũ Romani, quòd ab hoftibus multitudine vincerentur, manū conferere non auderent; iuuenis quidam specie supra humanam, primum cos ad pugnam capellendam hortari cœpit: deinde vt tardiores animaduertit, arreptis repentè scalis, per mediam hostium aciem ad castra peruasit: B iisdemque admotis vallum conscendit. Inde ingenti voce viam ad victoriam factamesse clamitans, Romanos ad castra hostium capienda, & Lucanos Bruttiofque ad sua defendenda traxit : vbi quũ dubio aliquamdiu cuentu certatum esser, hostes impulsu vmbonis prostratos, capiendos iugulandolque Romanis tradidit. Cæla eo die viginti millia ex Lucanis Bruttiifque; capta autem quinque millia cum duce vtriusque gentis Statio Statilio. Poltero die, cùm Conful inter eos, quoru ftrennua opera vfus fuerat, vallarem coronam ei se seruare dixisset à quo castra hostium primùm occupata fuerant, nemo inuentus est qui præmium peteret; creditum inde Martem fuille; & in argumentum eius, galea duabus distin- c cta pinnis inuenta est. Thurini ab excidij periculo ab Romanis, vti iam diximus, liberati; accepti beneficij immemores, bello Punico fecundo ad Pœnos defecerunt. Occafio defectionis fuit, quod Romani, obfides Thurinorum ob tentatam occulte fugam, fecuri percufferant, quorum xxv. Annal. cognati atque necellarij millis ad Hannonem Magonem que Pœnorum fes. 15. Gra-duces litteris, nunciant: sercitum ad muros admouisset, vrbem se in cius potestatem tradituros. Præerat Thurinis cum modico præsidio M. Atinius, quem proditores facile ad certamen temere ineundu elici polfe existimabant; non tam militum, quos paucos habebat, fiducia, quàm iuuentutis Thurinæ, quos de industria centuriatos ad tales casus arma- D nerat. Dinifis itaque inter se copiis duces, Pœni agrum Thurinum ingrediuntur: Hanno cum peditum agmine infeltis fignis ad ipfam vrbem tendit: Mago cum equitatu propinquis collibus tectus, substitit. Atinius de peditum duntaxat agmine, per exploratores certior factus, in aciem copias fuas educit, fraudis inteftinæ, fimul & hoftilium infidiarum ignarus. Pedeltre prœlium segne fuit'; paucis Romanis in prima acie pugnantibus; Thurinis autem exspectantibus magis eventum, qu'àm certamen adiuuantibus. & Pœnorum acies de industria pedem referebat, vt ad terga collis ab equite suo insessi holtem incautum pertraherent, Quo vbi

THVRII.

A vbi peruentum, coorti repente equites, inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo vnde pugnabat stantem, in fugam extemplò auerterunt. Romani, quamquam circumuentos hinc eques, inde pedes premeret, pugnam aliquamdiu extraxêre: postremò tamen & ipfi terga vertunt, atque vrbem petunt. Ibi proditores conglobati, cum popularium suorum agmen patentibus portis recepissent, vbi & Romanos fusos ad vrbem ferri viderunt, conclamant instare Pœnum; permistosque Romanis hostes vrbem intraturos, ni properè portas claudant. Ita exclusos Romanos Pœnis ad cædem tradidêre. Atinius tamen paucis receptus. Certatum inde sententiis, cum alij tuendam esse vrbem; alij cedendum fortunz & vrbem victoribus tradendam cenferent. Tandem Atinio cum suis ad mare & naues deducto, Pœnos intra pount à mœnia recipiunt. Romani cum vrbem polt Hannibalis ex Italia fugam vrbem re recepissent, coloniam Latinam per Triumuiros A.Manlium, P.A Elium cept. & L. Apustium cò deduxêre. Ambigitur de hac colonia apud auctores Colonia las Strabo statim post bellum Tarentinum deductam tradit, Copia/que voca- Linim lib. tam fuiffe: Liuius autem polt bellum Punicum; nullamque de nominis fie. 111 mutatione mentionem facit. Grauissimam inde vrbs calamitatem bello copie wea-Spartacino sensit. Spartacus, † Crixus, & OEnomaus gladiatores, ta. effracto Lentuli ludo, cum septuaginta aut amplius ciusdem fortunz relievu. viris Capua cruperant; seruisque ad vexillum vocatis, quum statim de-cenco amplius hominum millia coijssent; primo Vesuuium montem insederunt: inde cum maior indies afflueret multitudo, iam satis fidens De bello viribus suis Sporteone. The state of the viribus suis Spartacus, Thurium inuadit; & vicinos vibi montes cum Diederne maxima copiarum parte castris occupat. Missus contra cos cum legio-lib. xxx1v. nibus M. Craffus fugitiuos agro Thurino expulit; & fugientes affe- THYRITH quutus Spartacum cum omnibus copijs deleuit. Sed quum fugitiuo- accupat. rum reliquiz quz ibi permanserant, agrum Thurinum incursionibus vexarent, C. Octauius Augusti pater, cui ca prouincia extra sortem ab Senatu commilla fuerat, fugitinos aggressus deleuit : Thurinosque ab D ca calamitate liberauit : & filio infanti tum recens nato (qui postea Av-GVSTVS appellatus est, imperiumque post Caslarem Dictatorem acce- sut in Am pit) Thurino nomen indidit: cuius effigiem tali cognomine inferiptum, sello inde Siculo cum ab Sex. Pompeio circumfiderentur ; ab M. Agrippa fugato Pompeio liberati funt.

META-

Digitized by Google

$\mathbf{M} \mathbf{E} \mathbf{T} \mathbf{A} \mathbf{\Pi} \mathbf{o} \mathbf{N} \mathbf{T} \mathbf{I} \mathbf{\Omega} \mathbf{N}.$

METAPONTVS Pyliorum Colonia.

v л м Q v л м diuerlæ exstent apud antiquos scriptores de

PONTVS Pyliorum Čolonia.

Àpollo Ari-fiens, vi ie Geraldum Ó Deor. tegnom.

Plin. lib. Hift.cap.1.

b.283.A.

Metapontinerum.

huius vrbis origine opiniones; præcipua tamen fama obtinuit, Pylios & Neltorem conditores fuisse. Confirmant insuper de Pyliis opinionem annux inferix, qux in Neleidarum memoriam apud Metapontinos celebrabantur. Habebat hæc vrbs theatrum infigne,& forum, in quo ara Apollini cognomento Arilteo erecta erat. B Eius cognominis originem ab Aristeo Proconesso manasse ferunt : Aristeum namque trecentis ac quadraginta annis postquam euanuisset, apud Metapontinos apparuisse; mandasseque vti Apollini cognomento Aristeo ara & statua in foro erigeretur : iis mandatis editis rursus è confpectu mortalium fublatum. Missi à Metapontinis qui Apollinem Delphicum super hoc consulerent, responsium acceperunt; vt dicto audientes effent:eo facto feliciorem vrbis statum fore. Inuenio quoque apud Merapontinos templum Iunoni erectum, quod vitigineis columnis fultineretur: sicuti & in vrbe Populonia simulacrum louis è vite suisse testatur xiv.Nat. Plinius, idque multis æuis incorruptum mansifie. Celebre etiam fuit C intra mænia Mineruæ templum : cuius Deæ numen cum eo bello quod ipli cum Sybaritis & Crotoniatis fociis aduerfus Græcos Italicos geflerunt, cæde iuuenum & facerdotis Metapontini violaffent; & ob id ex ira Deorum, vii credebatur, pestilentia & sterilitate laborarent; oraculum Delphicum de mali remedio confuluerunt id calamitaris finem futurum prædixit, fi offenlum Deæ numen, & cæforum manes placaffer t: parue-^{sup} p.277. runt oraculo Metapontini; & iuuenum interfectorum (Patuas in templo) Mineruæ erexerunt; Dearnque facrificiis fibi propiciam reddiderunt fedataque ad hunc modum pestilentia, cum agrum admodum fœcundum Numifmata possiderent; Apollini Delphico messem auream dono miscrunt. atque eò D forlan haud ablurde referri poterit numilmanllud, quod inter Metapontinorum quartum locum obtince; in quo caput' Apollinis ab vna parte Tripus cum spica ab altera expressa cernuntur. Fertilitatem autem agri Metapontini cadem teltantur numifmata; quorum ferè omnium partes auerse spica triticea vel granis frumentaceis fignantur : in quibuldam & Cereris caput spectatur. Quod autem ad numismata attinct, in quibus Palladis caput & Noctua fignata funt, ea ad templum Minerux, de quo iam egimus, spectare videntur: nisi ea in Atheniensium gratiam, quorum amicitiam Metapontini semper colucrunt, percussa credere malis.

METAPONTI.

280

A malis. Trogus * testatur hoc in templo instrumenta fabrilia, quibus * Apud iu-Epeus equum illum Ilio fatalem construxisset etiam suo seculo extitisse. initio. Ceterùm cum Samnites Metapontu alliduis exhaultam attritamé; cladibus euertissent; Sybaritæ veriti ne Tarentini eo loco occupato, graues Geogr. fibi nimia vicinitate effent; colonos ex Achæis cognatis suis euocarunt; iifq; locum vacuum incolendu dederunt. Ob hæc cum bellum affiduum nouis cuibus cum Tarentinis effet, & fortiter se Metapontini tuerentur; victi tandem auxilio Cleonymi regis Spartanor ũ ab Tarentinis, ex eiuf: dem Cleonymi imperio, ducētas virgines nobili filmas pulcherrimalque obsidu loco dare coactifunt. Partes quoque Alexandri Epirotarum re-B gis(qui auunculus Alexandri Magni fuit)sequuti, osfa eiusdem ab hostibus cæsi redemta in Epirum ad sororem Olympiade vxoremque Cleopatram transmiserunt: Posthæc cùm Metapontus eo bello; quod cum pontint Pyrrho & Tarentinis ab Romanis gestüm est; in Romanorum potesta- d Romanie tem pervenisser ab ischert belle During formula et During potesta. tem peruenisset, ab issem bello Punico secundo ad Pænos Hanniba-, desiciuni. lemque defecit, Mouebat Metapontinos ad defectionem luper infitam Grecorum ingeniis leuitatem, quod Romani oblides iplorum, qui Romæ adscruabantur, fugam meditantes saxo deiecerant : dissimularunt tamen quid in animo haberent Metapontini; donec Romanorum ad Cannas clades & Tarentinorum ad Pænos defectio, animos ipfis ad idem audendum fecit. Adiuuit quoque corum confilio, quod Romani præfidium C Metapontinum ad arcem Tarentinam tuendam euocarunt: itaque post præfidij discessum principes ciuitatis missad Hannibalem legatis, ad Pœnos defecerunt. Ceterum quum Q. Fabius decepto per fraudem Ilinim Hannibale, Tarentum recepifiet; Hannibal, qui tum Metaponti erat, jea. Grue. vr fraudem fraude compensaret, duos Metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis Tarentum ad Fabium mittit, fidem ab Confule accepturos, impunita iis priora fore, fi Metapontu ei cum Punico præfidio prodidissent. Fabius vera esse ratus, quæ per fraudem afferebantur, diem qua Metapontum accessurus esset constituit; litterasque ad principes dedit, quæ ad Hannibalem delatæ sunt. Ille successur fi ne Fabius quidem dolo inuictus fuisset; haud procul à Metaponto infidias ponit. Sed Fabio prius quàm Tarento egrederetur auspicanti, aues femel arque iterum non addixerant : hoftia quoque cxía Deos con-. fulenti aruspex cauendum ab insidiis & fraude hostili prædixerat. Ita quum ad diem constitutam non venisset, Metapontini vt cunctantem hortarentur iterum ad Fabium milli, repente comprehensi metu grauioris questionis fraudem & infidias detegunt. Ita Hannibalis Metapontinorumque fraus elusa est. Verum cum Hannibal Herdoneam, ad quam Cn. Fuluius Proconful statiua cum exercitu habebat, nutare in

Oo

fide

METAPONTI.

fide comperisset; exercitu raptim educto, Fuluium cum toto exercitu A paucis effugientibus oppressit. Herdoneam inde ingressus occisis principibus ciuitatis, reliquam multitudinem ad habitandum Metopontum traduxit. Qua autem fortuna vrbs deinceps vla sit; & quomodo in ruinas abierit, incertum nobis est. Vrbis huius quanta fuerit potentia, te-Itantur clariffima ampliffimaque donaria ab iis Ioui Olympico miffa. inter ea fuit fimulacrum Iouis infigni specie, quod altera manu fulmen, altera auem tenebat, capite vernis floribus ornato. Erat & alterum Endymionis signum totum ex ebore, veste aurata. Refertur & in laudiriuis Meta- bus Metapontinorum, quod Pythagoram aliquamdiu ciuem habuerint, quodque is apud coldem mortuus sit; denique quod mortui ipsius ma- B nes non secus atque numen venerati, ædes elusdem in Templum ipsi dicatum couuerterint. Celebratur & Hippafus Metapontinus, philosophus Pythagoricus. Observo hanc vrbem bello Spartacino grauislimam cladem accepisse, direptamque à fugitiuis ; cetera eius fata nobis in obscuro finm Afris, funt Eustathius auctor test, hanc prius Sirim fuisse vocatam, deinde Me-G in Ho-meri Iliad. tapontum à Metaponto Sisyphi filio. Ptolemæus Metapontum in finu Ta-7. Klevs, #4- rentino recenset sub longitudine partim quadraginta vnius cum deunce; & longitudine xxx1x.partium cum deunce.

ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ.

SALENTINORVM.

IAPYX.

SALEN-TINI po-puli. In Ro git : ceterùm quum Tarentum Salentinorum, de quibus iam marmoribus marmoribus duplici 11. In foripturi fumus, vrbs fuerit, congruum nobis videbatur Salenti-sallan. Tarentinis præponere. A Tarento itaque vlterius progreffis occurrit Isthmo inclusa regio ad Brundisium vsque; quam lapygiam, Meffapiam, Calabriam & Salentinam veteres variante eiusdem regionis nomine adpellarunt. Iapygiamab Iapyge Dædali filio; Cretensium, qui

hanc regionem aliquando incoluerunt, duce; itidemq; à Salentinis Cretæ populis Salentinam fuisse dictam obseruo, alij à salo, hoc est mari id nominis deducunt. Quamquam alij hanc regionem in duas partes, vt Strabo auctor eft, diftribuerunt; vnam in qua Tarentum, quam Calabriam & Meffapiam; alteram in qua Brundifium, quam Salentinos fiue vltimam lapygiam adpellarunt, Latitudo peninsulæ istius à Tarento Brundisium itinere terreltri x x x 11.M. palluum patebat; quod lpatium Strabo pallibus non definitis includit; sed tantum esse distantia, quantum expeditus curlor



† In Dio

C٠

SALENTINORVM. 2.91 A curlor diurno itinere concere pollet; ceterùm lecundu oram maritimam à Tarento Brundisium víque numerantur ducenta patīuum millia;totaque peninfula fronte in ortum brumalem extenditur. Hanc tredecim olim vrbibus claram fuille Strabo teltatur; quæ tamen ipfius læculo in anguitos & tenues vicos abiistent, opida verò per continentem à Tarento Vria, Mallapia, Aletium; in ora verò Senonum Gallipolis, quam Græcè originis fuifle Mela scribit, LXXI. passum millibus à Tarento distabat.inde x x x II.P. м · promontorium quod Acran lapygiam vocant; ab co Basta. opidum, & Hydruntum x1111. millibus ad discrimen Ionij & Adriatici maris, quà breuissimus in Græciam transitus elfjeum pontibus iactis pedeitri via sternere Pyrrhus Epirotarum rex primum cogitauit, centum millium paff. interuallo: (nifi apud Plinium mendofi fint numeri,) poft puntut. eum M. Varro, quum bello piratico classi Pompeianæ præesset ; sed Nat. Hill. vtrumque aliæ curæ impediuerunt. Salentinorum nomen in hac regione antiquillimum fuille argumento est, quod Dionysius Halicarn, teltetur promontorium illud, quum AEnez classis eam Italiz oram obiret, Salentinum tunc, postea lapygium fuisse appellatum, quòdque idem etiam in numilmatibus exprellum sit. Idem Dionyssus tradit, Troianos cum ad illud promontorium vnà cum AEnea appulissent, exscenfionem ad Minerux templum fecifie; quumque totameam oram AEneas præternauigallet, in templo Iunonis Lacinia æream phialam donaffe, cui nomen ipfius antiquis admodum litteris inferiptum erat. Teftatur & Strabo apud Salentinos Mineruæ fanum fuisse locupletissimum; Nomifma. & certe Mineruz caput galeatum cono & cristis infigne primum Salen- Nomin tinorum numifma prodit; cuius auería pars equeftrem ftatuam exhibet: Gos quæ cuius sit incertum est:nisi Messapij, aut Peucetij (qui Oenotrio fratre hasce regiones olim tenuit) eam esse opinari lubeat : aut tutelaris ali-Sernine in cuius numinis nobis incogniti. Scribit Seruius AEneam iccirco ad hoc III. AEn. Mineruæ templum venisse, quod fama ferebat Palladium à Diomede Advers. 5446 Palladis ar-& Vlyfle ex Ilio raptum, hîc depofitum fuiffe, Salentinis autem Roma-mionz D norumarma, quantum ex veterum Annalium monumentis colligo, primùm illata funt M. Atilio Regulo, L. Iulio Libone + Coss. Zonaras + Anno Calabriz bellum indictum scribit; quòd crimini ipsis daretur; Pyrrhum post Ro. regem receptum; & sociorum Po.Ro. agros iniuste depopulatos. re au- cond. tem vera, quò Brundisium sibi adiungere cuperent, propter portus opportunitatem. Inde enim in Illuricum & Græciam ficuti breuissinus, ita & facillimus traiectus erat; quòd codem vento foluere & redire liceret. Eutropius his item Coff. bellum cum Salentinis susceptum scribit; captòlque vnà cum vrbe sua Brundisinos: nec ab codem Florus * disten- *Lib.1. Hift. tit. Messapios quoque proximo anno victos ex Triumphorum serie Reme. x x. **Oo 2** manife-

TARENTI.

manifestum est. Quatuor siquidem coss. de Salentinis triumpharunt; A quod argumento est, hoc bellum biennio ferè gestum ; nec Atilij Reguli & Iulij Libonis armis edomitos fuisse, sed anno demum insequente, quo Anno v. c. EDXXC- D. Iunius Pera & N. Fabius Pictor de Salétinis & Messapiis triumphum egerunt, in deditionem fuisse receptos, nec de his aliud quidquam comperti habere potuimus. Cæterum Ptolemæus lapygiæ fine Salentinorum promontorium, quò longissimè in maria excurrit Italia, sub longiciepre Ar- tudine partium XLII cum triente; latitudinem XXXIIX partium cum thia poëta. dodrante reponit. numerat & inter mediterraneas Salentinorum vrbes *Anno Vrbis # XIIII. Rhudiam Ennio poeta & ciue nobilitatam : hinc Cicero Ennium vocat feptuagena- Rhudium bominem à maioribus fuis in ciuitatem receptum. Hinc tamen B Eufebius C. Mamilio Turrino, Q. Valerio Faltone*Coff. Tarenti natum teste Cie. in sed mortui osla ex Ianiculo Rudiam fuisse translata refert. Ennij Epi-Catone. Neme me taphium apud Ciceronem in Tusculanis descriptum est. Sequitur vt decoret, de nunc ordine de Tarento, Hydrunte & Brundisio agamus. Lib.1. Tujc.

TAPANTINΩN.

TARENTVM Laconum Colonia.

TON B Tagarto.

Colo (foos Ionia

TAREN-TVM per e vocalem fe-eundam, gned Grecie TAREN-Galie Grecie TAREN-Galie Construction C АКВИТУМ magnæ Græciævrbs, vti quondam clarissima, č stadia centum ambitu complectens : imminebat vrbi arx altiori loco exftructa, quæ vndiq; aut mari aut altissimis rupibus claudebatur. Stadium habebat ornatissimum; & forum amplissimum, in quo erat colossi s Iouis ex ære fabrefactus, cuius secunda post Rhodium magnitudo celebrabatur. Erat & Herculis templum, & in eo eiusdem simulacrum artificio insigne Lyfippiopus: quod postea Romani, Tarento per Fabium Maximum à Pœnis recepto, in Capitolium transtulerunt. Neptunum pro diuo tute- D smale I.v. lari colebant : atque à Tarante Neptuni filio nomen vrbi & fluuio factum auctores testantur; numismatum auctoritas, in quibus Tarantis & nomen & imago apparent, confirmat. Inpiter quoque cognomento KarauBárns (à fulminis iaculo) statis ac solemnibus sacrificiis à Tarentinis ea de caussa colebatur; quòd Iupiter milites(qui capta Carbinarum vrbe, in çiues admodu crudeliter deszuierant; & pueros puellasque in Deoru immortalium templis fæde stuprauerant)fulmine per cusisset. Manebat itaque couluetudo apud interfectorum posteros, vi positis pro numero occisorum columnis, nullo cos luctu, nulla parentatione profe-

TARENTI.

A prolequerentur. Ager Tarentinus quamquam laxolus & alper in specie, admirandæ tamen fecunditatis erat; quique pecori gratillimum præbebat pabulum; arborum infuper multitudine & denfitate amœnus, & vini præstantia nobilis. Originem vrbis, auctores primò à Cretensibus strabe lib. repetunt; eis nempe qui occifo Cocali infidiis in Sicilia Minoë, fine duce diu incertis sedibus vagi & palantes, huc tandem appulerint: locique commoditate allecti, opidum indito à Tarante Neptuni filio nomine TARINcondiderint. Ceterùm quum breui eorum opes coaluissent; à Parthe-ditum. nijs duce Phalanto vrbe & agro exuti sunt. Partheniorum origo talis Partheniort fuit. Agebatur apud Eleos Olympias nona, quum Lacedæmonij, sue renti : ex

- B ob occilum à Mellenijs Teleclum regem, seu ob stupratas virgines suas, straboni (vtrumque enim refertur) bellum illis mouerunt. quumque incerta diu sraph. fortuna nunc victi, nunc victores rem cum illis geslissent; victos tandem magno prœlio Mellenios, & intra vrbem compulsos obsedere; iuramento prius facto non ante soluturos oblidionem quàm expugnalient. Verùm enimuerò quum ea opinione longius protraheretur, veriti ne hac pertinacia grauiùs fibi quàm Messenijs consulerent : (quippe illis quantum iuuentutis bello intercidat domi allidua fecunditate luppleri : libi belli damna affidua, & feèunditatem domo absentibus nullam esse) iuuenes legunt, ex co genere militum, qui ipfis in fupplementum venerant:
- c ijlque Spartam remillis promifcuos omnium feminarum concubitus permisêre. Ex his nati ob notam materni pudoris, Parthenij sunt vocati. Lacedæmonij post vndeuicesimum obsidionis annum, expugnata Ithome wrbe Mellenidis domum regressi, Parthenios tamquam adulterino partu progenitos, nequaquam pari cum alijs honore habebant. Parthenij ea iniuria accenfi, in patriæ perniciem cum Helotibus feruis coniurant : conuenerat, vt quum Phalantus pileum capiti imponeret, cæderentur passim Spartani; & vrbem ipsi occuparent. Ceterùm prodito confilio, quum omnes ad rem patrandam in foro conuenillent, præco in medium procedens, Phalantum pileum capiti imponere prohibuits
- D Hinc illi proditos se videntes, partim suga elabuntur; partim ad aras supplices confugiunt. Iussos benè sperare Spartani, sub custodia adser- oracula nant. Interim missus ad consulendum A pollinem Delphicum de Colo- duo Apollinia.Phalantus responsum tale accepit:

Satyreum & pinguem populum tibi trado Tarenti Incolere, & latè cadem per Iapygas ades

Oraculo intellecto proficiscuntur domo Parthenij, quumque in Italiam appulifient, Tarentinos fedibus fuis eijciunt atque vrbem occupant. Quidam eandem historiam aliter referent : Phalantum nempe ab Apolline responsion accepille, whi sub athra pluuiam animaduertisset, wrbis Is agri

Oo j

Phalantses

TAREN

. 294

TÀRÈN TINO-Ме∬аріјѕ

> OPIS PONcetior# Rex cefm.

Nummi

ciunt; confectata que prædæ decima, figna inde tria ex ære ad A pollinem Delphicum transmittenda fieri curant. primo signo Opis rex expressus erat, ca torma qua in pugna ceciderat : altero Taras Neptuni filius; tertio Phalantus Coloniz auctor : ponè eum effictus erat ex zre Delphinus: quòd fama effet eum naufragum apud Criffæum finum in litus à del-Tarentinophino euectum. atque ed quidam pertinere putarunt Delphinum illum Delphino.

TARENTI

U agri hostilis compotem futurum. Quare, poltquam domo profectus A cum socijs Parthenijs Barbaros sæpe prælio fudillet; nec tamen vrbem aliquam expugnaflet; desperare de rebus suis cœpit: quid enim deum alud præmonuille, quàm irritos ipli conatus futuros? numquam enim fereno cælo (id Græcis athra fignificat) pluuiam sperandam. In hac anxietate constitutum dum vxor benignis verbis solatur; atque ille reclinato in finum ipfius capite iacet, obortis prædolore lacrymis viri ca-

put perfudit. Qui mox intellecta ex hoc casu oraculi ambiguitate, atque animo recepto (nam vxori AEthra nomen erat)ea nocte qua hunc diem sequebatur, Tarentum vrbem capit. Vrbe potitus, quum assiduis in-TYM capis. crementis potentiam eius auxiflet; ab ingratis ciuibus in exfilium pelli- B tar; & Brundusium (quò veteres Tarentini sedibus suis paulò antè eiecti concesserant)confugit: mitiorelque in se hostes quàm ciues expertus benigné excipitur: exactoque apud eos quod reliquum vitæ fuit, iam morti vicinus illis perfuadet, vt ofla sua conterant, contusaque in foro Tarentinorum occulte spargant:eos ita patriam recuperare posse, Apollinis oraculo proditum effe. Illi arbitrati Phalantum in vltionem sui fata ciuium fuorum prodidifie, confilio paruêre : sed diuersa oraculi sententia fuerat : A Eternitatem enim vrbis, non amifionem hoc pacto promiserat. Ita manibus hoitium atque extulis ducis confilio, stabilita in æternum Parthenijs Tarentina possessio est; qui damnata sua in benè c meritum ingracitudine, memoriam Phalanti diumis honoribus profequutifunt. Primum Tarentinis bellum cum Messapijs fuit; qui suspeéta vrbis incrementa habentes; priores iniuriam intulerunt;Heracleamque Tarentinorum coloniam peruastato agro obsedère. Ex aduerso Tarentini, lapygie & Peucetie regum societate confirmati, in aciem processêre: Acre inde prœlium cum mutua vtriusque partis pernicie fuit : sed victores tandem Tarentini, Messapijs in fugam versis, magnoque hostium numero in fuga cæso, pacem victis suppliciter precantibus concedunt. Ex manubijs hostium ænea equorum & mulierum figna in victoriz monumentum Apollini Delphico misere. Seditione D inde ac difcordia inter victores orta, Ops Peucetiorum rex affumtis in foà Tarentmie cietatem Iapygibus, arma in Tarentinos vertit. illi intrepidè impetum holtium excipientes, occifo rege Peucetios ac lapyges in fugam conijqui

TARENTI.

- A qui virum nudum dorfo vehens in omnibus ferè Tarentinorum nummis confpicitur. Haud diuturna Tarentinis posthæc quies fuit : lapy-taken-ges namque irritati potius quàm fracti priori clade, habito acerrimo ava cerra delectu ad viginti armatorum millia conficiunt. Tarentini holtium lapyers dellam multitudine territi, auxilium à Rheginis petinêre : acceptaque ab illis fortissimorum iuuenum manu, holtibus occurrunt. Ceterùm aduer-fum Tarentinis prœlium fuit, victoresque lapyges diuiso in duas partes exercitu fugientes insequuntur; tantaque celeritate qui Rheginos infe-ctabantur vis funt, vt vnà cum fugientibus in vrbem irrumperent. Pace inde per aliquot annos vis Tarentini, in tantum opibus & potentia
 B creuêre, vt triginta peditum & tria equitum millia sub fignis haberent: classen præterea maximam atque instructissimam, atque ita egregie aliquamdiu Rempublică fuam administrauêre; Archyta Pythagorico ciue ARCHY-tas Tarentio, legislatore creato: qui fexies aduerfus hostes imperator defignatus, timerame le-
- & toties victor, multum ad patriæ felicitatem contulit. Polt cuius giflator. mortem Tarentini in luxuriam & ignauiam prolapfi, vicinis contemtui Geogr. esse cœpêre. Quumque à Lucanis bello petiti essent, Archidamum Archida-Lacedæmoniorum regem multis precibus ad auxilium ferendum excimum Rex. uêre. sed is cum exercitu in Italiam prosectus, à Lucanis cum omnibus copiis internecione deletus est : corpusque eius insepultum alitibus feris-
- C que relictum. Excitauere tot clades torpentes luxuriâ Tarentinorum animos: imploratur itaque in auxilium Alexander Epeiri rex : nec diffi-*Alexander*. cilem ad preces regem Tarentini experti funt. Is namque oraculo præ-*Im*. monitus, caueret Acherufiŭ amnem vrbemque Pandofiam, eum locum ipfi fatalem fore; quò longius ab Epeiro abeffet; maturiùs in Italiam copias traiecit. Sed (vti fupra in Pandofia retulimus) in transitu Acherontis fluuij haud procul ab vrbe Pandofia, ab exfule Lucano ex infidijs confoffus, interfectulque fidem oraculo adstruxit. Corpus regis fædè laceratum est: præcifo namque medio, partem Cofentiam misêre exules Lucani: pars ipfis ad ludibrium retenta est: postea cadaueris cremati osfa
- ^D à muliere quadam in Epirum ad propinquos regis remiffa funt. Poft tam miferandam fortiffimi regis cædem, pax à Tarentinis câm hofte faéta. At quum Romanos Palapolim cognatam vrbem ad deditionem coegiffe Tarentini viderent; tum & vicinos fuos Lucanos focietatem cum ^{Limine lib.} illis inijffe; libertati fuæ timere cæperunt. Enimuerò nihil iam fibi refta-^{XXVII.} re; quàm vt aut hoftes, aut domini Romani habendi fint: poftquam Lucanus & Apulus Romanam focietatem amplexus; & vicinus illis Samnis Romanorum armis pænè oppreffus fit. Itaque poftquam Lucanos prius per fraudem à Romanorum focietate auertiffent, legatos ad L.Papirium confulem *Luceriam* Samnitium vrbem per id tempus circumfedentem

295

2.X V 111.

Linins lib.

x111. O

c. X V I I I .de

TAREN-

aduer fus

gesta.

TARENTI.

T. Linius sib. 1x. fest. sedentem misêre; Romano Samnitique denuntiantes, bellum omitterent; A Grue.xiv. per vetros stetisset, quò minus ab armis abscederetur, in eos sese pro alteris pugna-

turos. Ealegatione Papirius audita, perinde ac dictis illorum motus, deliberaturum se cum collega simulat : accitoque eo atque omnibus ad prœlium præparatis, figna extra vallum efferri iussit, legatis interim Tarentinorum occurfantibus ac responsium Hagitantibus, Auctoribus inquit, vt videtis dijs ad rem gerendam proficiscimur : nec alio relponto cos dignatus elt hæc altera Tarentinis in Romanos irarum caussa. Ceterùm quieuêre aliquamdiu, donec anno ab vrbe condita CDLXXII. in Florms lib.1 bellum manifestum prorupêre, cuius origo hæc fuit. Imminet portui

ad prospectum maris positum vrbis theatrum : ibi forte ludos specta- B bant Tarentini, quum classis Romana litus legens ab illis conspicitur. Tarentini itaque relictis spectaculis, conscensisque nauibus classem inuadunt ac capiunt. Extemplò legati Roma ad res repetendas missi: quos cum Tarentini iniurijs affectos violare non dubitalient, bellum exortum, quod per sexennium mutuis magnisque cladibus gestumest, Tarentini Pyrrhum Epeiri regem, quem ipfi prius in bello aduersus vii. Epito. Corcyreos adiuuerant, in auxilium exciuere. Is tanta vlus celeritate in Italiam peruenit, vt famam etiam de se præuerteret : manumque prius E.Florm 1.1. eum Romanis conferret quàm venille putaretur. Primum Pyrrho cum bello Taren- Romanis prœlium fuit, ad Heracleam Tarentinorum Coloniam, inter c Sirim Acirimque amnes: vbi victor iam pæne Romanus infueta Ele-

phantiorum specie territis equis virisque superatur. Post hanc pugnam Pyrrhus auctus auxiliaribus Samnitum Lucanorumque copijs, víque TINORYM ad trecentefimum à Roma stadium progressus omnia incendio ruinis-Romanos res que impleuit. Quumque misso Romam Cinea oratore legato, pacis conditiones offerret : nec eas Senatus admitteret, desperans conditionibus rem componi posse, ad belli cogitationem animum conuertit: congreffulque ad Alculum in Apulia cum C. Fabricio iterum, Q. AEmi-Anno V.C. CDIXXV. lioque Confulibus post ambiguam diu vtriulque partis fortunam, tandem superatur. A qua pugna Pyrrhus, accersentibus Syracusanis, in Sici- D liam tranfgressus, varia fortuna per biennium ferè integrum cum Carthaginienfibus de Siciliæ possessione dimicauit. Romani interim occafione eius absentiæ vsi, Lucanos, Tarentinos, & Bruttios maxima pugna superarunt : multisque tum Lucanorum tum Bruttiorum vrbibus quà yi quà deditione potiti sunt. Id vbi Pyrrhus intellexit, in Italiam reuertitur : fignaque cum Romanis in Lucania sub campis Aurusinis contulit : productifque in primam aciem elephantis, vnus ex his pullus grani ictu teli saucius vnà cum matre auersus, atque incurrens, ordines turbauit; & certam Romano victoriam dedit. Vltimum hoc Pyrrhi cum

TARENTI.

cum Romanis prælium fuit; statimque desperatis rebus, sexto postquam venerat anno Italia discessit. Relictus à Pyrrho cum præsidio Tarenti Milo, quum offensam ciuium contraxiller, illiduce Nicone oreato euny in arce obsederunt. Ille quum fortiter resisteret, & fudistet aliquoties obleflores, Tarentini desperata per se victoria, pars Romanum, alij Car-

- thaginienlem in auxilium cuocarunt. Milo quum mari à Pœnis, terra à Romanis grauiter premeretur, desperatis rebus, Romanis fe dedidit, hoc TARENE modo Tarentum in potestatem Romanorum deuenit. Tarentinis inde aliquamdiu otium fuit, sub tutela Romanorum acquiescentibus : donee bello Punico se cundo, quo Italia à Pœnis duce Hannibale fœde lacerata
- S & vaftata eft; relicta Romanorú locietate ad Pœnos defecement. Dimifii TARENenim ab Hannibale quinque nobiles Tarentini, partim ad Thrafime- Roma num, partim ad Cannas capti, memores beneficiorum, maximam iuuentutis Tarentinæ partem ab Romana societate ad Pœnos auerterant. Linim lib. Adhæc & alius casus reliquorum Tarentinorum animos in Romanos ***** concitanit: ac rursus occasio res nouare volentibus præbita. Obsides enim Lin. l.xxv. Tarentini, qui Rome in atrio Libertatis adleruabantur, instigante Phi-set Grav. lea Tarentino, qui Romæ per speciem obeundæ legationis versabatur, corruptifque per cundem duobus è cultodibus duce ac comite itineris codem Philea, profugerant. Hi Taracinæ è fuga Romam retracti, prius
- C spectante atque approbante populo virgis cæsi, postea è saxo desecti sunt. Huius atrocitas pœnæ Tarentinos tum publice tum priuatim, vt quifque interemtos affinitate aut amicitia contingebat, in Romanos irritauit. Ex iis tredecim Tarentini nobiles coniurarunt, quorum principes Nico & Philomenes crant. Hi prinquam maiora tentarent; colloqui cum Hannibale statuunt; noctu per specié venandi vrbe egressi, & quum haud longe à Pœnorum eastris abessent, ceteri se in sylua suxta viam occulucrunt; Nico & Philomenes ad stationes víque progressi captique, vitro id petentes ad Hannibalem deducuntur.cui cum caullam itineris fui aperuillent; collaudati oneratique promissi ac dimissi, iubentur vt în vr-
- D bem reuerfi, apud ciues fuos fimularent, prædandi fe cauffa vrbe egrefios & quò fidem facerent, pecora Carthaginicnfium paltum dimifla, in vr bem agerent, permillum. Conspecta à Tarentinis inuenum præda, quum idem iterum & læpius auderent, minus admirationi fuit. Rurlus inde conuento Hannibale Nico & Philomenes pactillunt, Tárentinos liberos leges, suaque omnia habituros; neque vilum vectigal Pœno pensuros; aut inuitos aliquod præsidium recepturos:Romanum præsidium in Carthaginienfium potestate fore. Vbi hac inter illos conuenerunt; tune verò Philomenes per speciem venationis & prædationis confluctudinem noctu, (ob metum feilieet hoftium vie videri volebant) egrediundi, redeun-Рp

тум ав

captum.

VIII.

TARENTI.

redeundique frequentiorem facere; canélque & alius apparatus leque- A. bantur:captumque ferèlemper aliquid, aut ab hoste præparato oblatum donabat aut Præfecto aut custodibus portarum. Vbi jam assidua consuccedine eò adducta res esser, vt quocunque noctis tempore sibilo de-TARENdisset signum, porta aperiretur; Hannibal motis concubia nocte signis, Hannibale duce foris Philomene, intus verò Nicone suas partes agente, per cam, Linins lib. xxv. ja. fraudem duabus portis intra Tarentum admissurest. Tumultu inde orto qualis in capta vrbe solet; cæduntur passim Romani. Præfectus præfidij Romani intellecto tumultu in arcem se recepit : eódem orta iam luce & reliqui Romanorum, qui cædem eualerant, confugêre : Hannibal antem conuocatos ad concionem Tarentinos benignè alloquitur, testa- B tus fe quo animo in ciues Tarentinos, quos ad Thrafimenum & Cannas liberos dimiferat fuisset, co deinceps'& erga Rempublicam ipforum, futurum. Inde figno dato hospitia Romanorum direptasunt. Postridiè ad arcem, quò fe Romanı receperant, oppugnandam Hannibal fe conuertit-quam poltquam tam mari, quo in peninfulæ formam pars maior circumluitur, quàm præaltis à terra rupibus cinctam videret, ab ipla quo que vrbe vallo & muro ingenti septam, eoque in expugnabilem esse, vallo & operibus ab vrbe intersepire instituit: quam dum & à terra & àmari arcta longaque obfidione trustra premit, accedente subinde Romanis nouo præsidio, Hannibale verò vrbe relicta in hyberna digresso, ac Car- c thalone præfecto, cum Pœnorum Bruttiorumque præfidio ad vrbis tuitionem relicto, Romani Tarentinorum pertinaciam indignè ferentes; Q.Fabium Maximum Confulem ad Tarentum recipiendum mittunt. Is facto impigrè itinere, castrisque in ipsis faucibus portus Tarentini loeatis, atque omnibus ad oppugnationem idoneis magna cura præparatis. quum Bruttiorum præsidij, quod ab Hannibale Tarenti relictum fuerat præfectus mulierculam, cuius frater apud Fabium militabat, deperiret; proditione eiusdem przfecti atque opera muliercula, & militis fratris iphus, fimul etiam Brutțiis przsidiariis adiunantibus, Tarentum recepit. Vrbe capta, Tarentini ad primum telorum coniectum in fugam se P dedêre, per nota itinera, in suas aut amicorum domos dilapsi. Cæsi ex ducibus Nico & Democrates classis Tarentinæ præfectus, tum & Carthalo Punici præfidij Præfectus: inde promiscue armati atq; inermes Pæni fest. Gruter. pariter ac Tarentini, inter cos & Bruttiorum nonnulli: Philomenes alter ducum, qui Tarenti ad Hannibalem prodédi auctor fuerat, equo ipfius, cum quo è pugna excellerat, vacuo per vrbem errare conspecto, in puteum le precipitasse creditus est, corpore ipsius nusquam inuento. A czde ad direptionem concursum: Triginta millia capitum seruilium capta traduntur: argenti vis ingens, facti, signatique: auri vero (si credibile est)

 C_{1} i

TAREN

TVM À 9. Fabio Maximo receptum. T. Linins *lib*.xxv11. 17.18.

Digitized by Google

LXXXVII.

TARENTI.

A LXXXVII. millia * pondo: signa tabulæque innumeræ, inter quæ Hercules * Sunt fimulacrium, quod Romz in Capitolio collocatum elt. Fabius de Pœnis 92960001 Tarentininiíque triumphauit. Veniam rebellionis Tarentini post diu- xxvii tunam disceptationem, deprecante pro illis Fabio Maximo, qui cos in set. Romanorum potestatem redegerat, à Senatu impetrarunt: reuocati quoque ex S.C. Tarentini qui patria ab Hannibale pulli fuerant : iisque omnia que bello amiserant restituta. Bis Coloniam Tarentum deductam TVM Cofuisse obseruo: semel codem anno quo Scyllacium & Mineruium : sed ducta. qui deduxerint, quot deducti fuerint non traditur. Iterum Coloniam militarem factam tradit Corn. Tacitus Nerone 1111. & Coffo Cornelio Tac.l.x1v. B LentuloCoff deductolque infrequentes vereranos, vt promiscue collecti Anno v.c. erant; nulla rei familiaris cura : proinde dilapíos dispersos que rursus per xiii. Italiam nihil infrequentiæ yrbis subuenisse. Vrbi vetustum nomen yf-

que ad hæc tempora permansit. Produxit hæc vrbs viros aliquot illustres, inter quos fuêre Aristoxenus Musicus Aristotelis familiaris: Rhinton Poëta Tragicus : Iceus medicus, cuius in Protagora mentionem facit Plato. Apollodorus medicus Tarentinus, cuius libro vigefimo mentionem facit Plinius: Heraclides quoque Tarentinus Mechanicus præstantissimus, qui primus Sambucam machinam ad vrbium oppugnationem adinuenit: Itidem & Archytas nobilifimus mechanicus. Dec nique & Lyfis Tarentinus, Philosophus Pythagoricus, cuius meminit, in Pythagorævita Diogenes Laërtius. Distat Tarentum ab infularum Fortunatarum meridiano duabus horis cum dextante, ab æquatore versus Septemtrionem quadraginta partibus. Sequitur ex ordine HYDRVNTVM.

ΥΔΡΩΝ ΤΙΝΩΝ.

HYDRVS Cretenfium Colonia.

D

Sunt enim qui Hydrus; sunt qui Hydruntum pro eodem opido in Messapiis scribant, nomine Græcis & Latinis vsitato. Huius vrbis originem paucis, vt à maioribus ipfius per manus tradi-

tum crat, Paulus Diaconus rerum Longobardicarú libro secundo in hanc ferè sententiam prodidit: Quum olim Creta ægrum prouentum ob siccitatem agrorum haberet, Cretenfes stetilitate fessos alias sedes quasiuiste; appulisseque ad Hydruntem necdum ædificatam; ceterùm oraculo admonitos Cretenles cam ledem descruisse; & in Suriam recurrisse. nec Cretenjibel quid-Pp 2

HYDRVNTI.

Steph. #10 πόλι*αι*.

300

LEVCA.

Numifma Hydrunti-

III. Nat.

quidquam aliud de eius vrbis origine aut vocabuli Hydrustis ratione a- A pud probatos auctores observare potui. Sunt qui tradant fluuij quoque & montis nomen elle Hydruntem, cui vrbs ipla imminebat. Iapygium promontorium extremum in agro Salentino crat; in quo Leuca vrbs; & ab ea strab.l.vr. passum ferè viginti millibus Hydruntem dillare Strabo tradit : circa Leucam fontem fuisse fœtidissimi halitus. Fabulis proditum est, reliquos Gigantes è vicina Campaniæ Phlegra, quum Hercules pulsos exagitaret, ad ea fugitasse loca; contractosque subisse terram, & ex corundem cruore talem effluxionem retinere fontem. Vocatos autem fuisse Leuterinos: camque ob rem & litus illud Leuterinum fuisse appellatum Hydruntinorum vnum tantum ad manus nostras (quod exhibemus) nu- B mismata peruenit, quod aduersa parte Neptuni faciem; auersa eiusdem tridentem, circumpositis delphinis exhibet. Aliud de Hydrunto nihil apud priscos scriptores exstare meminimus; quod de iure eius aliquam mentionem faciat; vnde quia neque Coloniam neque municipium aut forum aut Præfecturam fuisse constat: verifimile est inter fæderatas Populo Ro. ciuitates esse recensendum. Et quantum ex iis quæ supersunt monumentis colligi potest, quia in Messapiis Hydruntum erat; iidemque vnà cum Salentinis in populi Ro. potestatem venerint, suspicor & Hy-Plinim lib. druntum in fœdus à populo Ro.acceptum. Obseruo Plinium scribere ab Hifle. x1. Hydrunte in Græciam breuissimum esse transitum ; & Orico Epiri opi- C do passum quinquaginta mill. traiectu oppositam. Quamquam alij Apollonix, qux Macedonix attribuitur, obiectam scribant. Hydruntis longitudinem Ptolemzus xL111.partium numerat: latitudinem xxx1x. Ab Hydrunte verò, secundùm maris Hadriatici oram quinquaginta pass. M. distabat, de quo iam scripturi sumus Brundisium; interque eam & Hydruntum Luspia ad mare, & paullo interius Aletium erat.

$\mathbf{B} \mathbf{P} \mathbf{E} \mathbf{N} \boldsymbol{\Delta} \mathbf{H} \boldsymbol{\Sigma} \mathbf{I} \mathbf{N} \boldsymbol{\Omega} \mathbf{N}.$

BRVNDI-SIVM à Cretenfibus conditum. Alij Brandusium, per quintam fcribunt vocalem.

RVNDISIVM vrbem portus commoditate celebratam, conditam fuisse ab Cretensibus traditur, iis nempe qui capta ab Theseo Cnosso patria huc appulsi sedes fixerint. AEtoli post bellum Troianum, cum duce Diomede tempestate ad litus Brundiliū adacti; vrbem eiectis vetultis cultoribus occuparunt: AEtolos inde rurfum Apuli expulerunt. Sed pulsi patria AEtoli quum per legatos Apollinis oraculum consuluissent, responsum acceperunt, locum quem reperissent, perpetuò posselluros. Hoc oraculo confirmati, restitui fibi ab Apulis vrbé sub belli comminatione postularunt. Sed vbi Apulis oracu-

D

BRVNDISII.

A oraculum innotuit: legatos interfectos in vrbesepeliunt; eo modosedem ibi perpetuò habituros: atque ita defuncti responso oraculi, æternam sibi vrbis possessionem, vt credebant, stabilierunt. Sita erat vrbs in peninsula angusto isthmo continenti adnexa; quæ in sinum portuosum excurrebat. Portus Brundisinus cunctis Italiæ portubus præstabat. Multi in hac ora portus includuntur; qui sinibus internis excepti nulla stabilierunt agitatione aut vndarum violentia turbantur. Locus hic similitudine caput ceruinum exprimit; vnde & nomen vrbi inditum tradunt: Brundisum namque Messapiorum lingua caput cerui significare. Ager Brundisinus multarum rerum vbertate præstat; lanæ præsertim & mellis

B præstantia laudatus. Brundisinorum respublica primò sub Regum potestate fuit: ijs bellum Phalantus Lacedæmonius intulit. Caussa belli BRUNDIfuit, quod Brundisini expulsos sedibus à Parthenijs & Phalanto Taren- SINORUM adduers tinos intra vrbem receperant: eo bello quum inferiores Brundisini di-Parthenios sessionare apriles mulctati sessionare quum Phasessionare terres inverses adduers fuit. Ceterùm quum Phabellum. lantus inuidia ciuium patria pulsus, Brundisium confugisset, Brundifini immemores cladium ab eo acceptarum ac viri fortunam miserati, Phalantum humaniter excipiunt. Verùm nec hostium beneuolentia, nec ciusum ingratitudo, Phalanti animum à caritate patriæ auertere potuerunt. Morti itaque proximus (vti supra in Tarentinorum historia re- supp. 294.

C tulimus) Tarentinis qui Brundifium confugerant fuafit, vii offafua poft⁶ mortem contunderent, contulaque in foro Tarentinorum occulte fpargenda curarent : ita namque cos patriam recuperaturos A pollinem Del-

phicum vaticinasse. Illi rati eum offensum ciuibus suis, oraculum fatale prodidisse; confilium Phalanti sequentur. Ceterùm contraria eius oraculi sententia erat: perpetuitatem enim vrbis, non amissionem hoc pacto promiserat. Brundissnorum numismata affinitatem cum Brandissa numismata. Tarentinorum habere videntur: quod & hæc, vti Tarentinorum, virum nudum delphino vectum exprimunt: siue is Taras suerit Neptu- Taras, Tarenti condini filius, Tarenti, vt supra à nobis dictum, conditor : siue ipse Phalan- tor.

tus, quem in naufragio aliquando à delphino exceptum, atque ita feruatum quidam tradidêre. An autem ciues Tarentini, qui patria pulli ab Brundifinis in vrbem & Rempublicam fuam recepti fuerant, hoc numifmate originem fuam oftendere voluerint; an verò id ad Phalantum rex ferendum fit, lectori iudicandum relinquimus. Ceterùm quum Brundifini bello Tarentino Pyrrhum Tarentinofque contra Romanos iu-uiffent, Romani victo Pyrrho & extra Italiam pulfo, Salentinis, quorum caput Brundifium erat, ducc M.Atilio Regulo Confule, bellum intu-Anno Vrb. lerunt; qui victis hoftibus de Salentinis triumphauit. Nec tamen hoc xxevr. anno edomiti funt : fed N.Fabius Pictor & D. Iunius Pera, Confules

Pp 3

anni

Digitized by Google

20 t

BRVNDISIÌ.

VII. SIVM in minm Rè-T. Linij Epitoma lib.x1X.

Cafar lib.

₹II. belli cinilù.

† An.v.c. anni + insequentis, Salentinos vniuersos simul & Brundissum in deditio- A CDXXC- nem acceperunt; atque ambo de Salentinis triumpharunt. Anno inde ter-BRYN DI- tio & vicelimo poltquam in Romanorū poteltatem Brundifum venerat, petestatem Colonia cinium Romanorum eò deducta est, * A. Manlio Torquato & Rom. reda- C.Sempronio Blæfo II. Coff. Otium inde aliquamdiu Brundifinis fuit; * An. v.c. donec bellum ciuile inter Iulium Cæfarem & Pompeium Magnum ex-BRYNDI- Oritur. Pompeius enim, vt faciliùs in Græciam traijceret, Brundifium Inia ci- cum viginti cohortibus profectus erat. eò & Cæfar cum legionibus fex peruenit : atque ibi aliquamdiu maxima contentione inter Cafarem & Pompeium certatum est: dum ille jactis qua fauces portus arctissimæ erant ab vtraque parte molibus & aggeribus aliisque operibus exitum B portus obstruere, Pompeianisque traiectum in Graciam impedire conatur: Pompeius verò contra instructis adornatisque magnis onerarijs, quas in portu Brundifino inuenerat nauibus, opera Cæfaris difturbare, fuolque quoquomodo in oppositam continentem traiicere studet, Donec tandem Pompeius impetum & virtutem Calaris veritus, occulte in Græciam cum suis traiecit : paucis quo Cæsarem falleret, dum reliquus exercitus naues conscenderet, in muro quasi ad detensionem relictis. Brandifini, Pompeianorum militum iniurijs & ipfius Pompeij contumeliis permoti, Cælaris partibus fauebant : itaque cognito Pompeij de fuga concilio, rem Cæfari fignificarant: qui, ne quam rei gerendæ occafionem omitteret, scalas parari, militesque se armare iubet. Ceterùm quum Pompeius sub noctem soluisset, ij qui in muro tamquam custodiæ cauffa collocati fuerant, figno quo conuenerat reuocati, nauibufque actuariis, quas Cæfar in id loco expedito reliquerat, excepti, Pompeium fubsequuti sunt. Calariani autem applicatis ad muros scalis; vrbena milite vacuam occupant : peruenientelque ad portum duas forte cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, capiunt. Cæsar omnibus vndique nauibus militibulque Brundisium conuenire iussis constitutis in Italia rebus, quindecim millia legionariorum & quingentos equites in Græciam transuexit : reliquos ibi cum M. Antonio, vt & cos prima D oportunitate transmitteret, reliquit. Sed quum Libo vnus ex Pompeij Præfectis cum quinquaginta nauibus ad impediendum Cælarianorum transitum profectus, infulam portui Brundisino obiectam (Sasonem yocant) occupaffet; Brundissum quoque obsidere instituit. Ibi aliquamdiu inter Antonium & Libonem certatum est; donec Libonianis ab Antonij equitibus qui vndique per litus dispositi crant aquatione prohibitis, Libo oblidionem omilit: Antonius autem conspecto mari à nauibus hostilibus vacuo cum reliquis copijs ad Cæsarem traiecit. Cùm cam ciuilis belli tempestatem Brundifini euasisfient; rursus in graviores

A grauiores calamitates post cædem Casaris inciderunt. Exorto namque inter Cælarem Octauianum (qui poltea Augustus appellatus est) & Brutum Cassiumque bello, Domitius Ahenobarbus qui partes Bruti & Caffij sequebatur, assiduis incursionibus agrum Brundisinum vastauit: ita ve ne victis quidem pugna Philippica ab Cæsare Antonioque sociis defilteret, quin infestum incursionibus agrum Brundisinum faceret. Accessit insuper, quod & Antonius postea cum Casare dissidens, accito in partes suas Ahenobarbo Brundissum venit, Quem vt Brundissi viderunt, memores cladium ab illo acceptarum porta clauserunt. Antonius se excludi indignatus, ceruicem qua vrbs continenti iungi-B tur fossa muroque obsepsit. Sinum quoque ipsum & quas complectitur infulas crebris castellis insedit : vrbemque oppugnare iam parabat: led reconciliatis inter le amicorum opera Cælare & Antonio Brundifini obfidione liberati funt. Brundifium fecundum longitudinem meti-, tur Ptolemæus partibus quadraginta duabus & semis, latitudinem se-, ptemtrionalem partium triginta nouem cum besse. Inter Brundisium & Arpos vrbes celebrioris nominis ad mare adiacebant; Rhudia Ennio alumno clara, Egnatia, Barion, olim Iapyx, Canufium ad Aufidum flu- mia fre e. uium; Salapia, Sipus, Apeneste, & Hyrium, mons Garganus amnes Cerbalus, & Frentus.

ΑΡΠΑΝΩΝ.

С

ARPI AEtolorum Colonia.

ELETA post decimum obsidionis annum à Græcis Troia, ANDE quum duces victores ad sedes patrias remearent; Diomedes AEtolorũ rex, AEgialeæ adulteræ vxoris conspiratione regno pulsus, cum iis quos ad Troiam secum habuerat militibus

Italiam petit. Ibi gentes Monadorum & Dardorum, arma fibi inferre aufas, prœlio victas extinxit, vrbelque ipforum duas Apinam & Tricam funditus deleuit. In agro inde ab hoftibus capto cum fedes figere statuisfer; plures in eo vrbes & vnű pręcipui nominis Argos Hippium condidit: huius AR003 vrbis potentiam cum plurimum auxisser, ad AEtolorű regnum recipiendum reuocatus, moritur. Ceterúm vrbes ab eo condite, per vicinorum Barbarorű commercia, in Barbaricos penè mores & ritus abierunts AR07 ab is Argos Hippium, primum corrupto vocabulo Argyrapa; postmodum & aros appellatum est. Enimuerò adeo huius vrbis potentia in ualuit, vt finitimos populos à se Arpanos cognominauçrint : & vebem Salapiam condiderint. Orto inde inter Romanos & Apulos bello, Arpani sacuum

quum ¯

ABPANT Roman dedisi.

XXIV.

T. Lining

deinceps.

Romani

recepti.

Strab.

Gnz.

quum Apuli victi in Romanorum se potestatem dedidissent, corum de- A ditionem & Arpani, qui partem Apuliz tenebant, sequuti sunt. Mansit itaque aliquamdiu inconculla Arpanorum erga Romanos fides : donec victis ingenti prælio ad Cannas ab Hannibale Romanis, proditione * Cafij Al- * Caffij Atinij, qui gentis Arpanorum longe primus erat, in potestatem mio logo, lib. Hannibalis traderentur. Ceterum Atinius postquam secus ac putauerat rem Romanam reuirescere; econtra labescere Hannibalis Pœnorumque potentiam cerneret, clam nocte cum trium tantùm seruorum comitatu in caltra Romana venit; promittens fi fibi ea res pramio foret, lib.xx1v. feet. X L V. Arpos se Romanis proditurum. Quod postquam Fabius Consul ad con-Gruter. ch filium retulisset; multi transfugam vt perfidum aspernabantur; necandumque vt proditorem & infidum censebant. Contra ca Consulis pater Fabius, Atinium in libera custodia vsque ad finem belli seruandum cenfuit : tum demum confultandum, vtrum prima defectio pœnam; an reditus præmium mereretur. Reliquis itaque Fabio affentientibus, Atinius Cales in custodiam missus est. Fabius admotis propius vrbem castris, Arpos oppugnare instituit. Situm inde vrbis ex propinquo contémplatus, qua parte tutissima erat, quia minus custodiebatur, oppugnare instituit : comparatilque omnibus haud impigre, quæ ad vrbium oppugnationem vsui essent, fortuna etiam insperata virtutem diligentiamque Confulis adiuuit. Imber denfissimus nocte media coor- Ç tus præterquam quod custodes, vigilesque ab stationibus dilapsos fugere in tecta coëgit; sonitu etiam largioris procellæ, strepitum portam demolientium exaudiri prohibuit: ita vt Conful paullò ante lucem, non sentientibus opidanis, per effractam portam in vrbem irrumperet. Tum deman exciti somno holtes sunt, imbre iam conquiescente. Præsi-ARPIA dain Punicum intra vrbem quinque fere millium armatorum erat: & ipir Arpani tria hominum millia in armis habebant. Concurium primo in cenebris, angustijsque, postea cum illuxisset colloquia inter A rpanos, Romanolque fieri cœpta : Arpanilque se purgantibus, ac Prætore Arpanorum à suis ad Consulem deducto, fideque inter signa aciesque data; Arpani repente arma pro Romanis in Pœnos-conuertune. Hifpani quoque, qui paullo minus milleArpis.erant, nihil vitra pacti, quàm ve line fraudo Punicum emitteretur præsidium, signa ad Romanos tran-Halestint. Ita Arpi fine clade vel calamitate vilius, præterquam vnius veteris proditoris & noui perfugæ, Romanis restituti. Ceterum quum bello Italico; quod ab multis Sociale vel Marficum vocatur, Arpani iterum reliqua A pulia à Romanis defecissent; ab C. Cæcilio Metello Ingenti pugna victi : in deditionem venerunt. Quæ deinceps fortuna vebis fuerit, & quomodo Strabonis ætate nihil præter ruinas ex ea supercaun fuerit,

ľ

Digitized by Google

A R P A N I.

ANCONAE.

305

A fuerit, traditum memoriæ non exstat. Tertium Arpanorum numisma Numisima. aprum quod AEtolorum fuit infigne exprimit, cuius dorso imminet venabulum, quo verifimile est Arpanos originem suam ab AEtolis posteritati testatam voluisse. Littus inter Anconam & Arpos accolebant vrbes Buca, Istonium, Ortona, Cupra maritima, Firmum & Hadria: vnde mari Hadriatico nomen, Truentum cum eiusdem nominis fluuio, Potentia, & Nomana. Iam amnes le hic in mare exonerabant Tifernus, Sarus, Aternus, Fiternus, Vomanus, Bathiuns, Apernus, Matrinus, Potentia, & Muscius.

ΑΓΚΩΝΙΤΩΝ.

ANCONA, Syracufanorum Colonia.

v м Dionyfiorum patris & filij Tyrannide premeretur yrbs Syraculana, plurimi Syraculanorum, vel quibus crudelitas eo. rum odio erat; vel qui offensos metuebant, spontaneo exsilio patriam reliquerant. Ij in Italia ad Cumerum promontorium AN CON A.

appulsi, costiderata loci opportunitate, vrbem ibi inter duo promontoria enbisis for condidêre; ita vt vrbs in ipso litoris circumflexu cubiti formam referente si-ma dista. ta effet:vnde etiam nomen ei impositum. Græci namque eiusmodi eur-

uitates aixavas vocant. quam opinionem confirmat & numismatum auctoritas, in quorum aduersa parte cubitus exprimitur. Iuxta Anconam pars or a prominens ingentem ambitu portum complectebatur, qui obiectis vtrinque promontorijs præmuniebatur. Ceterum cum tempestatibus procellisque marinis obnoxius esser, obiectis à Cæsare Traiano molibus que maris impetum refringerent, tutior est redditus. Ager Anconitanus frugibus & vino (quod à palma forte fimul enata Palmefium vocabatur) fecundus erat. Inuenio quoque Anconitanos Venerem sanctissime coluisse; atque huic Dez zdem pulcherrimam intra vrbem fuisse exstructam. Ancona quasi terminus erat intra Italicas D Galllicasque gentes. Quo autem tempore in potestatem Romanorum peruenerit non traditur: quantum verò coniectura affequi licet, bello id Picentino accidisse verisimile est: Ancona namque inter Picentinos

cenfebarur. Picentini quum bello Italico fiue fociali iterum contra Ro-à Cefare manos rebellassent, rursus ad imperium armis redactifunt. Anconam Cultare quoque à Iulio Cafare captam cum in Pompeium Magnum moueret, Epif. ad tradit in familiaribus ad Tironem epistolis Cicero 1 & ipse Cæsar in Casar lib. I. commentarijs suis de bello ciuili. Coloniam quoque Anconam dedu-ANCONA ctam agrumque limitibus Græcanicis, militibus fuisse assignatum Colonia. obleruo. Plinius scribit Anconam Cumero promontorio oppositam III. Na.s. fuiffe,

Qq

PISAVRI.

fuisse, in iplo flectentis sele or z cubito. An con z longitudinem Ptole- A mæus prodidit triginta sex partium semis, latitudinem verð quadraginta trium partium cum besse. Inter Anconam & Pisaurum vrbs erat Senogallia; amnes AEfis & Metaurus.

ΠΙΣΑΥΡΙΩ Ν.



PISAV RVM opidum. PISAT

Iinins lib.

Epigram.

tuit, &c.

ifte tuus

flatua.

E huius vrbis origine, incrementis, rebulq; gestis altum apud auctores filentium est. Græcos tamen conditores fuisse ex numismatibus patet. Nomen vrbí à fluuio lsauro quo Arimi-B num versus alluebatur, factum inuenio: eamque haud procul ab Hadria vrbe fitam fuisse. Quo autem tempore *Pisaurum* in potesta-. xv x Colo- tem populi Romani peruenerit, non traditur. Coloniam ed deductam ciuium Romanorum, ijlque lena iugera in lingulos allignata; Triumuiros item Q.Fabium Labeonem, M. Fuluium Flaccum & Q. Fuluium Nobiliorem deduxisse, libro tricesimo nono tradit Liuius. Fuit in co Colonorum numero Actius Tragædiarum scriptor, & ab eo fundus, qui ipfi circa vrbem obuenerat, Actianus denominatus est. Velleius Paterculus prodit quadriennium poltquam Bononia deducta erat, Pifaurum ac Potentiam deductam. Pisaurum ab Antonio Consule post cædem c Cæfaris armis ítipato iterum fuisse deductum, argumento est, quòd Plutarchus teltis idoneus in Antonij vita prodat, paullò ante præhum Actiacum Pijaurum opidu non longè ab Hadria, quò Antonius colonos adscripserat; terræ hiatu labefactatum fuisse. Pijaurum quoque publicis *11. fed. 27 Populi Ro. beneficijs ornatu fuisse ex Liuio constat : qui à Fuluio Flacco Confule viam ad Pilaurum víque filice stratam; & templum Ioui in vrbe ab eodem fuiffe exstructum prodit. Acculatur apud antiquos scriptores Pifaurum ob aëris corrupti, Augusto potissimum mense, graues & pestiferos halitus & euaporationes:víqueadeo vt ciuium paucisimi quinquaginta annorum ætatem ferant. adhæc quod æstuante Sirio quotannis D infantes magna cum frequentia ob aëris putredinem efferebantur. Hinc Nemone 19 Catullus ad Iuuentium scribens, Pisaurum vt moribundam sedem vitumanto po- perat. Hospites enim ibi, vt statuas inauratas, aëris inclementia statim Przecerguam pallescere. Pifaurum Ptolemæus, assentientibus etiam antiquis scriptoriitte tuus moribunda bus, Gallis Senonibus asscribit: certè vltra Italiæ terminos, quos Romani à lede P.- fuo imperio asseruerunt, situm fuisse inuenio. Ceterum quum hanc pes inaura- quoque regionem, quæ inter AE fim & Rubiconem erat, Romani imperio suo adiunxissent, exstincto Senonum (qui Romanos grauissima frequenter clade vrbemque incendio vastauerant)nomine eandem propter affini-

Digitized by GOOGLE

A affinitatem Vmbriæ attributam fuisse facile crediderim : siquidem video strabe lib Strabonem Vmbriam AEsi & Rubicone fluminibus, tum Ancone & Arimino opidis terminafle: atque in ea Ariminum, Senam, Fanum & Metaurum, quæ Senonum antea fuerant, numerasse. Valerius-quoque Maximus tradit; Asdrubalem à Nerone & Salinatore in Vinbria cassum; quos ad Senam & Metaurum pugnasse constat. Pulsos autem ex agris Senonis, & cò ciues Romanos esle translatos, multis mihi argumentis ac coniecturis perfualum eft: primum quod obseruo Catonem (vt scriptum eft plin.1.11) apud Plinium)memorie prodidifie, in hoc tractu Senones qui Romam in- Nat. Hift. cenderant, funditus interiisse: deinde, quod colonias duas in corum agro à Romanis collocatas video; Senam videlicet, pulsis statim Gallis, vt Polybius ait: & Ariminum, de quo iam dicturi sumus, anno cccclxxxv. P. Sempronio & Ap. Claudio Coff. Huc accedit, quod rogante C. Flaminio Tribuno pl.anno DXXI.latum est ad plebem, de agro Gallico cis Ariminum diuidendo. Pifauri longitudinem Ptolemzus xxv. partibus cum triente; latitudinem x L111. cum dodrante definit.

ΑΡΙΜΕΙΝΕΩΝ.

V A B fuerit vrbis Arimini origo, aut quo tempore & à quibus Arimini origo, aut quo tempore & à quibus Arimini origo, aut qui ab Arcadibus conditam credant, iis qui in Latio olim cum Euandro colonias deduxerint; partemque aliquam Arcadum in oram Hadriaticam pe. netrasse, & Ariminum vrbem; cui nomen ab Arimino flunio fecerint, Antare condidifie:argumento effe quod numifmata Ariminenfium Pana, peculiarem Arcadiæ Deum cum disparibus fistulis exprimunt. Quorum opinionem, vi infirmare nolo: ita nec oppugnare decreui : quum alij illud Panos symbolum ad agros in toto Ariminensium tractu compascuos & ferciliffimos, & maximam gregum armentorumque in iildem frequentiam referre malint. Arimmum namque in planicie amœnissima situm P fuit:atq;à meridie fructiferară arborum filuis, magno cum fructuum & vini proventu, ab oriente agris compascuis; ab occidente annonæ & frugum copia luxuriabat:à feptemtrione mari Hadriatico abluebatur. Quznam verò huius vrbis fortuna, quòdve fatum fuerit, antéquam deletis in ca regione Gallis Senonibus in potestatem populi Ro. veniret, nobis in obscuro est. deductos eò colonos P. Sempronio Sopho, Ap. Claudio Anti Coff. Paterculus & Epitome Liuiana testantur. Atque eam vrbem siuc Ionia. coloniam Iuris Italici deinceps fuisse argumento est; quod cis Rubiconem flumen, qui Italiæ terminus erat, primum occurrebat. Termini namque Prounçiz Galliz, ve meminimus, à mari supero Rubico; ab infero Qq 2

Suet. in

Cafare cap

31. 0 82.

Luca. lib.1

pacem te-

merataque

iura relinquo, & c.

NVM CO

Appian.Alexan.l.II.

Bell.Cinil.

ARIMINI. infero Arnus erant : quæ res effecit vt primis temporibus ; quemadrão- A dum Pisa pro Liguria; sic Ariminu pro Gallia communi sermone vsurparetur: cuius rei auctorem habemus Liuium; qui libro, x x v111 ita scribit: Vrbana Provincia Seruilio obtigit; Ariminum(ita Galliam appellabant)Sp. Lucretio. Rubiconem verò fluuium, Italiz ad Galliam Togatam finem fuisse, testimonio est nobilissimum illud Ciceronis in Antonium. An, inquit, faciat Dt exercitu citra flumen Rubiconem, qui finis est Gallia, educeret? Calarem autem intellexit, qui cum cohortes suas, vt ait Suetonius, ad Rubiconem prouinciæ suæ terminum consequutus esset, reputans secum quantum moliretur, conuersus ad proximos, Etiam nunc inquit, regredi po fumus, Quod fi belli Phar*fal.v.*225. Hic ait, hic ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. Quod & Lucanus multis B post annis carminibus suis est prosequutus : eandemque Ariminum primum opidum è Gallia in Italiam venientibus occurrisse videor satis diserte ostendisse: quum versibus suis per enumerationem colligat, quoties fortuna Romanos lacesseret, hâc semper hostibus ad bellum iter suisse: ita Ariminenses Senonum motus expertos; inde Cimbrorum furores & impetum; antea etiam Punica duce Hannibale arma ; vti post multos annos Teutonum; postremo & Cæsaris bella ciuilia mouentis. vsqueadeo vt eadem vrbs variis belli cladibus, & imperio Romano fatalibus femper lacossita fuerit; denique etiam in partem militarium Coloniarum vene-Ionia mili- rit; quum Trium viri post victoriam Philippensem rerum potirentur : C cuius rei non solum Appianus testis est, verum etiam antiqua id Inscriptio cofirmat, que Patronam Colonia Arimini memorat. Arimini Senonum vrbis longitudinem Ptolemæus trigintaquinque partium; latitudinem quadraginta trium cum dextante circumscribit.

> FErum ab Arimino extremo Galliz Togatz termino ad viteriores in Septemtrionem & occasum Galliæ terminos, qui citra vltraque Alpes secundum ius imperij Romani extendebantur, pro-

BALLIAB Cifalpina termini.

mons.

grediamur.GALLIAE autem nomine hoc loco, ad Romani potius iuris consuctudinem, de qua post dicam, quàm ad veritatis rationem apte ap- 18 pello quidquid montium, camporumque mari Ligustico; fluminibus Arno, Rubicone, Formione, Hadriatico finu & conuexa ipla prope Alpium crepidine continetur. Mare enim à meridie est : Alpes à Massilia prope in in orbem per vada Sabatia, Taurinos, Salaffos, Rhetos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Aquileiam & Tergeste vique in finum Hadria-, ticum du citz, Occidentis & Septemtrionis partes tuentur, sinus ipse cum, duobus, quæ dixi, fluminibus partem orientis definit. Hanc mediam. Apenninus fere discriminat Apenninus mons, & flumen maximum Radus Apenninus ab codem fere vnde Alpes initio exfurgens, ad mare vsque Hadriaticum & Se-032 3.4 2 Ē

Digitized by Google

GALLIAE CISALPINAE.

& Senam opidum porrigitur. Padus ex Alpino quodam in Vagiennorum Ligurum finibus Ve/uli montis fonte erumpens, longo per medios campos tractu multis in finum Hadriaticum oftijs ses exonerat. In eundem ex Apennino non minimi nominis flumina octo; ex Alpibus vero vndecim influunt, Quonia autem in multas nationes hæc quam descripsimus regio distributa est; in Ligures, Gallos, Venetos & Carnos; de singulis quàm breuissime poterimus, ea quæ ab Antiquitate desumsimus paucis complectemur. In agro Gallorum Cisalpinorum describendo Boiorum tantum, Infubrum & Cænomanoru meminero: quòd reliqui, quantum ipse coniectura consequi possum.

nes à Romanis, bello deleti fuisient. Hi verò ab ortu Solis Senonibis, five Rate Polybio, ab occasu Liguribus Gispadani ad Trebiam adhæserunt:
 meridie quidem Apennino; à Septemtrione Pado inclusi. Quod cum ita fit, apparet opida corum fuisie vitra Rubiconem ad mare Rauennam, instit s Lassam, Forum Liuuj, Fauentiam, Forum Cornelij, Claternam; Bononia, Mutinam, Campos Macros, Nuceriam, Khegnum Lepidi; Parmam, Brixillum, Fidentiam, U Placentiam: vitra cam est Trebia. Pulsis autem per varia tempora Gallis pleraque Romanos occupasse, deelarant frequentes corum Coloniæ; Bononia, Mutina, Parma, Placentia, Cremona. Ostendit & nomen Togata Gallia, (fic enim hæc regio postea est appellata) quod ab co ductum vi-moeata.
 c detur, quòd ei Prouinciæ toga Romana vius concessiones tenuerant; Inde autem & Boiis, qui finitimi erant Senonibus exturbatis, idem nomen communi-

catum puto.

Sequitur vt paucis de Liguribus agamus. Inuenio itaqué Ligures , 'qui LIGVE 5 cis Alpes habitabant in duas partes fulfle diffractos ; Tranfapenninos & Cifapenninos. Tranfapennini fines à meridie mare Ligusticum; à Septemtrione Apennini iugum ab Oriente primum Macram amnem ; post impetu in Etruriam facto Arnum; ab occasu eiusdem Apennini & Alpinini congressum ad Niczam habuerunt, Atque ex his alij Montani, alij Mariti-

De mi appellati. Montani, vt in veteribus rerum Italicarum Commentariis fcriptum eft, à Nicæa vhde Apenninus attollitur, víque ad fontes Mactae pertinuerunt: à Macra autem víque ad Arni fontem Ligures Apuani. Mapolyd. 1111 ritimi verò à Massilia, vt ait Polybius, víque ad Pisas, quod primum opi-Hist.cop. dum ex Liguribus in Tulcos cunti occurrit: quamquam illud etiam PISAB. Trogus in Liguribus, vt ea ferebant tempora, collocarit: Ceterum à Apud Iustinum th. Pisso pido Romam víque Etruria pertinebat; hoc est, vti ego ex Polybio XIII. Buctore nulla in re contemnendo interpretor ; inter Arnimi Tibérimque cap. XXXII. fumina concluditur.

Qq 3

ETRV-

Digitized by Google

309

ETRVRIAE. TRVRIAM, que olim Tyrrhenia dicebatur, ab antiquis in tres par- A

tes diftinctam inuenio, quarum vnam Maritimam appellarunt: alte-

ATRVS-CORVM concilinm. 310

gua G Tyrrhenia.

CO \$4.

FALISCI.

x.c.

ram Cisciminiam, tertiam Transciminiam. Maritimæ opida à Tiberi ad Arnum progredientibus secundum oram maritimam obeuntibus; aut non longe ab eadem diuertentibus hæc occurrebant: Phregene, Alfum, Care, Pyrgi, Sabate opidum cum lacu, Castrum nouum, Tarquinij, Gramijca, Cosa, de qua paullo post latius acturi sumus; itidem Volca, Telamon promontorium, Labro, Populonia, Volaterra; & vnde initium sumsimus, Pifa. Cifciminia omnem regionem cis Ciminium montem continet; quz est inter Tiberim regionem maritimã, & iuga Ciminia; quo in spa-E IRII, tio crant, Veij, & de quibus ex ordine prosequemur, Falerij siue Falisci, Ca. B perra, Nepet & Sutrium, lacus Ciminus & Vadimonis. Transciminia, vt cft in Epitomis rerum Italicarum antiquis, à iugis Ciminijs ad Pistorium pertinuit, atque opida habuit Ferentiam, Troffulum nouem millia paffuŭ citra Volsinios, teste Plinio, Bleram, Cortonossam, Contenebram, Salpinates, Clusium, Rusellas, Senas, Fluentinos, qui & Arnienses dicebantur, Fasulas, Pistorium, Stollates, Arretium, Crotonam, lacum Trafimenum, & Perufiam. Quemadmodum autem Latinorum, sic & Etruscoru commune quondam Concilium suit ad Fanun Volturna: quo in loco duodeeim Etruriz per ca tempora principes populi de fumma rerum confultare ac de bello paceque statuere soliti funt. Fuerunt autem vi accepimus hi, Veientes, Carites, Falisci, Vulinienses, @ Clufini, Perufini, Arretini, Rufellani, Volaterrani, Populonienfes, Pifani& Fafulani. Vt autem quique ex his proximi vrbi Romz fuerunt, ita primi bello Romano tamquam continenti quodam incendio conflagrarunt. Proximi autem fuêre Veientes, quorum agrum Tiberis à Crustumino & Fidonate (qui in Sabinis funt, vt ait Plinius) diuidit, duodecim passuum millibus procul à Roma. Cum his ergo primùm acie decertauit Romulus, cum pro Fidenatibus confanguineis suis arma cepissent, cosque prœlio fulos, ca agri parte quæ Tiberim attingebat & septempagi dicebatur, ecterilque que sunt ad fluminis oftium locis, tefte Dionyfio, multauit. Eosdem deinde sepius rebellantes reliqui ferè omnes, qui Romulum se- D thim 16. cutiliant, Reges denicerunt : e quibus Ancam Martium tradit Liuius, filua Mæsia Veientibus ademta, víque ad mare imperiú prolatasse, atque Offiam in ore Tiberis condidisse. Inde verò regnante Prisco, reliquam Erruriam belli Romani contagione arsiste in Dionysij historia scriptum invenio, sum quinque Etruriz populi arma cum Latinis innxissent: cosque ad Erecum in agro Sabinoru proelio victos leges pacis accepisse. Postea C. Iulio. Q.Fabio Cost. Veientibus agrum Ro.populantibus, ned res reddentibus bellum est indictum : idque per octo annos continuos geftum, quo bello trecenti & fex Fabij, qui fibi hoftem illum depopolee. rant,

Digitized by Google

FALISCORVM. A rant, ad Cremeram amnem deleti sunt. Deinde L.Quinctio, Mam. AEmilo, L. Iulio Tribunis militum consulari potestate, Fidenates legatis cccxv. Romanorum interfectis ad Lartem Tolumnium Veientium regem defecêre; Veientibusque arma capientibus, Falifei de quibus ex ordine scribemus, sele adiunxerunt.

FAΛΕΙ N. Ω

FALISCI Argiuorum Colonia.

B

GAMEMNONE Mycenarum & Argiuorum rege Clytemnestræ vxoris adulteræ, & AEgysthi adulteri insidiis cæ-6, cum AEgysthus regnű, quod per scelus inuaserat, Tyrannide & crudelitate premerct; Halefus Agamemnonis ex Brifeide, vti quidam, vti alij ex Clytemnestra, filius, (alij aurigam ipsius fuiffe tradunt) AEgysthi szuitiam veritus assumta voluntariorum & clientium ex Argis manu in Italiam profectus, cum ad Massicum monte confediffet, postea ibi vrbem condidit:vrbique & genti à se nomen fecit. Ha- FALISCA liscamenim vrbem, & Haliscos ab Haleso auctore & conditore prius dictos condita. c tradunt nonnulli; qui postea Falisci vocati sunt, aspirata in F. digamma dum nome. AEolicum commutata; eadem ratione, qua Dionyfius ttadit priscos Grecos conflicuisse nominibus à vocali incipientibus præponere digamma illud F.additus ad lineam rectam duabus obliquis:ita vt pro erennous din G., ävaz,ävnp proferrent, Ferenn, Foix @, Favaz, Favnp, & multa similia, cai

fuffragatur , quod & in numifmatibus antiquis ${
m FAAEI}\Omega{
m N}$ non per Φ fed F digamma loco afpiratæ præpofito fcriptū videmus. Halefus autem yti noui ciues originis suz admonerentur, templum Iunoni, Argiuo illi fimile erexit; in quo ijdem facrorum ritus annui obferuarentur; effent facrificiorum similes quoque apparatus, & cultrices templi sacrificula, & D puella innupta, quam Canephoron appellabant, sacrificium anspicari solitaj præterea chori virginű , quæ in veste alba quàm poterant splendidissime cultæ incedentes carmen patrium in laudem Deæ canebant: ac vias qua-

cumque sacerdotes cum victimis reliquoque sacrificij apparatu incederent, vestibus floribusque sternebant. Capram autem in templum illud Iunonis inferre nefas erat. Halefus postqua vrbem ab se conditam optimis legibus inititutilque ornaliet; auxilium Turno Rutulorum regi aduersus AEneam & Troianos ferens, in prœlio occubuit. Post eius mortem Falisci cum aliquamdiu libertate potiti fuissent; in ius tandem ditionemque Etruscorum; qui maximam Italiæ partem olim armis domuerunt, concel-

3**1**1

FALISCORVM

concessêre; & inter duodecim Etruriz populos deinceps annumerati sunt A Vrbi tamen gentique Faliscorum, sux leges suaque instituta permansêre. Duas præcipui nominis vrbes Falifeis fuille quidam tradunt, modico à se internallo distantes, quarum prior Falisca sine Faliscum à conditore, vti iam diximus, appellata fuerit: altera Faleria stuc Falerium à Falerio Argiuo Halessi comite nomen sortita. Aliis placuit Falerium opidi nomen eile, gentem verò Falifcos dici. De Falerio addit Dionyfius Halicarn. etiam suo sæculo quamuis à Romanis habitaretur, scintillas tamen Pclaígici generis feruasse; multaque moris Græcanici longissimo tempore apud Falerios perdurasse; vi armorum ornatus, hastas & clypeos Argolicos: facrorum quoque apparatus, ædes Deorum, expiationes, facri-B ficia & multa fimilia. Ager Faliscorum quamuis multa sui parte afper & montolus, lætissimis tamen pascuis abundabat; & lino admodum fœcundus erat. Perlabebatur Faliscorum regionem Clitumnus amnis, co miraculo celebris quod eius aquæ potæ albedinem armentis inducerent. Nihil quod memoria dignum fit, à Falifcis ante annum ab vrbe condita CCCXVI geltum: hoc demum anno locietatem Lartis Tolumnij Veientium Regis, & Fidenatium fequuti, arma Romanis intulerunt. Aduersus quos Mam. Aimilius Dictator ab Romanis missus, ingenti eos prœlio ad Nomentum cælo inter ceteros Veientium Rege superauit. Sequenti inde anno, Consules Romani agrum Faliscum ingres- c fi, quum intra muros se contineret hostis, omnia latè depopulati, quod FALISCO- peltilentia Romæ sæuissime grassaretur reuocati, pactis cum hoste inducuis legiones ex agro Falisco abduxêre. Quieuêre inde Falisci vsque ad annum ab vrbe condita CCLI.quo anno inita cum Capenatibus focietate, castra Romanorum, qui tum Veios circumsedebant, inuasêre; ipfis fimul Veientibus eruptionem facientibus : ita vt hinc Veientes, inde Falisco prementibus conuersa in aduersa Romanorum legiones, alia aduersus Faliscos & Capenates, aliz aduersus Veientes erumpentes depugnarent. Sed dissensione M.Sergij & Verginij Tribunorum, qui priua-Annalium. tis interse odiis dissidebant, ac binis quæ Romani ad Veios habebant D castris, hic maioribus, ille minoribus præerant, factum est, vt dum Scrgius, cuius caltra holtes oppugnabant, opem ab inimico per arrogantiam petere dedignatur; Verginius verò pari pertinacia auxilium collegæ laboranti vltrò submittere differt, Falisci interea, Capenates ac Veientes castris Romanorum paucis effugientibus potirentur. Quæ clades vbi Romæ accepta est, Sergio & Verginio propter mutuas discordias Magistratu abire iussis, alij in locum illorum creati ac Veios missi, Falifos Capenatesque magna cum cæde castris ciiciunt. Falisci nouis statim copiis conscriptis accitisque Capenatibus, cum rursus castra Romanorum aggrede-

Digitized by Google

x v 1.pd/t R.C.

An. CCC-

312

RVM adnerfus Romanos Tes gesta.

Linins lib. 1v. 👉 v.

T. Linin lib.v. feðt. XíX.

FALISCORVM. A aggrederentur non fine strage repulsi, pluribusque inde alissuper alias cladibus fracti, auxilium à communi Ecruriz concilio ad Veientes obsi-T. Linins dione Romanorum liberandos per legatos periêre: Verum Etrusci cum 1. v. Annal. prius Veientibus hoc negassent, se ne cune quidem aduersus Romanos auxilia missuros responderunt : si qui tamen ex iudenture sua voluntarijad bellumire velint, non prohibituros. Eo cum responso regressis domum Legatis, ingens voluntariorum numerus ex Etruria ad Falileos accellit: quorum accellione aucti Falilci, accitis Capenatibus, in Romano's mouerant. His L. Titinius & Cn. Genutius Tribuni militum tum exercitu obuiam facti, dum fortiùs quàm cautiùs pugnant, in infidias præcipitantur. Genutius fortiter pugnans occubuit. Titinius collectis ex multa trepidatione militibus in editum tumulum coafit. Ea clades Romam perlata, quum maiorem quàm pro re terrorem fecifiet, M. Furius Camillus Dictator dictus est. Is cum P. Cornelio Scipione Magi- Anno v. c. stro equitum profectus, ac Faliscos in agro Nepesino cum Capenari- coccuvin bus adeptus, coldem magna itrage fudit; fimul ciam cattris exuit: in- capit. de & Veios cepit. Post biennium inde Romani Camillum Tribunum militum creatum rursus contra Faliscos misêre: qui statim cum exercitu agrum Falifcum ingretius, castra haud procul ab vrbe Faleria posuit. Tenebant le prius mœnibus Falisci donec populationibus agrorum & villarum incendiis irritati vrbem egressi in aperto castra locarent:ita tamen vt præ metu Romanorum haud longiùs quàm mille paffus ab vrbe progrederentur; loco quàm caftris ceperant aspero vndiq; & prærupto fidentes. Ceterúm Camillus moris noctu castris dum Falisci castris suis egressi in Romanos castra in superiore tumulo munientes opus impedituri impetum faciunt, fusis sugarisque, ac præter caltra propria in vrbem compulsis Faliscis, castra etiam illorum cepit. Circumsideri inde vrbs & munimentis claudi coepta est, cumque leuibus interdum per eruptionis occasionem proelijs tempus tereretur, neutro inclinante spe, maxime cum frumentum aliaque necessaria largiùs obsessis quàm D oblidentibus suppeterent; videbatur hæc obsession non minus diuturna, quàm ad Veios fuillet, futura, ni cafus infperatus Imperatori Romano tidei integritatisque opinionem & maturam simul victoriam peperisser. Quum moris effet apud Faliscos codem liberorum præceptore ac pæda-T. Linim gogo vti, Falerij lub vno ludimagistro pueri fimul complures, & in his nalium, ctiam principum liberi erudichanuit. Is com in pace confuesset puetos seriptor de sur cura commisso, ante vrhem lusus exercitationisque caussa produ-in Camillo cere; & ne in bello quidem cum morem intermitteret; actidit, vt dum va- cop. 23 que-tiatis fermonibus & lusibus pueros solito longiùs à porta trahit, fimul & olime ex intra hostium Romanorum stationes, deinde in castra, denique & in Alphio Anite prætorium Rr

> JOOGle Digitized by

21 3

хсvı.

V I I.

cap.43.

XCVII.

FALISCORVM.

prætorium perduceret: puerolque coram Camillo adducens addidit;Falerios le in potestatem Romanorum tradidisse; quando eos pueros, quorum parentes summam rerum in vrbe teneant, ipsidediderit. Sed Camillus tantam hominis perfidiam exlecratus, spretum increpatumque, manibus à tergo reuinctis, ac detractis vestibus denudatum, pueris tradidit : virgas quoque, quibus illi proditorem vrberantes in vrbem agerent, dari jussit. Falerij tantam in hoste fidem ac justitiam admirati deposito statim omni in Romanos odio, legatos ad Camillum, deinde permissu Camilli Romam ad Senatum mittunt; qui Falerios atque vrbem ipforum in fidem potestatemque Romanorum dederent. Atque ita Faliscis in fidem receptis, quo plebs Romana eo anno à tributi onere leua- B retur, pecunia quanta in stipendium annuŭ militibus sufficeret, Faliscis Anno post Anno post imperata estiac pace concessa, legiones ex agro Falisco abductæsunt. Haud diu in fide perstitere Falisci, namq; C. Marcio Rutilo, & Cn Manlio iterum Coff.postquam occulte prius arma cum Tarquiniensibus socialsent;Romanisper fæciales res repetentibus non reddiderunt: nihil tamen Anno Vrbis memorabile ab iis Confulibus contra Faliscos gestú: sed anno insequen-CCCXCti, quo M.Fabius Ambustus, & M.Popillius Lænas vterque Coff. ite-Linus lib vii Annal. rum fuêre, Fabio bellum contra Faliscos obuenit : qui cum Legionibus in Faliscos profectus, à Faliscis Tarquinienfibulque cum instructo exercitu occurrentibus prœlio superatus est. Iniecerat terrorem turbauerat- e que infolita specie primo congressu Romanam aciem, quòd sacerdotes Faliscorum agmen suum eum facibus ardentibus, anguibusque prælatis inceffu furiali præcedebant.Sed postquam Consul, Legati, Tribunique milites, puerorum more vana pauentes, irrisissent, increpassentque, pudor animos à priore trepidatione in ferociam convertit; discussoque vano hostium apparatu ac facto in armatos impetu, funduntur, sternunsurque Falifei cum Tarquiniensibus : tota denique acie in sugam compulla etiam castris exurti funt. Hac clade irritati potius quàm fracti ani-Anno Vrlis mis Falisci, totam in Romanos concitant Etruriam; ingentibusque Etruscorum copiis aucti ad Salinas custrametantur. At C. Marcius Ru- D Linius lib. tilus Dictator in hos profectus, ancipiti primum prœlio certauit; fed ▼11.*6.*47. acriore impressione facta, auersis in fugam hostibus castris etia ipsorum potitus est. Ita Falisci accisis rebus suis, trepidi intra fines suos se recepetunt : allidua inde agrorum vastatione coacti pacem supplices ab Romanis petierunt, impetraruntque. Eam pacem quum integra aliquam-PAX inter Ralifeor & din fide coluissent, rurfus L. Papirio Curfore, Sp. Garuilio Coff. arma Anno v.c. cum Etruscis aducrsus Romanos sociatunt. Contra co missus Consul Sp; Carnilius, Faliscos multis cladibus fractos pacem denuò petere coë-CDLX. git. Rebellasse inde iterum Faliscos post bellum Punicum secundum & cum

A & cum iis duce A. Manlio Torquato Confule debellatum este inuenio. Anno Vrbie Is namque ducto in agrum Faliscum exercitu, occurrentes sibi Faliscos prœlio fudit : deuastatoque agro Falisco exercitum ad Faleriam vrbem RIVM ca admouit, camque per vim captam euertit. Totum inde nomen Faliscum prum & fexto postquam venerat die in deditionem accepit. Manlium de Falis- * Vrbie com cis triumphasse Fafti Capitolini * testantur. Deductam ab Romanis in dita anno Falifcis Coloniam Iutioniam Faliscam inuenio; colonifque agros ab Triumniris affignatos: sed quo id tempore factum sit nobis ob scriptorum incu- Innonia. riam incertum est. Quia autem Falisci sub codem parallelo cum Coss maritima Etruriz vrbe a Ptolemzo recensentur, eadem fecit parallelo-B rum æqualitas, vt à Faliscis ad Cosanos maritimos Etruriæ populos

3,15

transiremus.

$\circ \Sigma \Omega N$ Κ

о s л м auctor eft Plinius Vulfinienfis, qui inter duodecim созля. principes Etruriæ populos recenfentur,ædificasse.De Vulfinien- 111. Nat. fibus itaque, vt Colanorum maioribus, pauca & explorata, vt Hist. cap. v. accepimus, in medium adducturi sumus. Captis Veiis L.Valerio Potito, M. Manlio Capitolino + Coff. nouum bellum cum Vulfinien- cccixi. e fibus exortum est: quo quum propter famem & pestilentiam exercitus Ro.duci nequiret; Vulfinienfes ob id animis clati, Salpiniatibus adiun- zinim 1. 4 Etis, agros Romanos vitro incursauêre. Itaque duobus inde populis bello se sos indicto cum Vulfinienfibus pugnatum. Fufa primo concurfu in fugam acie, octo armatorum millia ab equitibus Ro. intercluía, positis armis in deditionem venerunt. Vulfmienfibus bello feffis, ea conditione, vt res populo Ro.redderent, induciz in viginti annos datz funt. Obferuo quoque à L.Postumio Megello[#]Consule, traductú in Etruriam exercitú prin- ‡ Cos. Anni. cipio Vulfinien fium agrum vastasse; deinde cum Vulfinien fibus ad tuen- contration dos fines egreffis haud procul mænibus ipforum depugnaffe : duo mil- de co Lit.

D lia & ducentos Etruscorum cæsos; ceteros vrbis propinquitate tatos III. CDfuisse inde tres validissimas Etruriæ vrbes, Vuljinios, Perufiam, Aretium pa- Linime line cem petiisse; & vestimenta frumentumque pro militibus cum Consule mal. pactos, missis Romam oratoribus, indutias in quadraginta annos impetrasse. In fragmentis Tabularum Capitolinarum scriptum est, Ti. Coruncanium de vulsiniensibus & Vulcientibus triumphasse. Quod ideo hic adscripsi, quod Plinium prodidisse videam, Cosan Vulcientium Vrbem (quo lo- Nat. Hist. co aliis Vulfinienfium nomen substituere placuit)à Populo Ro. deductam. Pa- cosa ca terculus etia auctor est, Cosam & Pastun C. Fabio Dursone, & C. Claudio Ionia. Pastere. I.II. Canina * Coss. vrramque ad mare Etruscum; illam in Etruria, istam in * An. v. c. Campa- CDXC.

Rr 2

Plat. in Quintio.

* an.Vrbis

XXVII. CAP

±11- ,

DLVII

Stephanses de Vrbibus † Lin lib. XX111.initio aly Compfam ibi logans.

xxxv. fefti

Lin. libs XXXIII.c.9

Raph.Volaterrande libro V. Comment. Vrbaner Cl.Rutilins Itinerarij pag.6. Et defolatæ da Colæ. Rídiculum Verùm quod ad vrbis fitum pertinet, ex Strabone (vti & ex Ptolemzi cladis pudet, occ.

Campania, yt suo loco memorauimus, deductam; Plutarch. quoq; tradit . A Narniam & Cofam à T.Quinctio Haminino ante Confulatum deductas. Ceterùm octogefimo ferè quàm deducta fuerat anno L.Furio Purpureone, M.Claudio Marcello Coff. * Cofanis postulantibus vt fibi colonorum Lining lib. numerus augeretur, mille adscribi iussi funt; du ne quis post in eo numero effet, qui L. Cornelium, & Ti. Semproniũ Coff. hoftis fuiffet. Eft & illud observatione dignum, quod Liuius memoriæ prodidit, difficillimis Reipublicæ & belli Punici téporibus, recenferi Cofanos inter eos colonos, qui in fide manserunt.Nam quod idem Liuius prodit Cossanos ab Hannibale per fraudem interceptos; prosul dubio de iis hoc intelligendum, quos inter OEnotrios Stephanus recenfet.argumento eft, quod idem † scribat, B Hannibalem post Cannensem cladem, à Statio pollicente se Cossan traditurum, in Hirpinos ea occasione euocatum fuisse. mox rem gestam paucis in hanc fere scattentiam prosequitur. Coffanum fuisse nomine Trebium nobilem inter suos, sed factione familiæ quæ per gratiam Romanorum potentior erat oppressum, rem ad Hannibalem inclinasse, quem Cannensi pugna ferocem cum exercitu aduenire nunciabat, & vulgi fermonibus spargebat : Cossanos itaque ob metum Hannibalis vrbe excellille vacuam vrbem fine certamine occupatam, & præfidium Punicum acceptumi Coffam cum aliis aliquot Saminitium vrbibus, paullopoft tinine lib. à Q. Fabio Confule vi receptam fuisse. Idem Liuius quum sub Q. Fabio c Maximi filio, & Ti, Sempronio iterum Coff. prodigia quæ nunciata e-Anno Vrb. rant enarrat, inter cetera refert arma in Jouis Vicilini templo, quod in agro Colano erat, concrepuisse.quod vt de Cosanis Etruscis intelligi possit, facit Colanorum numilma quòd hic exhibemus : in co namque ab auerla parte aquila Iouis ales dextro pede contextam è lauro corollam, finistro sceptrum premit; non ambiguo symbolo louis numen in ea colonia in veneratione fuisse. Numisma autem istud ad Coloniam referendum iccirco nonnulli opinantur, quod ab aduería parte aut coloniæ alicuius magiltratum; aut certe Colam nouis colonis, vt ex Liuio memorauimus, auctam fuisse Triumuirorum symbolo exprimi credant. Sunt qui de D colonia quidem cum præcedentibus eadem opinentur; fed quod in numismate Tres viri ad iter accincti appareant, ad Colanorum calamitatem referant; qua ob foricum copiam sedes suas deserve coacti fint.vt à Volaterrano quoque memoriz proditum est.eam tamen fabulam à Rutilio Numantio poëta (qui multis ante 'seculis sub Honorio Augusto vrbis Præfecturam geffit)irrifam fuisse obseruo; nec verisimiliorem haberi mania fae- quam gruum cum Pygmæis pugnam multorum figmentis celebratam.

C O S AE.

quoque Tabulis)obseruo, Cosas haud procul à mari Tyrrheno exstitisse

in fina

LIGVRIAE.

тум 🌶 Nortmannie rum præsidio tenebantur, supplices quoque vna cum Saracenis Rogerio receptum. accidunt; seleque & suas fortunas eius voluntati permittunt, quos ille comiter acceptos, & Christo initiatos, in gratiam recepit, iifque Iornandum filium præfecit. Atque quum iam nihil quod in Sicilia Nortmannie vinci posset, superesset: etiam ab aliis, qui adhuc Saracenorum dominarecep: A tione premebantur, seruitutem esse depellen dam putauit.quare Melitam ROGEinfulă; & mox Gaulon Melitæ vicinam, ciectis inde Barbaris fibi fuifque n RIVS Comes moriposteris per arma vectigales fecit. Traditur ipsum corpore firmo & pro-SHT: AN. A cero: oris magna dignitate & egregia forma fuisse. adhæc in facundia, CHR.N. M. CII. simon si- militarique peritia, confilioque promtum & expeditum : benignum eilie Comes præterea, comem & erga omnes liberalem fuisse ; magnoque sui desidemoritur. rio relicto, cum grata nominis fui ad posteritate memoria excessifile filijs AN.A ERE N. folum Simone & Rogerio , quos Adelanda Hierofolymorum Regina M.CX. procreauerat superstitibus. Simon patri successit, qui quum breui ad-RÓGE-RIVS I. modum tempore supervixisset: Rogerium fratrem in Siciliz & Calabriz Vtrin/que Sicilia Rex Comitatu successorem habuit. Is ad maiora aspirans; quum etiam patruelis

HISTORÍA.

- A patruelis sui proles varijs casibus extincta esset ; ex corum morte etiam A puliæ principatu auctus, regium diadema affectar:& vtriusque Siciliæ Rex, (iam enim Neapolis, Apuliz & Calabriz regnum sub Siciliz nomine conprehensum erit.) siue regnorum cis & vltrá Pharum Rex ab Innocentio secundo, Pontifice Maximo appellatus est: & Panormi infignia regia, coronamque accepit. Varia hic & maxima bella gessit. Quum in Africam arma transtulisset, rebus contra Arabes prospere gestis; Tripoli, Aphrodifio, Siphacio, Capfióque opidis in potestatem redactis; Tunetanum regem ad pacis leges coegit. Inde in Suria contra Sarace- M. 62 312. nos Ludouico Francorum regi adfuit; Græcia contra Emanuëlem Au-
- gustum & contra Venetos Emanuëli suppetias ferentes; arma tulit. in vtraque expeditione, terra marique victorem multa non folum præclare fed & fortiter etiam gessit. Domum inde reuersus Cephalædum, quod Barbari prostraucrant, instaurauit; ibi & CHRISTO SERVA-TORI amplissimum templum, in victoriz suz monumentum exstruxit, Scribitur fuisse corpore pleno & procero, robustoque : vultu afperiore, voce obtula; publicè scuerum; priuatim humanum & comemi barbaris terrori, suis amori, iustitizque laudeomnibus commendatus erat.moritur anno ætatis LIX. Guilielmo filio solum ex tribus, quos progenuerat, superstite. nam Rogerium Apuliz ducem; Alphonsum
- c Capuz Principem ambos adhuc florentis ztatis amilerat. de Rogerio Apuliæ duce traditur, eum, ingenuæ puellæ & ex Comitű familia oriun- moritur. dæ forma captum, víque adco in amorem proiectum fuisse; vt à patre rege, quo faluti Rogerij, iam in desperationem prolabentis consultum esfet, legitimas cum cadem impetrarit nuptias : exque co coniugio Tancredum, qui Guilielmo bono fucceflit; & Constantiam procreatos. Conftantiam virginum Vestalium ordini auus Rogerius Panormi adscripfit: cámque postea legibus solutam Celestinus III. Pontifex Max. Henri-co Sueuo Augusto vnà cum Siciliz vtriusq; regno collocauit. Sed hæc lo- ava ent-co sueuo memorabimus. A Rogerij patris vt iustissimi ita & laudatissimi ita Ber.
- Principis virtute Guilielmus filius, quem pater adhuc viuus successorem fibi cooptauerat, in tyrannű degenerasse traditur, Primoresque regni fide & probitate commendatos partim exfilio afflixisse, partim necâsse, si contra Maione quodam Barenle, qui ob moru fimilitudinem in eius familiaritatem obrepferat, homine obfeuro ; & in auaritiam atq; libidinem. profulo, vt intimo & necellario vlum. qui proceribus ceteris, exitiu apud credulas regis aures & suspicace animum molitus; etiam vacuo ab amicis rege, eadem perfidia regnum affectabat. Deuinctoq; fibi in confiliorum necessitudiné Hugone Panormi Præsule, placuit euerso per calumniam Lorotelli Comite Roberto, qui potentia sua ipsorum conatus fracturus metueba-

SICILIAE

metuebatur; regiz prolis tutelá affectare; & sub eius prætextu eius regni A inuadere.Quorum praua confilia Roberti lagacitate & prudentia;etiamfi multi proceres ipforū artibus & delationibus euerfi effent impedita funta Polthec dillidio inter Maionem & Hugonem factionű iltarum capita ob ambitionem oborto; Matthæus Bonellus, qui Maionis affinitaté, desponfata fibì filia, variis actibus prenfare videbatur; ob eam caustam familiariter admissure, Maionem ex insidiis incautum opprimit & suga elabitur. Maionis cadauer omni ludibriorum genere à populo plebeque vexatum est. Rex ob ciusdé cædem ira incensus, pacari nullis rationibus potuisset, nisi regia insignia inter Maionis thesauros reperta, conceptisceleris argumenta fuissent. Bonellus in gratia regis, quia hostem & insidiatorem regiz securitatis, & publici otij perturbatorem, occiderat, recipitur. Ce-В terùm paullò post quum Bonelli potentia ve nimiam regi ad omnia formidolofo suspectam, factio Maionana reddidisset; seelerisque inuidia detorquendo molliissent; Bonello Rex amicitiam & familiaritatem tenunciauit. Is veritus ne noua factioforum conspiratione, & regis crudelitate otium publicum perturbaretur; vnà cum optimatibus & pro ceribus pro libertate conjurat. placuit, regem in potestatem procerum este redigendum; factionem Maioniam opprimendam & delendam, proles regias, & regni curam in agnatorum & gentilium tutelam, quoad regiam ipfæ adritizionem obire pollent tradendos. Capto inde tempore coniurati, Gauaretto præsidij regij Tribuno muneribus corrupto, (neglectis etiam Bonelli mandatis; qui nihil ante reditum suum & rebus bene compositis tentandu monuerat) veriti fi cunctarentut vlteriùs, ne res iam cum multis communicata per indicium ad regis aures penetraret, ar cem occupati regem captum in carcerem detrudunt ; regias gazas, & inftrumenta domettica diripiunt; in muliebrem fexum stupro & libidene grassantur. Dehine Regis primogenitum Rogerium, equo impositum & per vrbem res Gui. gia pompa deductum, regem fauftis acclamationibus falutant. fed populo vt'inRogerij verba iuraret perfuaderi non potuit.atque quum post triduum vr conucnerat Bonellus non appareret, vulgus ve semper ad omnia mobile, ad milerationem flectitur:Regem paucorum scelere oppressum, ad libertatem vt ipfis redderetur, commota feditione & magno cum furore reposcunt. In co tumultu, Rogerius magnæspei puer, quú caput è feneltra incautius, vt prospectaret, exfernisset, lagitta circa oculu percussus, paullo post exspirauit. Vrgent inde Panormitani in regia obsessos con+ duratos & regem fibi tradi petunt, alioquin ipfis extrema minantur. Rex ex fenestra suis, squallore & pedore fordidus ostentatur. Vicit inuidiam rei in indignitas : vertitque in commiserationem regia maiestas ed mileriarum proiecta, quare violatores regis ad supplicium deposcuntur. Rex

HISTORIAS

19

Digitized by Google

Rex libertati luz reltitutus, eos, qui iplum violauerant, capitaque coniu-sicviorationis fuerant, incolumes abire iuffit: commorus inde tot fimul aduer-Guilielma C)Nistratio. fis rebus, & domefticis etiam înfidiis anxius, animo menteque concidit : regiamque vestem, siuc dignitatis & maiestatis oblitus abiecit. Excitatus tamen inexfectato admodum motu; nunciabatur namque Bonellum cum coniuratis in proximo magnas copias habere; noualque iterum res moliri: co legatione milit, percunctatum, ecquid Bonellus cererique milité suis auspiciis conscriberent?quid pararent?responsium à Bonello; ipfum fupplices ad fe confugientes excludere non potuille poftulare, ve leges quas Rogerius Comes tulerat; Rex reipublicæ præftaret.ad B ca Rex respondit, nihil metu à se vel minis impetrari posse; quód si ab armis discederetur, facilius ca, que postulabant, impetraturos. Bonellus vbi primos conatus fefellisse videt, suorum consensit victus Panormum verfus mouet, & caltra tribus abyrbe millibus metatus; confedit: Ibique aliquamdiu neglecta rei bene gerende oportunitate fruitra tempus triuit; quum ciues & commeatuum inopia arctati, partium quoque ltudiis irrequietizad res nonas spectarent, incertam quo confilio obsidione sponte soluit. Rex interea anxius, Bonellum magni spiritus virum, & caput factioforum à perniciolis confiliis reuocandiim ltaruit. & per legatum amicitiam ipfi offert, cuius fedulitate effection eft; vt Bonellus cum rege C venia ipli rebellionis data, in gratiam rediret: ceteri, qui in codem crimine fuerant, in exfilium vt materia seditionum tolleretur abire iuss. Verum motus ifte male compositus, ob superbiamne regis an auaritiam incertam mox majore cum tumultu diuerlis in locis, iteram recruditir. ad hæc exfulum armis, qui focietatem cum Saracenis, paffim adhuc infulam fub tributo incolentibus Siciliz status turbatus est. Eius sceleris intiidiam Bonellus nulla fua culpa, fed per calumniam fultinere apud rege coactus romultuantibus nequidquam procius libertate ciuibus; oculis orbatur; & corporis quaque robore neruis per incisione abruptis, soluto, carceris deinceps squallore contabuit. Rex inde in Buteram que defecerat mo-D net, & in opidum per pactione recipitur,' Hine quum contra Apulos rebelles expeditionem rex fumfillet, Gaytus Martinus Etinuchus, cuife abfente regni negocia aliquot commilerat oblatam fibi fratris in co (quem memorauinnis) moru cæfi, occasionent vleifcendi, amplexas, promifend In cos quibus infensus etat-czde Barbaricam crudelitarem exercultzita yt Indebuius dominatione Sicilia nouam tyrannide experiretur; donce commonthominis fauitia Siculi, cam in ordinem cogerent. Rex dema pacasis in Italia rebusteneríus, Panormű publicis zdificiis, patrem faum Rogerių imitatus ornauit, deinde, quum in alui fluore prolaplus ellet, mori-moria. thr. morsem eius multorn eum lætitia excepta feribitur tum quod feip. <u>نا</u> (۵۰ C 2 curam

SI EILIAE

curans inightis lempor & rapacibus harpyis commissifies tum quia lustos A per calumniam opprimi aut perverti passus esset: tum quod auaritia inexplebili, argento, auroque, facto, rudi, fignatove ciues suos per tyrannidem spoliasset; & corium ad mercium permutationem signari iussisses víque adeo ve ob cavitia etiam inuidiolo nomine Malus cognominatus fuerit, Regis mortem Regina tam diu dissimulauit, quousque paratis of mnibus, que ad filij successionem necessaria crant, eadem fama & regem evilini-mortuum, & regnare Guilielmum eius filium euulgaret, Guilielmur itaque secundus annos vndecim natus patri iustis persolutis succedit; qui

steille Rex. ob virtutem Bonus appellatus est: & imperij potestatem eum matre Margarera, ve pater moriens jusserat, communicauit. Is starim & mo- # rum comitate gratiaque, adhæc formæ dignitate omnium oculos in fe conucrtits adhæc matris quoque eius in ciues benignitas & beneficenria, omnium animos in spem mentemque meliorem crexit. Interca tamen domus regia factionibus , ambitione & auaritia purpuratorum in partium studia diuellitur. lisque malis intestinis labefactata est ref. publica, etiamsi ab externis armis pace frueretur, ægreque tandem & regis lenitate, & Reginz prudentia tam graves regni motus in extremam calamitatem progressuri componuntur. Ceterum vt Guilielmus discort dia purpuratorum suotum & partium studiis domi variis motibus impeditus fuit; ita multis calamirare aut aduersis rebus fratres, armis, opi- c bus, confilio protexit. Alexandrum tertium Pontif. Rom. contra Frider rici Ahenobarbi Imperatoris potentiam armis defenditi Androniep, qui Orientis Imperium scelere decupaterat sua ope deiecto, & domi calo, effecit ve llaacius in chis locum imperator createtur. mox laborantibus

în Saria Christianis & subsidio per commearum, & missis copiis falut fuir, Posthac revocato e Gracia ab exfilio, in spem regoi Tancredo TANCER- patruele suo, orbus e viuis excessit, anno ztatis suz xxxvII. Tangres Mane Sici- dus Papormi Siciliz regnam variis iterum motibus turbatam per Proces M. CLXXX. rum electionem accepit. Ceterum quia is ius regni, quod fibi Ponzifio cio iure deberi Pontifex Clemens III. oftendebat, occupatierat; & lummi B quoque Pontificis auctoritare contemta, armis Apuliam infestaucras mortuo Clemente, Calestinus terrius ipli amulum, qui cius contumat ciam edomaret Henricu Sucuum Friderici Ahenobarbi Angusti filium imperatoremque oppoluit; eidemque Henrico Constantiam Rogerij ve memoraulmus, filiam, Tancredi fororem, quamuis virginitatis perpétuiat voto obstricta effet, legibus folutam, (vt ius vtriusque regni veluti dorem iam fuam armis fibi & posteris suis vindicarer,) in vxorem dedit, tatas 411131 men conditione vi Romano Pontifici tributum certum quotannis pens nexer deret, Mors inde Taneredi ex morbo, quincho quàm regnauerat anno in 1plo

vtris/qs

HISTORIAL

:21

 A ipio belli apparatu lequita; omnia Henrico Cafari proniera ad regnum armis occupandum fecir. Aberat is interea temporis in Germania vt fibi copias conferiberer; quam Tancredo Rogerius filius eius nominis fecunautris dus in regnum fucerderet. Sed cognita Tancredi morte, coacto vndique situs new exercitu in Italiam mouit; & Neapolin fruitra renta; veritulque ne dum ad Neapolis obfidionem tempos fedendo extraheret & fpes fuas cunctatione corrumperet; quia vi non poterat, Rogerium dolo cuertit; cundem namque fpe pacis deceptum, & incautii in potestatem redigit; regnoque exutum & oculis orbatum ; & ne qua fpes regij fanguinis fuperetiet, virilibus mutilatum in Germaniam relegalle & carceris fquallore confe-B cille feribitur, in eius rei narratione auctores tamen variant; ji Rogerium

quum in regni confortium à patre adhue vius poptatus effet, desponsata ipfi Irone, Ilaacij imperatoris filia, paullo post fato functum fuisse tradunt. Tancredum animi dolore & regni motibus anxium curis & angore contabuille.ipfi filium nomine Guilielmum altu & artibus Sibylla matris fuz furrogatum, ad regoum obreplife. Henricum proximo inde wy anno armis regno Neapolitano poritum, Constantiam quoque vxorem, sicili quæ à piratis intercepta in Taneredi potestatem venerat; recepisse: Si- x.ex byllam Tancredi vidua quz cum Guilielmo iam rege, & tribus filiabus in arcem nulla viexpugnabilem fefe condiderat; fpe pacis & pactionum C fordere ab Henrico circumuentam, cum tribus filiabus in Germaniam relegater. Guilielmum prunis ardentibus oculorum víu orbatum, yfgigeadeo vi ifti hanc calamitatem Guilielmum : illi Rogerium fubiffe; & in huins an illius morte, Nortmannorum ftirpem, quz in Sicilia & Aprilia principatum per centum triginta septem annos tenuerat extinctam elle scribant.

DESVEVIS.

t N & 4 G V M Suchum fextum cluidem nominis Augustum minis ten triftibus initijs, extremaque clade Nortmannorum gente deleta, regni vtriufque aufpicia inchoasse Sieulorum repum visione feriptores memoriz prodidernat; tantz que crudelitatis vicem siente zen. Heariei posteris quarta inde stirpe in Contradino, vt sus loco memorabicui. a. mus, ante faculi vnius contersionem à Carolo Andegauensi repositam fuisse addunt, Constantiam Augusti vxorem grauida e partni vicinam Panormi extenso in publicum fabernaeulo; (quia ideiteo quod quinquagelimum iam superasses infecunda vulgo credebatur) vt in matronarum pratemia, & famulati partus, & suppositivi fuspicionem aditronarum pratemia, & famulati partus, & suppositivi fuspicionem adi-C 3 meret. 22

ìż.

\$65 2

. 14

RICVSIL

AVGV-

Èτvs. ACCII.

SIGILIAE

meret, filium Friderieum enixam effe. Ceterum Henricus in aliquot A qui coniurationis in ipfins caput conuicti erant, animaduertit, se paullo pôst in crudelitatem quoque prolaplus in alíquos, qui Tancredi partium fuiffe accufabantur, nulti parcens ordini promiscue proscriptionibus, ferro, flammilque læuiisse, & rapinis quoque filcum funm impleuisse ab ijf-"dem acculatur. Id tamen fatentur, ab codem quantum humana cura provideri potuit, Siciliz res ad tranquillitatem compositas este.cundem vxoris dolo ve dolorem tam alta mente repostum, quem de nepose Ro--gerio an Guilielmo incertum; tot contumelijs lacerato conceperat, vlcifcoretur veneno; alij morbo tradunt este extinctum; moribundumque Fridericum qui tunc quinctum agebat annum, & Constantiam vxorcm B rutela Pontificia Romani & Philippi fratris sui commendasses Ipsum -Itatura quidem mediocri, corpore tenui & imbecillo joris tamen magnam præse tulisse dignitatem describunt: prudentem adhæe facundum Staucupio dedition fuiffe; & hoc genus venationis primum ab ipfus patre Friderico A henobarbo in Italiam translatum testantur. Ceterum quam Philippus Friderici patruus & moor, in Germania etiam tune cimilibus bellis commora, abeffer; Constantia virilis animi mulier interea PRIDEregnum magna cura & fumma cum iuftitia administrabar, & Fridericus svavva siam septennis Panormi ex more regium diademas, regiumque ornatum sieille Rezisfamfit, & faultis populi acelamationibus in regem inauguratur. ciulque 'c mater paullo post moriens filium Innocentij terrij Bontificis Maximi clientela commendat, Priderico decimumquincum agenti annu Con-Agatia Alfonfi Aragonum Regis filia Panormi nubit: Philippus interea Augustus Friderici patrinos, postqua in Germania frequenter Othonem Saxoniæ ducem prælio fregisser, imperiumque factionibus irrequietum compoluillet, nono qua Imperator inauguratus crat anno in fidijs Othonis Palatini Comitis casus est. Huic Ocho quattus Saxonia dux in imperiumfuccessit; qui Augustus ab Innocentio III. PontifiMaxi falutatus & Romz inauguratus; Campaniam, quz ditionis Friderici erat; Flamimam, que Pontifici parchat, armis inualit : atque quum ad Innocentij D Intelceffionem id vetantis non obediret; Pontifex vt Friderici cauffam Whits ditionis Pontificiz tuctetur factolaneta potestate vsus;cidem diris denoto imperatoriam dignitatem abrogat ; & Septemvirorum Senatui aucher fit, vt Fridericum Sieiliz regem iam tune vicelimum (fi recte putant Chronologi)agentem annum Cælarem crearent, qui Othonem ex-1x121- Rerazum bello profequerentur: Fridericus codem tempore quo fe Cafarem à Septemviratu designation accepit, etiam filiolo recens nato cui nonion Henrico fecit, auctus animum ad tantum dignitatis fastigium fifcipiendum, feiluifque maioribus dignum fumfie. & diffuadentibus ್ಷ ಎಂದ್ಯಾ ctiam

HISTORIA.

- A etiam amicis Romam profectus fummo cum honore excipiturinde Genuam, mox Papiam víque progrefíus, Alpibus fuperatis, Othonem, Philippi Francorum regis focietate adiutus, prœlio fractum in Saxoniam fugere coëgit. Victor inde Romam reuerfus ab Honorio III. Pontifice -Maximo Augustus falutatur & inauguratur: mox quū nunciaretur nonnullos Principes in Apulia res nouas moliri; opida oppugnare; in Tufcia quoque arma moueri : coactis copijs cos qui arma fumferant in potestatem redactos aut fupplicio punit, aut in exfilium agit. Interea Saraceni qui passim adhuc in Sicilia, vt memorauimus, degebant, à Friderico fiducia locorum, que incolebant, duce Mirabetto deficiunt: Eos Impera-
- tor magna vi aggreffus fuperatos, ne quid deineeps moliri possent, ex ipforum rupibus & arcibus detractos in potentia & plana transtulit, viginti millia quoque in Nuceriam Campaniz opidum ex Saracenis colonorum deduxit, quorú deineeps virtute & armis vii Fridericus eiulque posteri multa præclara gesserunt. in Mirabettum desectionis auctorem laqueo animaduersum scribunt. Proficiscitur inde in Germaniam Fridericus & Henricum ex Constantia filium indicto Septemvirorum Herbipoli conuentu Cesarem designari secit, & ipsum sibi in collegam cooptauit. Interea odium Friderici in Pontificem Honorium quod multorum querelis & delationibus coaluerat, in manifestam simultatem erumpit;
- C quod tamen Ioannis Hierofolymorű Regis, qui rebus in Suria à Sultano profligatis, opem ab Honorio rogaturus Romam venerat, intercessione emollitum est, & odijs in gratiam Reipublicz depositis, Fridericus ducta in vxorem Iolanta; regis profligati, vnica filia prouincia liberandz Suriz sustanti fuscepit, sed expeditionem in proximum vsque annum distulit. Nascitur interea ipsi ex Iolanta filius Conradus dictus; caque paullò pòst animi curis ob mariti in se asperitatem confecta, vt nonnulli produnt, moritur. Fridericus primo vere contractis vndique copijs in Cyprum vela facit, sustanti inde in Suriam nauigans Sultanum ad cas pacis leges coëgit; vt Hieroso-Hierosoly.
- lymorum regnum, vnà cum Palæstina restitueret; fædereque in decenmore East nium percusso fine sanguine bellum maximum confecit, & rem Chritianam recreauit. Ipse verò Hierosolyma liberalibus ingressus in regern Hierosolymæ inauguratur: vrbemque tot belli cladibus affectam instaurat,ædes sacras restituit & nouas erigit; Nazarethum & Ioppen opidæ propugnaculis & præsserit an instaumagistrum Suriæ præsserit, & rebus compositis in Apuliam su absentiæ factionibus irrequietam reuertitur; & cum Gregorio IX. Pontifice (ab quo quod expeditionem sacri belli varijs tergiuersationibus eludere videbatur sacris illi interdictum suerat) in gratiam redit. Friderico Italia absente, prano nonnullorum consilio Henricus quem in Cæsarem pater coopta-

. 23

cooptauerat corruptus; ius imperij occupare conatus erat: quem Frideri- A cus cum duobus filijs in potestatem redactum, in Calabrix opido Maturano relegatum ibique inedia confectumatque Conradum fratrem eius in locum à Septemviris surrogatum tradunt. Inde quum Fridericus Ponrificis Maximi auspicijs, Romanos Viterbij quam circumsederant, obfidionem foluere coëgiflet, nunciatur; Siciliam magnis motibus turbatam; caput seditionis & auctorem este Martinum Balleonem, qui etiam Friderici vitam infidijs petiturus effet. Fridericus eò citatum agmen rapit, & Meslanam facile recipit, Balleonem captū exuri, in ceteros alio supplicij genere animaduerti iuber. Syracufis quoq; & Nicofiæ noxij puniti funt. Centuripen vrbem, quæ contumaciùs ab co defecerat, magna vi expu- 🗴 gnatam funditus cuertendam decernit, & Augustam in Orientali Cherfonnensi fronte de suo nomine condi fecit. Dehinc ex Sicilia Romã cum Conrado Calare defignato profectus à Gregorio IX, benignè exceptus elt.Ceterùm Pontifex nimiam iam Friderici contumaciam expertus prefertim quum socias Mediolanensium ciuitates oppugnare cœpisser, ad belli confilia conucríus, Venetos fibi fædere iungit. Atque quum illi Apuliz oras classe infestarent, Fridericus magno impetu contra Pontificem infurgens, exdibus & populationibus obuia quxque vaftat, & ad **Itipendiorum angultiam redactus coriacea** moneta víus, eandem auro argentoque, rebus fuis iam prosperioribus permutauit. Inde Romam 🧉 frustra tentat; Rauennam occupat, Beneuentum vi captum demolitur; Callinense monasterium per legatos deprædatur; armatisque copijs ad vrbem denuò contendit contra Gregorius comitia procerum Ecclesiaficorum Romæ vt communibus suffragijs Friderico imperium abrogaret, indicit. Ijs terra marique Fridericus infidias facit; & per Entium filium fuum Sardiniæ regem plurimos Ecclefiæ Purpuratos intercipit, quos in carcerem Amalphiz condidit. Scriptores tradunt Gregorium Pontificem víqueadeo vbi eos interceptos cognouit, consternatú fuise, vt præ animi angore & mærore febri correptus, breui interierit. Gregotio Cæleftinus IV. paucorum dierum Poritifex, & huic Innocentius IV. D succedit.is nequidquam tentata pace cum Friderico per intercessionem Balduini Imperatoris Constantinopolitani, in Gallia, aduerso Rhodano u.eex1vi Lugdunum vectus, Senatum Eeclesiasticum indicit;eoque Fridericum citari per legatos primum, & inde per præconem jubet; qui quum ad condictum diem non apparuisse renunciaretur; ex Senatulconfulto, Pontificiæ etiam cenfuræ obnoxius à facris arcetur; & ab Imperatoria dignitate mouetur. Fridericus ira accenfus Italiam bello quatere, omnia mcendijs ferroque valtare, Pontificiorum omnia agere, ferreque. Inde in Campaniam flectens Petrum Capuanum supremú Siciliz Cancellariem con(pi-

HISTORIA.

25

A confpirationis acculatum, oculorum víu orbari & in carecrem conijci iuflit, quem fibi, ne tantæ contumeliæ & fortunæ ludibrio fupersteš essentiet, mortem confciuisse scribitur. Tarenti interea Friderico hibernanti, nunciatur, Entium eius filium Bononiæ captum detineri. Einocatis **** itaque mox vndique copijs vt eum liberaret, morbo impeditus & fardatus, Idibus Decembris, anno ætatis suæ 1911. moritur. corporis mediocrem staturam ei tribuunt; vultum lætum & apertum; linguarum Latinæ, Græcæ, Saracenicæ & Germanicæ magnam peritiam; in bonarum artium professors & Academiatum proventus augendos liberalitatem & benignitatem commendant; eumque Ptolemæi de cæli Conuer-

- B fionibus opera in Latinum ex Barbarico setmone translatum; aliosque & lapientia & medendi arte nobiles alictores Europæ primum ostendisse, adhæc magnis & dubijs in rebus confilio filiste præsenti & expedito seribunt, omnesque su seculi Principes militari gloria vicisse. Tres habuit vxores, Primam nomine Constantiam Aragonicam gentis, & ex ca Henricum Cæsarem: is ex Leopoldi Austri filia Henricum, Fridericum & Conradinum procreauit. Alteram Ioannis Hierosolymorú regis filiam Iolantam; quæ ipsi Conradum Augustum; Conrado Margareta Austria Conradinum peperit. Tertiam Elizabetham Angliæ Regis sororem, ex qua Iordanus in infantia extinctus; Henricus, cui pater Siciliam
- c legauerat, in pueritia morbo confirmptus nati funt: Ex concubinis Manfridum, qui ab vtriulque Sieiliæ regno malis ærtibus parto deiectus eft; Entium Sardiniæ; Henricum Corficæ reges; & Fridericum Antiochiæ Ducem genuit. Mortuo non line veneni fulpicione Friderico Augusto; bys av-Conradus Cæsar è Germania ad capessenti fulpicione Sieiliæ regnum origine in Italiam profectus; à Manfrido Tarenti Principe, fratre spurio, quem sieilie æite pater moriens cum imperij potestate regnis, ne quid absente adhuc Conrado turbaretur, præfecerat, excipitur : & Neapolin quæ ad Pontificetti defecerat, & frultra à Manfrido tentata fuerat, octano demum mense por cuniculos, aut quod alij tradunt, fame ad imperium coëgit, vrbemque

b. multa clade deformatam, militi ctiam fuo diripiendam dedit. Atque quum voique compositis exiguo quidem spatio, octo videlicet mensibus vera biennium, regnasser, venenum ipsi dolo Manfredi per clysterem infusum este & perijste, Conradino filio, quem heredem seripierat, solum superstite tradunt. Ceterium quum regni Neapolitani Proceres & "certv," solutates absentem imGermania Conradinum negligerent, ciustates absentem imgerent, se instanti proceres se instanti proceres se instanti ause ins

Placuit itaque primum, præfecturam à Friderico moriente sibi commis- A fam, ve Conradini adhuc in Germania absentis, imperium cum potestate administraret, exercere. motitur interea qui eius tam callidis confiliis obstruere poterat Innocentius 1111. Pontifex Maximus:& co mortue Pontificatus ad interregnum per biennium redijt; Manfridus occasione temporíi víus, Pontficias copias ex improuiso, eductis è Nuceria Saracenis adortus, oppressas armis exuit: & Manfridoniam vrbem demolita Dy s viri- Sipunte, nouam de suo nomine, & salubriore cælo sitam condidit. Poft. nlque Sicihæe quum Alexandri IV. Pontificis armis vrgeretur, ad artes fuas con-MCCLA. uersus, nuncios subornat, qui Conradinum esse fato functum mentirentur; iple vt eorum verbis fidem adstrueret, funere regali pompa deducto, B luctu quoque simulato, cam personam tam dextrè egisse scribitur; vi omnibus ea impostura deceptis, regio deinceps habitu sumto; regem fesalutari & coronari fecerit. dehine vt etiam necessitudine & affinitate opes' suas confirmaret, quum filiam haberet nubilem nomine Constantiam, cam Petro, lacobi Aragonum regis filio, qui post cædem Gallorum Siciliæ regno potitus est, collocat: mox Siciliam ad noui regis imperium tumultuantem in potestatem redegit : & Messanæ primum receprus, & Rex à populo la lutatus, Panormum proficilcitur, & à regni Proceribus corona regia redimitur. Sieilizque rebus ita compositis, auspicijs Vrbani IV. Pontifieis tanquam Eeclesia hostis euertitur : qui e millo ad Ludouieum Francorum regem Legato, eiuldem fratri, Carolo Andeuagensium Duci, vtrinsque Siciliæ regnum ex Pontificia anctoritate offert. Carolus suorum confilijs impulsus & opibus adiutus, omnia ad tançam exspectationem moliri coepit. Interca de Manfridus magnum bell'apparatum instruit. Carolus cum triginta triremibus è Massilia sicilia Rex. folueris; Oftiam appulit, inde aduerso Tiberi lubucctus, Romz benigne & comiter execptus, Siciliæ veriusque Rex, in ade Lateranensi à purpuratis Pomificis cettis legibus inauguratur. Conucnerat enim ve Carolus eksidem que posteri annuum x L. M. aureorum tributum Pontifici Rom penderent ; ne iple posterique eius externum aliquoditmpe- p rium, fiue oblatum illud eller, frate armis acquifitum caperent. mount inde courra Manfridam Carolus, quem ad Beneventum aflequitur; & collatis Vurine, fignis diu & ancipiti Marte activer pugnatur; Carolum primo quidem prœlio falum fagatumque; altero, Manfridum ante primam acienti acertinie pagnam ciencem, à fuis deferrum de proditum de abiequo vullierato excuffum, cceidille, ciufque cadauer, quia viuofacris interdictamerat, ad lucibrium proiectum, hoffes in foucam prouolucum mole lapidum obruille scribunt. Auctores habeo, qui magnum ad Caroli victorian momente fuille loannem Calerez Contitent teltentur. qui ve m_{12} violatz

Digitized by Google

lia Rex.

DVS Rex

Nee IVL HISTORIA: 27 A violatz à Manfrido vxoris suz contumeliam vleisceretur; ab codem defecisse, & media in pugna ad Carolum transijsse traditur.

G

 $\mathbf{D} \in \mathbf{E}$

ARTA victoria Catolus Beneuentum deditione capit & Pon-AN. A tifici vt conuenerat reftituit, cò quum vndique regni Neapo- Mcciza litani proceres intellecta Manfridi morte conuenillent, Caro-**-lum regem faustis acclamationibus falutant: mox & Siculi fefe

ALLIS.

- ^B cum ceteris in eius potestatem dediderunt; Massanenselque omniam primi detractis Manstridi signis, Caroli signa propoluisse screenamenter and caroli imperia contumax, maximo Saracenorum præsidio protegebatur, eam per pactionem qua Saracenos libere suis legibus vi permittebat, Carolus accepitshic Manstridi vxorem, eius que filium capit, quem oculis orbatum carceris squallore consums. Inde in Etruriam contra Gibellinos moturus, à quibus Conradinum Sueuiæ Ducem in Italiam vt hereditaria regna atmis repeteret, magnis, promissi impletum vocari intellexerat; Saracenorum nouo motu, qui ad Conradinum res sues inclinare nunciabantut, ex itinere reuo catur.
 ^C Conradinus interim multa Procerum frequentia stipatus, anno post pa-
- tris sui excession x1111. in Italiam degressus, in Campaniam monit: Conradum ex Friderico spurio fratre nepotem, & Antiochiz Principem vt suis auspicies Siciliam in potestatem redigat cum copiis præmittit. Is quum haud longe à Thermis militem exposuisser, easter paruo labore, occupat; & inde Fulconem Caroli Proregem acie profligat; victoris imperium, Agrigentu, Augusta, Argyra, Leontin, Heraclea, Catana, aliaque non pauca Siciliz opida sequentur. Fulco Messana scie in tuto recepit. Et iam Sicilia iterum intestinis bellis per triennium omnique calamita-intestinie bellie lacetum & latrociniorum genere vexata, modo à Carolo; modo à Conradi-rate.
- D ni partibus laceratur. Ceterum Conradinus Liguru & Pilanorum classe adiutus, deiectis Gallorum præsidis Messa, ceteráque Sicilia exceptis Panormo & Syracusis poritus est. In Neapolitano quidem regno Nuceria, & alia aliquot oppida Gallorum dominationem pertæsa ad Conradinum oblata oceasione sponte deficiunt. Carolus vt imperium armis partum, armis tueretur, in Marsos mouerat; ed Conradinus contractis vndique copis occurrit. pugnatur acerrime, cadit ante prima Gallorum aciem Rhilippus Montfortius Equitum Gallorum Magister. Is quia regio paludamento insignis ante ceteros eminebat, Germani qui in procunctu stabant falso regem qui cecidisse opinati, solutis ordinibus in D 2

holtem vndique impetum faciunt. Carolus qui in omnem pugnæ cafum A expeditus in subsidijs cum Prætoria cohorte substiterat, intellecto Germanorum errore, in laxatos corum ordines inuectus magnam stragem facit, fusos fue profigat. Conradinus fuga elapsus, abiecto paludamento cum Friderico Aultrio, tribus tantúm comitatus quum Calonum habitum fumfissent, triduum per saltus viarum ignari oberrat: & ad Asturam peruenit, vnde cùm piscatoria nauicula delati decessissi indicio annuli, quem Conradinus piseatori ve panem ipsisemeret misto dederat, agniti; à toanne Frangipane Asturæ domino capti, in Caroli quoque potestatem venerunt: & Neapoli carceris squallore annum vnum macerati, violata etiam regiz dignitatis in Conradino maiestate, ambo publicè securi per- 🖪 cuffi funt. Siciliz przerat co tempore cum proregia dignitate Conradus Caputius Antiochiæ Princeps, in quem captum, per Guidonem Montfortiumiussu Caroli laqueo senitum est. Carolus vtroque regno ad cum modum potitus; in Siculos, quia non facile cefferant, acerbiùs & ctudelius confuluit; tributumque ijs iniquiffime imperauit, & exegit acerbillime. Inde Gallos reipublicz, qui omni libidinum genere & dominatione graues crant præficere : ijlque & præfidiarijs omnem rapiendi & sicilia Rex Auprandi licentiam indulgere: exfilia, vincula, proscriptiones, omniaque suppliciorum genera in omnem sexum crudelissime repræsentari, Ceterim quum ille etiam legatos, qui ad deprecandum venerant, in carcerem conderet, neque Pontificis quoque auctoritare mollitus ciuium iniurias vicificeretur; patientia diutiùs læfa in furorem conuerfa, paullo poft ex leni occasione in Gallorum perniciem erupit. Duplex inde fama est, sunt qui cafu in Gallorum ezdem concursum, sunt qui rem consilio procutatam scribant, nos verinsque causas & occasionem in pauca conferemus. Vetuerat Caroliss ne quis ciuium Siculorum publice cum telo aut armis effer, id milites exploraturi, omnium finus pertentabant; tandemque co licentiæ progrefli funt, ve etiam virginum honeftarumque matronarum finus sub co prætextu lasciniùs explorarent. Ex more recepto apud Panormitanos S. Spiritus ædem tertio Palchatis fefto extra vrbem vtriufque fexus ciues magna frequentia a dibant; hic Gallus quidam, Droctrum vocant, quum in co cœtu cuiufdam matronæ finus lafciuiùs quàm pudicitia pateretter scrutarus esser; irritatus ca contumelia maritus, stricto quo Drocttus à tergo accinctus erat pugione eundem iugulat : clamore mox & tumultu, vt fit, ad eum calum oborto, impetus vndique fit in Gallos, quorú ducenti extra portam cæfi, mox intra vrbem ciues odium izmdiu conceptum tanto furore expleuerunt, vt promifcua czde Gallos nulli fexui, ordini, ztati parcentes, trucidarent. Panormitanorum exemplam cetera per Siciliam vibes sequata eisdem cadibas grassati sunt? Quibus

À. CCLX-ŶĮ.

. .

28

CONRA-DINVS vsrinfq#e plicio nd-feetme.

316 Gallos coniuratio.

¥. C C-XXXXII.

HISTORIA.

A Quibus confilio factum placet; ij ab eildem causis occasionem repetunt, & incredibilem quoque Gallorum tyrannidem acculant; fed verifimi- xyx cadit liùs in hanc ferè sententiam scribere videntur. Joannem Prochytam Salernitanum, qui Manfrido regi medicus fuerat, referunt huius coniurationis caput fuisse, & personam suam prosperè egisse qui filiam à Gallo quodam vitiatam anxiè dolens, eam iniuriam aliquoties ad Carolum, ve legibus in stupratorem virginis ageretur detulerat; verùm quum se etiam deludi sentirer, iam odij & iræ caussa in Carolum transfert: & rationes quibus iplum magna cum clade Gallorum cuerteret, ex occasione temporum commodifimas non negligit, non ignorabat aueríos à Carolo ob

- tyrannidem omnium Siculorum animos : Petro autem Arragonia regl B ius regni vxoris suz nomine deberijatque vt hunc opibus etiam & armis iuuare ad ius fuum profequendum possit, Michaëlem Palæologn Orientis Imperatorem in quem Carolus magnum belli apparatum moliebat tur, facile vt Caroli impetum à se auerteret, in societatem armorum cum Atagonio venturum cenfuit. Vbi hæc nonnullis cum quibus confilij fui rationes communicauit, placuerunt, Ioannes vitrò citróq; commeando; per litteratum commercia & amicorum fidem, intra biennium víq; adeo profecit, vt Petus Atragoniz rex vxoris suz precibus; quz soceri ipsius Manfredi, nepotumque suorum nefandam cædem oblata opportunitate
- c piis armis v leiscendam hortabatur, victus & Palzologi auto adiutus, & Nicolai III. Pontificis Maximi auctoritate, qui Siculorum calamitarem miletatus erat, cuocatus, prætestu belli quod in Africam scle apparare fimulabat; classe in Siciliam copias suas exposuêrit- Intereà temporis dum Aragonensis sele ad expeditionem parat, loannes Prochyta rationem `comminiscitur, qua per cædem Gallorum Atagonensi faciliorem ad oci eupandam infulam aditum aperiret. Siculorum oculos vltione gratiffims palceret; eoloue ad fidem Aragonenii præltandam icclere maximo obligaret. Plasuit itaque tertius à Paschatis festo dies, ve quam primu circa velperam are campany fighum darctur; Gallos omnes promikue (neg
- D Habendum vilum lexus, ætatis, ordinis discrimen)elle confodiendos. additur loannem veid quod moliebatur arte aliqua & dolo à suspicione as nerturer, per Siculas vebes oberrando furorem fimulalle, as canna auribus Gallota ve magis fallerer admorastidicula ant inepras contra Siculis cedem Gallorum futuram, diem, horam, fignum, indicaffe. Illuxit itaque x. ecvieimis Gallis in Sicilia dies & funeftifimus A.D.IH. Kal. Aprileis, Ca. IXXXII foli regis anno decimo leptimo, quan ad vnum omnes per totam infalam à ciuibus cuiulcomque ordinis canta crudelitane trucidasi lant, ve étiam gratiithe éthiléetaremeur, cortumq ne foctus, ne quid Gallice ftirpis in Sicilia fuputellet faxis illiderensur, duarundque horarum fpatio octo millia **D**3

GALLO-

29

millia Gallorum ea clade peremta scribuntur. Intereà dum Galli sauz A libidinis & du toleratæ crudelitatis pænas luunt; Aragonenfis circa Africæ litora oberrabat, & Hipponentem agrum incendijs vastabat. deinde vt Prochytę confilia successifie, & Siculos in ipsum oculos animumque conuertisse intellexit, ad id cuius gratia cetera ficta, factaque erant, conuersus, vela suos in Siciliam facere suber, & ad Drepanum copias exponir. Carolus tum fortè Neapoli erat, quum de cæde fuorum, & Sicilia ad res nouas commota, adhuc tamen Messanenses incertos quas partes potissimum sequerentur, nutare vno codemque nuncio certior fit. Is copias quas in expeditionem contra Palæologum paratas habebat, in Sici. liam mittendas decernit, omnemque belli apparatum toto impetu in B perduclionis teos conuertendum; & nihil cunctandum, dum adhuc spes ex Messanæ motibus superesset, itaque classem expediri, & milites terrestri itinere Rhegium conuenire indet. ceterùm quum huie rei omnem curam impenderet nuncium accipit, Aragonium conuería ex Africa ex, peditione in Siciliani classe Drepanum appulisse, eumque à Panormitanis regen falutatum: Messanenfes vt omnium tardissimè ita atrocissimè, concepta ex rebus nouis fiducia, in Gallorum cædem graffatos effe. Igitur quum cladem clade noua auctam; & se omnino Siciliæ regno exutum vidit, animo menteque concidit, & vt erat irarum impotens, sceptrum, quod regio more manu tenebat mordicus innafit, diuque ita immotus vt C quidamilitrerarum monimentis prodidêre, consedit, sed postquam bilis deferbuerat elassem x' triremium; (etfi fint qui nauium numeru ocuplo maiorem recenseant) conscendit; & iuxta Catanam xc. peditum xxiv millia equitum exponit. Mellanenses interea que tolerande obfictioni, & tuendæ vrbivfui effe poffent, conuchere, vrbem inftaurare, & omnia magna cura apparare: Carolus admotis ad vrbem copijs, Meslanemes vertere, vexare, lacellere; corum agros ferro, flammaque vastare: & Mylas occupare. Mamertini aut successions aliquot Caroli consternavi ; aue bellorum pertasi , dum Carolo deditionem offerunt, si præteritorumobliuio fanciatur : superbo responso excepti, audiunt, Mamer, P elnis, quos iam vicifiet (tumultuaria enim velitatione equites aliquot profligauerat aut ceperat) victoris arbitrium elle exfpectandum.acuit ea res Mellanenfium animos: 'ita vromnes Caroli impetus, virtute, ciuium eonsensity magistration mse dulitate, armisque & constantia frangerent. At Carbins politium him procedere non videt, Alaimum Leontinum vebis pratocum, muncribus, scd frustrà apud animum tune quidem nallo procio venalem corrumpere tentat.mox ys contumaces fame frangereo, marisolaffe, tem à equitate Messanenses commeasu arcuit, & ve anga kiangi humentariç ad maximam inopiam prolaberentur, arctillimâ til Tim oblidione

MCC-LXXXII. '30

N E N SIVM in Gallos trudelítas.

Digitized by Google

HISTORIA.

obfidione coldem claufit. Legatos itaque Mamertini ad Aragonium mittunt, qui cundem de Mamertinorum fide, con tráncia, se ne cellitare doceant; & auxilium rebus in przecps ruentibus exorent;

DE ARAGONIIS.

alcounter a properties of other

ESSANENSIVM legati Petrum Aragonium faultis acclama-Etionibus Panormi Siciliz regem falutatum, & inauguratum conveniunt. Is legatis benigne auditis, auxilia & commeatum expediri iubet; & Rogerium Laariam classis luz Przfectum, Paravi militari peritia clarum cum x L. triremibus præmittit; ijs mandatis, in- NIV siei Aructum, vt vel Garoli classem profligaret, aut fi id non posset, commer- lie Rex facia commeatuum ipsi impediret, Aragonius terrestri itinere citato agmine contra Carolu mouens, quingentos, cum perizis & notis Centurionibus milites non intermillo itinere properare iubet, qui Messanonfin labores & vigilias luftinerent; quoad iple cum toto exercitu pugnam cum hoste conserere posset. Ceterum vt insta se pro Siculis arma in- cur. M. duisse docerce, Legatos ad Carolum mittit, qui cum è regno suo, quod si- "ccbi dotis & foceri nomine deberi afferebat, decedere, & Siculos à tyran-

Warningander - Line

e nide; Mamertinos aute oblidione liberare suberent; & abnuenti pugnam exspectandam denunciarent. Carolus et la Legatorum, postulata, ferociùs respondisset, tamen rem ad deliberationem reuocat, placuit igaque apparatúne hoftium territis, an rerum angustia coastis, incertum èsicilia in Calabriam excreitum in hiberna transportare. Vafis itaque conclamatis & ædibus aliquot facris direptione profanatis, obfidionem folnit. Lauria Aragonia classis Prafectus, Gallos ad Pelorum allequatus, cos aliquot nauibus captis aut deprosis profigat. Petrus rex exitinere Mylas dejecto Gallorum præsidio recipit: & à Messanensibus in cius aduentum promiseua multitudine effusis vi, Nonis Octobreis faustis om-

nium acclamationibus, parens, confernator, & Rex Sieiliz falutatus, in vrbe rot belli cladibus deformata exterpitur, superuenit in conta omnium lætitia & publica aggratulatione lacobels Berri tegis filius cum xxxv. nec. eriremium classe quant in portunt Messanonsum subdurir, atque vbi "***** nunciatum est Caroli triremes, or pretorite ola de ab intermento stadtico claudas è Rheyid Neapolin vela facore, Rogerius quanaun temigiorum selernare porns continue extendent; chident allequintes profligati & quadraginta triromos, captas Malanani deducit. Petros ca Mellana Siciliam obiturus, voinfula ad trangnillitatem & otium componenter class spunium Saum Talmum, Parisem ann imperio pretocit o cundentique paulld

: 52

Seditio.

